

**De morbis qui in singulis partibus humani capitis insidere consueverunt.
Hic artificiosa methodo, et incredibili facilitate, morborum ideae, causae, et
cujusque causae morbificae, partisque aegrae signa, prognoses, et curatio
rationalis et empirica graphice depinguntur ... / [Johan van Heurne].**

Contributors

Heurne, Johan van, 1543-1601.

Publication/Creation

Lugduni Batavorum : Ex Officina Plantiniana, apud Franciscum Raphelengium,
1594.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/rva7fg3x>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under
copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made
available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial
purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

et sanguis domini in fuligine
et flama que flammatur
et ammonium 395 et
ad. autem spissit. 395 et
volumen levius. Deinde
per balum et et sustinens vellum
et hinc ex quoque et non conca
vum et non rotundum quod
est ad ea ait quod non est prophanum
spissit. non ad amaranthum 395 et
dicitur. 395 et vello levius
et per vellum addidit 35 an
monium et sic et
autem Empyreum dicitur longus et
et ammoniale 395 et hoc est istud
395 autem spissum in locis
impositum. magnetum
et sanguis et non 395 et
spissum et non rotundum
et volumen levius
et per vellum addidit 35 an
monium et sic et

J. HEURNIUS

de Marbis Capitis

PRAXIS Medicine.

1594







F. x. R.

3152 11
3148

Catholicon Knopffraß. male⁹ Magdeburg⁹
Melozinſſidit 3 viii in hacten so p̄t
apparit dalmatij bellator n̄ p̄t am 378 378

Dosurdi alon⁹ vino cibis⁹ 3ij
vpl Spri: dia rroð abbas 378 Cui s. q.
Comisct⁹ ḡm vni⁹ R lopp⁹ alic⁹ n̄ raptum⁹
Talit⁹ patn⁹ alij addm⁹ rhabab⁹ n̄ rad⁹ doh⁹ p̄d⁹
m̄t̄ m̄t̄ Spri: dia rroð abbas m̄t̄ Spri: dia rroð
m̄t̄ Spri: dia rroð abbas m̄t̄ Spri: dia rroð
n̄t̄ Spri: dia rroð abbas m̄t̄ Spri: dia rroð
n̄t̄ Spri: dia rroð abbas m̄t̄ Spri: dia rroð

Enzarkum pillars v̄o p̄fora &
vna vt altera pillars q̄ficianda ut iſm
lavis v̄on knopffraijis am⁹ Thoman⁹
PC pulpy colozinſſit 3 q̄or. sciammoq̄
3ij vini sublimos op̄i: q̄. L. C. C. hanc
in p̄tlicano leprosos R h̄v t̄m doh⁹
h̄m v̄t o ad vna vt alteram pillars
vt ad p̄t. adt. aliusq; v̄t non alios ad
hanc v̄t 3ij balsamo v̄m v̄t cuian⁹ v̄t
hanc offert: v̄t cuia⁹ v̄t cuia⁹ v̄t 369.

in Hjdropp: refugia e

PL Spec: Viaticibus zij pistachioe infus
nocte in vino matutino 3ij p. in noce
nocte in vino 3ij cornum qdix 3ij
gher: rotang 3ij fl Spec: diazolangu re

Spec: diazivo d' abbay au 3ij Cornu agn' lichen
recomit et Guaduny ky qf 10 in pro salut
3ij auctor addunt: s. q. q. ant feni
cornu 1C gher: gruis p. vndeis birelo f. in
vitis et rafin 3ij cornu qdix 3ij rotang 3ij
albion au Spec: Viaticibus ~~3ij~~ diazolangu ~~3ij~~

3ij d. ato 4 - vos. 3ij vi veal n fisi
& flesmp. aque rotang n fisi
dorm. cornu in vino matutino au 3ij
rafine aboneij 3ij Spec: v. 3ij
qf pl lan 3ij 3ij Cornu 3ij id

Curiamo 1. ex vino
dat ist dat regnatum pilos. larp do zu
odore ij pillos in patina doij. Ima piso,
y alios gennig egint. vid: fisi libri
Von pfoja fure

NB diazolangu frangans 3ij ut 3ij tis
opam m piso ar vino lmo a 3ij ad 3ij tis

l. ad quatuor milia ch. 3. sic fit tunice. 3. d. corporale. g. vij. 14. s. Omnes fratres. qui consumunt.
viter cum aqua. deinde balsamum. et aqua carbonica.

PC ag corona multato 37. h. flor

ziniq; 3s opel alburnas sanu & imp. h.
Rasp crasper: Ha q. mithi far cum aqua
depilitata balsamij infusio in aqua

Confundit

28 in summa corona olim p. philippinus sanu
A scutore in simplici carnis bubulicu ip,
Gentis - hy pius adhibetur ut tando ut q. forbiq;
p. n. tando adhibetur sanpius ut temporis
et animalib; p. q. tando ut h. calo ip
p. n. tando adhibito sum p. mo e. vit;

fins capillis anthonis h. ing ut corpore
nr nigra vina fer vol hy p. ad,
sibila e. in doloris capillis latere dolentie
e. tando Narbonum ut sum p. f. i. m.

34948

ann. p. A

newspaper

26979.61

RHEVRNII
VLTRAIECTINI
DE MORBIS
QVI
IN SINGVLIS PARTIBVS
HVMANI CAPITIS
INSIDERE CONSVEVERVNT.

Hic artificiosa methodo, & incredibili facilitate, morborum Idea,
Causæ, & cuiusque causæ morbificæ, partisq[ue] agra Signa,
Prognoses, & Curatio Rationalis & Empirica
graphicè depinguntur.

Cum Rerum & Locorum insignium utilissimo INDICE.

Johannes Daird Mauchalis s. Phys. Marbac.



LVDVNI BATAVORVM,
Ex OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Franciscum Raphelengium.
cIc. Ic. xciii.

X H E V A N I I
A U T R A I E C T I N I
D E M O R B I S

641

I N S I N G A L I S P A R T I B A S
H U M A N I C A P I T I S
I N S I D E R E C O N S A V E R A N T

H u m a n i s t a r e o p e n a g o g i c a l i s t s , i n v e n t o r i s , m o r p h o l o g i s t s ,
G r a m m a t i c a l s , c o m p a r a t i v i s t s , m o r p h o l o g i s t s , e t c .
P h y s i o l o g i c a l s , (m a t h e m a t i c a l s) , E m b r y o l o g i c a l s ,
B i o l o g i c a l s , q u a n t i t a t i v i s t s ,

C u m R e c t u m & F o c u s u m i u n g u i a r a a t i l i g i m o l i n d i c e .



T A C D A N I B A T A Y O R U M
E X O E H I C I N A P I A N T I N I A N A
A L T A Y F I A U C I C I U M R A P H I C E G I U M .
C I D : 15. xciii.

N O B I L I S I S I M I S E C T O R
B A T A V I A E E T U V E S T P H R I S I A E
O R D I N I B V S
I. H E V R N I V S

dedicat consecratq.

Ni si prudens veterum coh-
siliū fuisset, O R D I N E S
Amplissimi, qui, quæ cultu
quodam doctrinæ expoli-
uissent, hæc Excellentibus
prudentiâ, ac celebri poten-
tiâ expleudentibus, ascri-
pserunt, perpetuis hic non foret mos, nec con-
stante regnereceret. Retinetur, nec sane frustra
namq; sua in publicos usus manumittit scripta,
is non solum ea aliis ascribendo, quibus officio
aliquo sit deuinctus, gratiam referre mititur; sed
vnâ monumentis suis decus & auctoritatem con-
sociare, horum prescripto nomine potest. quo-
rum is quasi comitatus splendore, in publicum
prodeat. Nec ego ab hoc veteri nobili, publicoq;
more abiit volui in eum hunc fœtū De curandis
morbis.

morbis. Eo quæ magis, quod hæc mihi minimè
ambigua, quæ plerumque scriptoribus dubia de-
liberatio evenit, quibus maximè ex pluribus de-
beant ascribere suum munus. qui ita de beo vobis,
ut nullis aliis quam vobis ORDINES Illustrissi-
mi, hosce labores meos dicare velim ac debeam.
De beo, inquam, vobis; & quis quæso vobis non
debet lubenter corū, qui Rē publicam amant?
quis litteratorum, quis studio forum vobis non
est omnibus deuinctus modis? experimur id cot-
tidie hīc, in Academiā vestrā. Ut ad me veniam,
quibus, quæso, non hæc solum monumenta, sed
studia etiam cuncta mea, industria mque conse-
crem, quam vobis ORDINES Amplissimi? Quin
si illud etiam in censum vocandum sit, ut in his
ascribendis auctoritas & gratia. libro ematur; à
quibus quæso hæc firmius expectare potui, quam
à vobis? Qui omnibus admirationi estis, ac cum-
estis reuerendi; non solum ob nobilem istam di-
gnitatem vestram, sed potissimum ob prudētiā
ciuitatem, equitatem, liberalitatem in bonos doctosq.
omnes, in afflictos tutelam, ac patriæ ab iniuriā
omni vindicias. Macti hac gloriā ORDINES Po-
tentissimi in antiquum famæ exilitis splendorem:
qui prouocare olim Romanum imperium &
quindecim legiones ausi fuistis: iam hūc Vindices
publicæ

publicæ libertatis. His, summa in vobis omnia tam altè explendescunt, vt non potius vos ab illa dignitate vestri muneris ornemini; quām illa, micante vestrarum virtutum splendore decoretur. Nec adulari volo (id à me alienum norunt. Amplissimi inter vos viri) etenim cūcti ab eruditione Illustres viri, cunctique qui vos optimè norunt (& qui quæsō vos non norunt?) vno ore me non leuiter ferent, qui de vestrīs virtutib⁹ parcius dixerim, quām quod altius extulerim, adulatorem. Certè id iam mihi propositum non fuit, vt recenserem vestrās laudes, quæ profecto ocium maius, ac flumen dicendi vberius efflagitant. Accipite ergo VIRI Illustrissimi hoc monumentū meum,
mole non grande, diligentia tamen, accurata elaboratione, ac rerum utilitate maximum: quod nunc auspiciis vestrīs publici iuris facio: & pro vestrā prudentiā patiamini, vt ei se decorare vestro clarissimo nomine licet, eoque veluti Musarum Gratiis redimitum prodire, & hoc vestro scuto contra maleuolorum iacula se armare ac defendere. Quod si euenerit, vt voueo & spero, dabo operam vt alia quæ plurima apud me sunt, eisdem auspiciis enascantur ac in lucem prodeant.

Valete. Ex Academiā vestrā Leydā in Batauis.
Anno cīo. Id. xiiii.

Ioannis HEVRNII
PRÆFATIO IN MÓRBOS
QVI IN SINGVLIS PARTIBVS

C A P I T I S

DE MORBIS scripturus QVI IN SIN-
GVLAS PARTES corporis humani
incurrere consuevere, primam seriem à capite
ducam, quam mox, S. DE O oculum faciente,
excipient Thoracis querelæ, ac tandem per Ven-
tris morbos hoc filum finiam: Tu Summe rerum
opifex, Medicinæ parens DĒVS, cœptis nostris aspira, qui pulcher-
rimam hanc mundi fabricam condidisti, quam & perenni tua
sapientia & immensa potentia sine negocio ducis, in qua ubique
igniculi tuae bonitatis ac gloria explendescunt. Sine ad constantem
illum flexum, gyrationum quo stupendas leges ac iucundum decus
cunctarum rerum, oculos quis flexerit, fieri nequit, quoniam tam alto
fulgore humanam mentem perstringas, ut cum stupore titubans
illa abscedat. Quis capit is illam tuam fabricam, suspendamque
lucis sedem oculum non potius admiretur, quam rimetur? quis
ebullientia rudimenta illa, nouo è semine, & antiqua matre plan-
tarum? Inscrutabilis tua sapientia DĒVS, etiam in minimis, & in
his quæ ante oculos in quibus sensibus nostris incompetas vires,
quasi per umbram sentimus. Tu itaque Maxime DĒVS, auctor
omnium, qui immensa illa pulchritudine, qua in rebus micas, oculos
humanæ mentis perstringis, vim præbe, ut hanc sparsam in
rebus diuinitatem videamus, ac te in illis colamus, qui te sine op-
pressione capere non possumus. Ac in his deliciis naturæ, in quibus
Gratiæ habitant tuae laudis, amoris, ac fveritatis, aternas illas,
qua sine

A D
D E V M.

VIAOI

P R A E F A T I O.

que sine tegmine, sed in tua facie, gustemus, que nobis parasti
DEVS auctor ὁ γέιας καὶ πανακείας, παρὰ τὸ μέρον μέτρων καὶ μετρήσεων. Et in scripta nostra, DEVS IESV, effunde
abundè oramus supplices τὰ χάρισματα της ιαματικῆς, ac dextrā hanc
in tuam laudem feliciter ducas. Nam itaque non sine DEO hanc
historiam à passionibus quae capiti insidere consueuere, ordiamur.

CAPUT (quod Græcis κεφαλὴ, κέφαλος, Poëtis κάειον, κάρπων, κέφαλος, κάρπη, κέφαλος, Doriensibus κόπτης, τὸ κόπτειν dicitur) Latinis, quod
sensus ab eo initium capiunt. Et enim caput admirandarum planeq.
diuinarum actionum decorum, ceteras superat partes cum aliis: ex
hoc in animantes dimanat motus voluntarius, quem Græci vo-
cant τὸν κεφαλὴν καρπῶν κίνην. est enim voluntatis species καρποῖς, ac perfecta quidem, hoc ordine, velle in communi: dein deli-
berare. est actus intellectus per cognitionem, promouens se in
voluntatem: tum eligere, hac serie βαλσαρις, βαλσαρις, αἴρεται, περιβαλλεται. Nec solum est arx sensuum τὸν motum καρπουντικὸν artifex,
magnas membrorum moles τὸν præsumida corpora ex longo inter-
vallo trahens, non sine admiratione, sed τὸν Sapientia est domici-
lium, τὸν officina iudicij τὸν memorie: quibus DEO genus huma-
num est simillimum. Quæ ex corde fluit vita, brutis nobiscum
communis est: at Intelligentia, quæ non ex materia bruta, sed
accepta ex diuinitate, τὸν hac delibata, cognitione quadam animos
humanos cum DEO coniungit, cerebro insedit. Propterea ut tam
diuinum habitaculum, immemor redditum sui officij, in viam re-
deat, remedias, ne quid temere, menta timetis ac usu validis opus
est. Cum hæc ego mecum, quia ut volo hæc non possum, τὸν ut
possum non volo, calamum abiicerem, ni me hominum doctissimo-
rum graues admonitiones erigerent, ac his lusibus ferre inuitum
intruderent: quare quod possum velle cogor. Itaque rationem or-
dinis, quem contraham, ita accipe. In capite ut variae habitant partes,
ita τὸν variae querela ibi eueniunt. harum census referuntur à f.

CAPUT
vnde di-
ctum.

ordinis
ratio.

Arculano,

P R A E F A T I O .

Arculano, insigni certè medico in mediâ illâ etate, in numerum denarium, quarum quædam foris sunt posita, alia intus recessere. Foris, capilli, & cutis capitis quam capillatam vocamus, quam imæ capillorum radices, id est, cæsaries describunt : que pars ab Aristotele dicitur Fixator, & Latinis calua. Quare capilli primò nos monebunt ut succurramus illorum inopie, & luxurianti præter decus copia. hoc est, de eorum defluvio, & que hic referuntur fæditatibus, ac mox de colore, canitieque mutandis scribemus. Cutis verò ratione, de Perrigine, Pediculis, Achoribus, Fauis, que Cerea ab aliis, Meliceridas vocarunt. Aetius & Celsus: Tinea, Psydracius & Helcydrus, Sycosi, & exanthematis. Intus conduntur dura meninx, & tenuis illa membrana quæ cerebrum proximè amplectitur: hanc piam, illam duram vocarunt matrem. Harum membranarum causâ transfigemus de capitalibus doloribus. Deinde pergemus ad cerebrum ipsum, in quo concipitur Phrenitis, Lethargus, Melancholia, Mania, Amentia, Labefactata memoria, Sopor seu Coma, Vigilia & Vigil Coma: hoc ductu illa trahemus. Et cum suos quosdam sinus obtinuerit cerebrum, ad eorum passiones nos vertemus, ubi de Caro, Vertagine, Incubone, Comitiali, & Apoplexiâ agemus. Tandem ad Nervorum morbos veniemus, ibi de Stupore, Tremore, Conuulsione, & Paralyse commentandum. Ultimò ob recrementa cerebro concepta, adibimus Catarrhorum, Sternutamentorum, ac Aquarum cerebro detentarum descriptionem & curationem. In totâ autem harum passionum historiâ duas præcipuas curandi notiones absoluam. unam, que elicetur à naturâ affectus qui corpus premit: alteram, à parte corporis cui insedit ille affectus morbifer. Affectum corpus premens dico morbum & eius accidentia, atq. causas morbificas. Causæ cuique sua remedia & presagia ascribemus; ita ut peculiari bus differentiis causarum, quod hactenus vix ullus præstulit, ex singularibus notis compertis, tuò medela & vietus ascribatur & quam-

P. AEFATI.

et quamdiu, et quatenus ab initio ad finem his sit videntum. Quin de parte morbo implicita milie cura erit: nam pars non solum remedij genus vertit et mutat, sed et eius moderatur efficaciam: ut illa sensilis aut stupidata, et que varie aliis nexa partibus fuerit, ac usus et situs variarit. De reliquis Indicationibus, ut, De totius corporis temperie, viribus aegrorum, aere, etate, consuetudine, natura communis et peculiari, sexu, vita genere, ceterisque indicationibus que ad cuiusque morbi curationem in consilium vocari debent, supersedeo. quo recte percipiamus num remedium, quod affectus morbis er euocat, admitti debeat eam vi, ceterae indicationes suum iudicium, tanquam quidam limentum interponunt, et interdum accidit aliquid, et remedij copiam limitant. At hac per omnem passionum varietatem fundere infinitum foret. Ideo quod praecipuum est, dico affectus naturam et partis affecta, illisque dicata remedia hic narrare consilium est. Nam quamvis sine ceteris fracta claudaque prodeat curatio, facile tamen qui quis illa huic adferre poterit ex illo libro, quem nuper in lucem dedi nomine PRAXIS MEDICINAE noua ratio; quam libris tribus Methodi ad praxim medicam, aditus facillimus aperitur ad omnes morbos curados. In his que cursu Methodi ad praxis impedire poterant, omnia sublata esse confido. Nam remedia que peculiari quadam dote passionibus dicata sunt, que, dico, optima, et in hominum salutem usu longo comprobata, huic exercitationi intuli. Quae enim nulla naturae offensione notata fuere, egris operem attulisse, illa eximio quodam cultus seruanda sunt, nec temere naturae tenellulae illi humanae noua queuis, et non perpetua exercitatione comperta prescribi debent. Arrident noua sepe facie, que non sine pernicie ad blandiuisse videt posteritas. Fruimini itaque his laboribus, ex animo susceptis, et candide saepte conatis, qui studiis vestris et utilitatibus publicae inscribuntur ac impenduntur.

Contra
noua re-
media
nullo
viu fir-
mata.

JOSEPHVS

IOSEPHVS SCALIGER

I V L C E S E

T^οτις ἄλλας δέργον κεφαλήν πέσει πόλης μολυβδάς
ΕΤΡΝΙΟΣ, Γ^ραποκεάτες αἴθεα σφιναύρας,
Τ^ομένις οὐδὲ πρωτίστα καλὴ σύναθε ποτὲ ἔργα,
Εἰπεν, εἶπεν δέ τοι τὸν πολοδέρα Θέμιδρον
Αἵλα δέ τῶν κεφαλῆς τε ρύσσον σελίδην καρδεῖται
Ταῦς τανονίαν αἴπα, ταῖς τε νότης.

Τόσον γέρες ἄλλει δέ βίβλος, βίβλον ΕΤΡΝΙΟΤάλλας,
Ο^ρασον τῶν μελέων την κεφαλὴν πρόσχει.

I D E M.

H^YEV^RN^IV^S Hippocratis carpentes florea ferta
In capitibus morbos edere multa videntis,
Præclaræ sunt artis, ait, primordia vestra.
Huic summam nostrum est imposuisse manum.
Prötinus & capitibus morbos digessit in uno,
Morborum & causas, certaque signa libro.
Quo libro tanto libros supereminet omnes,
Quanto cuncta super cætera membra caput.

CL. V. D. IOANNI HEVRNIO

Medico præstantiss. & Academiæ Lugdunensis Rectori magnis.

O^RM^E R^IT^O nostri Princeps Rectorque Lycei,
Et medice in Batavis dux colam enque rei.
Cui studium est capiti diros auertere morbos,
Ipsum arcem vite ne Libitina petat.
Me quoque vis in fronte tui prostat libelli
HEVRNIE, quam vellem posse negare tibi!
Ne temere lectoram oculos auresque fatigem,
Aſſidue doctis quorum eris in manibus.

Verum

Verum virges. & mi certum est non tendere contra,
Et pulchrum tanto cedere velle viro,
Omnes cui Belge iamdudum cedere gaudent,
Et quotquot gemina sunt Medici Hesperia.

FRANCO DUVCKIVS.

In librum V. C. ac Medici doctiss. IOANNIS HEVRNI
DE MORBIS CAPITIS
CARMEN

IANI DOVSÆ FIL.

IAM satis afflictis miserunt numina terris
Inde trucem belli rabiem, Martisque procellas;
Mortiferam hinc cladem membris, morbosque proteruos.
Scilicet humani pars corporis illa, supernæ
Diuinos altæ mentis quæ concipit haustus,
Arx animi, mundi effigies, fons denique vitæ
Æthereæ, quantis huc usque exercita pœnis!
Queis obfessa malis! capitum non agmine tanto
Horridus Alciden Lernæ circumstetit hydrus.
At bene, quod te hæc monstra, Heurni doctissime, contra,
Omnibus exhaustis nondum in Pythonem sagittis,
Armauit Phœbus. nulla est mora, protinus omnes
Diffugiunt leti comites, capitique minata
Horribili aspectu pestis numerosa recedit.
Nec tu Pæoniis tantum ista pericula succis
Perniciemque domas, & auaræ surripis Orcuſ
Tot capita, extendens properantia fila sororum:
Sed fontem vitare mali, sed funditus auctam
Exstirpare doces labem, populisque futuris
Consulis; & nondum natis tua munera prosunt.
At letum, infesto quod demetit omnia ferro,
Exulet à libris, reticent qui à liminis satanus
Lucentem culm' mox arimam: usque ite sub Orcum
Infames tenebras: nil vobis iufis in illos,
Perpetuum ipse suo quos lustrat lumine Phœbus.

IN LIBRVM G. V. D. L. HEVRNII
DE MORBIS CAPITIS
G. DVYCK LECTORI.

SCIRE velis Lector, cur laudis opuscula quædam
Nil referant? Vox sunt tinnula, nil aliud.
Ast præsens Liber & capite & cerebro, inspice, pollet:
Quæque feras, lecto, præmia scire velis.
Haud dubius membris bñne consalere omnibus, ægro
Qui bona prodiderit pharmaca tot capiti.

BONAVENTVRÆ VULCANII.

FΙδιόστρα ἀγριάλεων τάσσου γραπτὸς ὥρος εἰπεῖν αἴτιον
Κυκλώσας βερτεὰ τῶν πόλεων αὐτοφόλων;
ΕΤΡΝΙΕ βάλλει θεοῖς ὅλος ἔθιται, βάλλει βέλεοις,
Η^η προθέλυμα τὸ δὲν ἄμμον ὅλωλε πόλις.
Τίς δὲ βερτανή πορυζῆ περιφερεῖταις ἔτιν αρίγει,
Η^η σὺ, δὲ οὐδὲν εἰ πορυφαύσαται;

EIVS DEM.

INNUMERABILIVM, heu, morborum exercitus arcet.
Corporis humani arcta obſidione premit.
HEVRNI sterne tuis genus existale sagitis,
Aut urbi cum populo fanditus inferit.
Quis capiti humano est arcere poterior hōtem,
Quam tu, Peonia qui clavis artis apex?

FRANCISCI NANSI.

Oὐ κατῶ, ἀντάρ γεόσει μάκιναζε οὐδὲν.
Ταῦτα ὄρω, γεόστη. μὴ γαλυκεστὴ δίδυμον;
Πολλάνι πῶτον νοσεῖτο μοκεῖ δύσχυμο, οὐδὲν.
Νίδυμο. μὲν αὔσσοις μοι μάλις εἴτε μάδειν.

In eundem Librum ad ZOIΛN
Fόργον τὸν Μάδην πάρι τὸν ΕΤΡΝΙΟΥ, ἐπιστρέψας
Γοργόνο. οὐ γε φέγγις, αὖθις γένοιο πέρι.
Αὐτάρ μη πότε τέτο ηνοιό. τάδε εἰ παρέσκει,
Μὴ μωμίσῃ, αὐτάρ βέλτερον σὺν περιφέρει.

IN LL.

IN LIBRVM VIRI C. D. HEVRNII
DE MORBIS CAPITIS

Carmen Phaleucium.

Hvc Galli positis humi coronis,
Germani quoque fascibus relictis,
Huc & vos Itali, simul frequentes
Admouete pias manus labellis.
Maius nescio quid venustiusque
Iam se tollit humo: videte, amabo,
Quam bellum Caput exerit per auras.
Quot spirat Veneres suis ocellis,
Quot circum glomerat greges Amorum,
Natalem modulis inaugurantum.
O bellum Caput! ô Apellis artem!
O matrem Venerum Cupidinumque!
Erumpas Dea. Nixij ministrant,
Et concham valido impetu recludunt.
Expandas Venus illa eburna colla,
Et læues humeros & has mamillas.
Quas tot lacheoli premunt Amores.
Sed non hoc satis, HEVRNIANA Siren,
Quin perruimpimus hos, & hos recellus,
Et septa intima plena suavitatum
Illibata prioribus Camœnis.

In Zoilum.

Zoile, quid ringis? Caput hoc quid toruus oberrase?
Iamiam Gorgoncos experire modos.

EZECH. VALENS.

IN C.

IN CLARISSIMI MEDICI D. D.
IOANNIS HEVRNII

PRAXIN.

DVM caput in nostrum iurat male sana dolorum
Factio, diripiatis Mentis ut acropolim,
Distribuitque operas, sacer excutit inde penates
Morbus, & à subito sidere nomen habens,
Inde dolorifici contendunt agminis ale,
Et lenta amcingunt obsidione domum.
HEVRNIUS interea è specula vigil excubat alta
Custos, insidias detegit & rabiem.
Arma mouet contra, capitalem iurat in hostem,
Insano sanum offerre caput capiti.
Dat signum; fugiunt acies; Mens arce recepta
Tuta sui in fastos Consulis acta refert.

RAPH. THORILI

In Clariss. Excellentissimique Viri
D. D. IOANNIS HEVRNII
Professoris Medici in Academia Logodunensi
Batauorum celeberrimi

PRAXIN DE MORBIS CAPITIS.

PERGAMA facundum iacent antiqua Galenum,
Insula Cos magnum tollat in astra senem,
Atque Arabes Razim celebrent, magnumque Auicennam,
Gaudeat & Celso Roma superba suo.
Atque alios alij extollant, diuina medendi
Ars quibus indulxit viuere perpetuum:
Et quibus æternos statuit post funera honores,
Ac superis Phœbus inserit ordinibus.

Quis

Quis credat maius Batauis iubar emicat otis
HEVRNIUS, ille tuum Leyda beata decus,
Qui docta instructus ratione vsuque medendi,
Et Razem & magnum est æmulus Hippocratem.
Testantur scripta hoc toto quæ publicat orbe,
Scripta per æternos viuere digna dies.
Felices nimium Batauos, quibus HEVRNIUS unus
Alter & est Razes, alter & Hippocrates.

A L I V D.

DVM magnum Hippocratem ô HEVRNI rationibus equis,
Fundis & arcanas, Caus ut alter, opes:
Nec minus artificem felix te dextera clamat,
Dextera vel Razis vincere docta manum,
Et que scripta facis toti nunc publica mundo,
Ingenij & genij sint monumenta tui;
Quos tibi pro meritis Phœbus decernet honores,
Et tanto imponet nomina digna viro?
Fallor; an & Phœbo & Musis, Batauoq; Lyceo
Alter eris Razes, alter & Hippocrates?

GVALTERVS VERDOESIVS Med.

INDEX

INDEX BREVIS

CAPITVM.

- CAPITE I.** De capillamenti venusta-
 te, & capilli deflui & horrenis
 turpitudine. & num: horum cura ad
 medicos pertinet pag. 1
- II.** De Alopecia & Ophiasi, quam Ty-
 riam vocant barbari: qui affectus à
 Celsi Area appellantur. Alius Pathos
 psiloticum, Vulpium lustra, Vulpio,
 & Depilatio 13
- III.** Contra hirsutem, & Rigidita-
 tem sciaecam capillorum 22
- IV.** Aduersus Canicenni. Et quo modo
 flui procreentur capilli. & Fissura
 pilorum quibus arceantur 25
- V.** Porriginis medela, qua & Furfurac-
 tio & mitea dicitur 32
- VI.** De pediculis infestantibus, quam
 passionem Graci φθείαν appellant,
 hoc est, Pediculationem à pedum co-
 piâ, quâ hoc animalculum abundat 35
- VII.** De Fano, qui etiam ulcerem est capi-
 tis, Cereum à Celsi, ab aliis Cerio,
 nrolo Gracis dicitur.
 Et de Achoribus, qui Celso ulcera capi-
 tis manantia. & Plinio ulcera capitis
 emanantia. Zabafati Auicenne, &
 Et Zagrum Auensiorum: alij Laetu-
 mina vocant. Praterea de Tinea, &
 de Ficu 38
- VIII.** De Pustulis & efflorescentiis in
 capite & facie: & de Decore concili-
 liando faciei 42
- IX.** De Cephalgia, hoc est, omni do-
 loye Capitis. 45
- X.** De phreniide 94
- XI.** De Lethargo, Veterno Latinorum
 129.
- XII.** De Mania, id est, Insaniam, aut
 Furore, vel Ecstasi Melantholica 145
- XIII.** De Hydrophobia, hoc est, aqua me-
 tu, qui fit à mortu rabiose canis 160
- XIV.** De memoria detrimento: &
 quas modo ea sit firmando 167
- XV.** De Somno, & de Comate somne-
 lento, vel Cataphora. Latinus Sepor.
 Arabum Subeth 180
- XVI.** De Perigilio, seu Insomnia. Sa-
 bata Auicenna 183
- XVII.** De Comate vigili, Grecorum
 Typhomania, & Arabum Subethsa-
 ra. Alij vocant Phreniudem Coma-
 tosam 198
- XVIII.** De Caro 201
- XIX.** De Catuche seu Catalepsi. Recen-
 torum Congelatione. vel Stupore
 vigilante 205
- XX.** De Vertigine 213
- XXI.** De Incubis & Succubis. & de
 Incubone 223
- XXII.** De Epilepsia, seu morbo Comi-
 tiali 230
- XXIII.** De Apoplexiâ vel Sideratione 238
- XXIV.** De Paralypsi, quam Resolutio-
 ne vel Mollificationem vocant, Graci
 etiam πάραστι, hoc est, Langorem,
 & Desktionem 275
- XXV.** De Convulsione, quam Graci
 Spasmum, & Celsius Dislationem
 neruorum appellat 297
- XXVI.** De Sensu & Motu hebetudine
 314
- XXVII.** De Tremore 317
- XXVIII.** De Sternutamento 320
- XXIX.** De Catarro: & primam de
 Curatione omnis fluxus in uniuersum
 323

IOANNIS

IOANNIS HEVRNII
VLTRAIECTINI
PROFESSORIS MEDICINÆ,
DE MORBIS QUI IN
SINGVLIS PARTIBVS HVMANI
CAPITIS INSIDERE
CONSVEVERVNT.

CAPUT I.

DE CAPILLAMENTI venustate, & Capillitij deflui & hor-
rentis turpitudine. & num horum cura Medicos tangat.

ORPVS humanum
vt omnibus modis
absolutum foret, &
sanitate & pulchri-
tudine decoratum
esse oportuit. Pro-
pterea cum corpus suam deponit
valetudinem bonam, aut venustas
eius nativa cum flaccescit, utrumq.
officium à Medico flagitabit: & vt
sanitas stabiliatur, & vt formæ reuo-
cetur honor. At medicus suum mu-
nus facit, cum labascentem vale-
tudinem erigit: cum verò formæ
studet, non hoc ex officio agere vi-
detur, sed *comptu-
reatu-

*hoc est
comptu-
reatu-

comptu-
ria repu-
diatur.
nuptiis
luteis.

Etenim *κομψωτικὴ* apud quasq. lau-
datissimas gentes, viris præcipue
probrosa fuit. Quare in Apologetico
suo scribiti Apuleius, capillos sese
habuisse non amœnos ac delicatos,
nec ad lenocinium decoris promis-
sus, quales affectati dicuntur, vbi
coluntur studiosiùs à cincinnatulis
& trosulis; qui, vt Seneca ait, solici-
tores sunt de capitis sui decore,
quam de salute, qui inter speculum
& pectinem occupati sunt, quique
concinniores esse malunt, quam ho-
nestiores; qui templicam turbari
suam minus curant quam comam.
Scribit Plutarchus à Philippo Ma-
cedone quendam tinturā capillati
superbientem ex ordine Senatorum
motum esse; hoc etiam addito di-
ctero: non sperandam integratem
ab eo in gerendis rebus, qui etiam
capillis fucum prætenderet. Oui-
dius compturam his execratur,

Sint procul à nobis iuvenes ut feminæ

A

comptis

*Exornato
ria ad-
mittitur.*

Icompti,
Eine coli modo forma virilis amat.
Attamen perhibet Galenus, etiam honestissimos homines oltui quædā cultui dicata explorata habuisse. Archigenes vir doctrinā & grauitate clarus, de ea scribere non est veritus. scripsit & Heraclides Tatentinus & Cleopatra, etiam tum cum luxu & deliciis minus diffluent homines. Post hos Crito, venia dignus, inquit Galenus, quod apud imperatores medicinam faceret. huius libri pierunt: at Galenus libro primo *τόποι τόποις* horum anacephalosin exhibuit. Nec ipse Galenus fuit tam ab omnibus gratiis alienus, ut cunctum ornatum à medicina excluderet: recipit enim τὸν κορυφὴν, id est, exornatoriam: ut quæ naturalem corporis venustatem tuerit, neque quicquam asperitum inuechat. Quin scribit, verum ornatum capillorum & non fucatum, non solum ad elegantiam, sed etiam ad ipsarum partium facere stabilimentum. Quare κορυφὴν differit ἀπὸ τομημάτων: & quamuis κορυφὴν interdum exerceat, non tamen id ex officio: non enim in vito dum est deformitas, actio partis humani corporis violatur, sed pulchritudo. Quin Hippocrates libro *τέλει ταῦτα*, ait, glabretta capitum potius ad turpitudinem, quam ad morbum referenda esse. Quando itaque capilli in querela sunt, hoc ad exornatoriam spectate assuetamus. Quia enim facie morbo perhiberentur tentari capilli, qui neutiquam corporis partes, sed quædam potius efflorescentiae sunt in cute: quamvis quidam existimarent in defunctis promitti capillos, ut &

*Exornato
ria differt
à concepto-
ria.*

vngues augescere: inter quos est Plotinus, qui libro secundo De dubiis animæ dicit, forsitan quia corpus animatum non illuminato, sed calcificato corpori simile est, post animæ demigrationem superest in eo ad breue vitale vestigium, spiritusque aptus motibus. veruntamen videtur calore & vapore pororum in angustiis retento id evanire. Et quamvis *vitiles
pulvrae.*
*21. de vita
part. 14.*
capilli efflorescentiae quædam sint in cute, tamen cum Galeno non negamus utiles esse, quod locum prebeat fuliginibus capite conceptis, quas sui parente, perpetua accessione ac continuata congestione agnoscunt: quin venustatem capiti ut concilient natura voluit. Cæstaries enim, ut ait Ambrosius in hexamero, reuetenda in senibus, veneranda in sacerdotibus, in bellatoribus terribilis, decora in adolescentibus, in mulieribus compta, dulcis in pueris: unde Ouidius,

*Turpe pecus mutilum, turpis sine
granime campus,
Et sine fronde fruter; & sine crine
caput.*

Sed & Apuleius, mulierem etiam venustissimam, si capillitio nudeatur, licet illa celo deicta, mari adita, fluctibus educata, licet Venus ipsa fuerit omni Gratiarum choro stipata, totoque Cupidinum foro, & baltheo suo cincta, cinnama fragrans, & balsama rotans, si exulta processerit, placere non poterit, ne Vulcano quidem suo. Et Chatilaus interrogatus, cur comam nutrit? respondit, quod ex omni ornatu hic pulchrior foret, & **d'utriusq[ue] Cap. 2.* Et propheticâ sententia Esaiæ, decubuit Dominus verticem filiarum

Sion.

**Id est,
sunt
minimi.
Cap. 2.*

Sion. Apud Græcos Lycurgus citius insuefecit comam nutritre, quod pulchros ornaret, deformes vero terribiores & formidabiores redderet. & Homerus vocat Achæos *καρπούσωντες*. Adiicit Aristoteles in primo Rhetorico, id videri libertatis argumentum: nec enim comantem facile est *έργον ποιεῖν θελήσαντα*, id est seruile opus subire, aut illiberalē artem admittere. Apollonius Tyanæus apud Philostratū libro octavo, capite tertio, author est comarum nutritiōnem à Lacedæmoniis eo tempore ortam esse, quando habiti sunt bellissimi. Spartanorum, inquit, rex Leonidas fortitudinis causa comangestabat, quod amicis modestiorem, hostibus vero terribiliorēm propter ipsam se videri arbitrabatur. Hinc Spartani omnes cœpere comam nutritre, quod eodem cultu, ac Lycurgum aut Iphitum, hunc venerantur. Et, ut ibi intuīt Apollonius, Pythagorici olim capillum alebant: quod ferrum admoueri non decet, vbi sensuum omnium sonus est, unde visiones, preces, & sermo nascuntur. Et vetus prouerbium est, pilus unus etiam suam habet vibrām. Empedocles etiam, inquit Tyanæus, Græcorū compita purpureā vittā crines circundatus perambulabat. Quin scribit etiam Columella, Romæ publicos fuisse capitum & capillorum concinnatores. Recitat Cœlius Rhodiginus ex canonieis decretis, mulieri datam esse comam, tum operimenti gratia, tum ad subiectionis memoriam. Quin nulla gens tam fuit barbara quæ non aliquod decus in coma posuit, si non in discriminata illâ, taliter in passâ ac neglectâ.

Scribit Seneca, Parthorum esse capillum effundere, Germanorum autem iungere, Scytharum spargere. Et Romani, quod Venerem læsisse se putarent, cum vrbe à Gallis ambusta, obsidione premeretur Capitolium, ex mulierum capillis tormenta connectere erant compulsi, hinc Venus, inquit Lactantius, cognomento Calua in religionis cultum venit, quasi suis deposita armis. Cum itaque sine hac exornatoria venere, patrum gratiis sacrificaremus in medicinâ, de his quædam commentabor, sed tamen breuiter. hoc enim anno non tam fœdum ac olim vitium, in his populis qui capite detecto incedebant, seu sol, seu imber esset: & ob id anxiè solliciti de pilis illi, nec serui defluis capillis eiutdem precij erant. Hæc causa fuisse videtur polydædalæ varietati s. pilatoriorum apud antiquos medicos remedium. Sed pauca nobis pileatis suffecerint, ad quæ iam pergo.

CAPVT I.

De CALVITIE, que Græcis καλυπτος, Latinis Glabretum, unde glabriones dicti. & de Barbe fabrica.

EMUNIS & viris quibusdam iniquum est hoc vitium, ac pulchritudini non leue bellum indixit. Auctor est Tranquillus, Iulium Cæsarem caluitij deformitatem tulisse iniquissime, obtrectatorum sepe iocis obnoxiam expertus: ideoque deficientem capillum reuocate à vertice affuerat: & ex omnibus decretis sibi à Senatu populoque honoribus,

4 DE MORBIS CAPITIS

honoribus, non aliud recepit aut usurpauit lubentius, quam ius laureæ coronæ perpetuò gestandæ. Scribit Dion Cæsarem laurea vsum perpetuò, postquam est potitus rerum, eo prætextu quod "ἀραγαλλίας ἦν. Erat caluitio deformior Tiberius, proinde in spectaculo quodā Seianus ad eius ludibrium, per caluos effici omnia curavit, à matutina hora, in vesperrinum: quin & puerorum capite deraſo ad quinque millia exeuntibus ē theatro præluxere: unde, inquit Dion, Seiani dicti omnes calui. Caluicium est tedium quod pilos occupat. Pili communi voce γειζεσ ad cunctas corporis hirtas referuntur partes, & cum horrent rigiditate quadam in capite, hoc nomen sumunt; inde olim, inquit Porphyrius, appellatos trichaicas, qui assidue versentur in præliis, veluti assidue concutientes & quatientes cristas. Sed capitinis pili propriè dicuntur ἔπιπαι, Latinis capilli: quibusdam κέρατα: Persio cirri à κέρα, ab incidendo dicuntur. Tota autem congeries capillorum Græcis dicitur κέρας, κέρα, id est, crines, & λάχεν: viris à frequenti cæſione cæſaries appellatur, vnde cæſariatus miles, id est comatus, feminis ab ornatu coma, quæ est capillus cum aliqua cura compositus. Ruffus tamen comam ad viros vertit. In his hæret hoc vitium quod Latinis caluities & caluitium, vnde caluaster & recaluaster. Græci caluum phalactrum dicunt, veluti qui habeat περιφερεῖα, quod verticem habeat albicantem: phalum enim album vocant περιφερεῖον, quod luminosum sit. Est autem caluitium defluvium capillo-

rum, quod à sincipite plerumque incipit, ac continuo spacioſoque tractu per medium caput in occiput pergit, intactis temporum pilis, & cutis nuda capitinis pristinam seruat ideam, characterem, & molem. Ita in senibus cotidie nudari caput videmus. Plurimum igitur discriminis est inter caluitum & areas capitis (de quibus mox) quæ longè alia ideam, nec ita æquabili effluunt nuditate: adde quod areas (ita Celsus vocat alopeciam & ophiasin) à fœda materia primordia trahunt; at caluitum ab hac iniuria absit: nam inquit Galenus, interextincto qui pilos confouebat humore, cooritur caluicies: at subeunte vitioso, ophiasis cōsurgit, ac alopecia. Propterea etiam homines caluitum quasi sine turpitudine in se agnoscunt. vt etiam refert historicus Dion, cū apparuisset cometes, quo portendi videbatur Vespasiano mors, cludens is, non sibi ait illum præsignare, sed Parthorum regi, ἐντὸν τὸ κομᾶ, οὐδὲ τὸ φαλακρός εἴη, id est, ille enim est comatus, ego autem caluus. Quin eius filius Domitianus, inquit Suetonius, libello quem De cura capillorum ad amicum edidit, illum simul seq. consolans inseruit, οὐχ ὁρᾶς, οὐδὲ τραχαῖς τε μεγάλας τε. Eadem remanent mecum capillorum fœra, & forti animo fero comam in adolescentia senesceniem. Et Cælius Calcagninus in apologis ait, caluitiem acuminis & acrimoniae esse testem, quod philosophus Synesius innuebat, cum diceret prudentiam & pilos inimicitiam habere: idcirco Ludovicum Insubrum Ducem, virum sapientissimum, caluos omnes ad obcunda

* recalus
ster.

Till.

Nomen.

Quid
ser.14. ms.
thodi.
C A Y-
S A B.

obeunda regni munia collegisse. Ita
 olim honori caluitum fuit, cui iam
 nos fucum facimus. Hoc ut recte
 faciamus, eius causas vnde prodit,
 & quod caput ferè negotij est, signa
 cuiusq. causæ accurata quadam di-
 ligentia notabimus. Est itaque va-
 rium caluitum, ut ex diuersis surgit
 causis. aliud enim est natuum, aliud
 ascitum: natuum duplex, vel ab
 ipso parentum semine & sanguine
 illatum, aut ætatis siccitate contra-
 etum. A parentibus quod importa-
 tur tam est, & facilè noscitur: nam
 consimili affectui illi impliciti fue-
 re, & in prima etiam ætate eorum
 fetus in caluitum abeunt. Ita refert
 11.5b.37 Plinius, quod Myconij (est autem
 Myconus Cycladum vna) carentes
 pilo gignuntur, & calui omnes: &
 Herodotus in Meltemene, siue hi-
 storia quarta, inter Scythicas gentes
 esse quosdam, qui sub excelsorum
 montium radicibus incolant, eos ab
 ipso natali caluos esse, tam mares
 quam fœminas. Hoc vitium insana-
 bile puto. hi felices forent si apud
 Arymphaeos nati fuissent, qui prope
 Ryphæos montes, capillos pro sum-
 mo probro ducunt, nam ab ipso
 natali calui sunt, inquit Herodotus.
 Aliud natuum caluitum quod æta-
 tis siccitate innascitur, his signis no-
 scitur. Calido & sicco plerumque
 prædicti sunt cerebro, quali sunt
 homines sagaces & vigiles, quibus
 etumpunt prima ætate pili vberitatem,
 nigri, crissipi, quique calent tacti, &
 ad ætatis florem rubore roseo ex-
 splendescunt. Dum enim rapido
 æstu vratur horum caput, ex-
 haerit focus pilotum, hoc est ro-
 scida illa pinguedo in cute capitum,

vnde pullulant pilii, quæ, ut scribit
 Auicenna, est viscosa & vnguis, non
 aquosa nec lerosa; sicut arbo-
 rum vnguis folia non cadunt,
 etenim pilii generatio est ex cutis ex-
 crementis, & nullam agnoscit aliam
 partem auctorem sui: Aristoteles
 ait, pilorum materiam surgere ex
 humore adusto, cum quadam pinguedine,
 & substantia aerea: huius
 materiae inopia fit caluitum. Scio
 hanc materiam corruptelâ etiam
 foedari, non aliter ac plantas, quæ
 contabescunt liquoris occurrentis
 iniquâ quadam ac foeda colluie,
 sed inde non caluitum, sed areæ, de
 quibus mox differemus; sed ex huins
 pinguis materiae cutis capitum inopia
 fit caluitus, non aliter ac decomatio
 in plantis, quæ contabescunt humo-
 ris inopia. Sed hic humor in cute
 capitum glutinosus est, vnde fumidus
 vapor, crassus, humectus, qui in an-
 gustis cutis spiculis partim hæret,
 partimque foras propellitur in for-
 matum pili. Etiam si putat Auerrhoës
 pilii materiam, ex Galeni sententia,
 putè terrestrem. Quod si esset, non
 tam sequax foret pilotum natura, &
 flexibilis, atque ætate facilè laberen-
 tur. Sed pilotum humectatio glu-
 tinis densatur more & obdurescit.
 Hinc est quod quum pontifex Six-
 tus quartus præsideret, compertum
 Romæ in via Appia, è regione Ci-
 ceronis conditorij, muliebre cadaver
 quod ex inscriptione coniectatum
 est, fuisse Tulliolæ. id erat aromati-
 bus ita conditum, ut temporis ini-
 triam non sentiret. In eo visebantur
 capilli aureo impliciti reticulo, sum-
 mā omnium admiratione, tepperit
 aliquid, in quod anni mille quingenti

^{tit. de ge-}
^{ner. animali.}

^{Gal. 11.}
^{crassum.}

^{Auerrhoës}
^{opinio.}

^{Hystria.}

ferè nil proorsus eualuisserit. Cœtrum cadauer in vrbem delatum tridui morâ computruit, medicamine amoto Cùm itaque humidum calidum pingue exhaauritur, sit verum caluitium: nam huius iacturam excipit frigidum siccum. De hoc recte Celsus, quo minus caput quibusdam ætate nudetur, succurri nullo modo potest, maximè quum plerisque id sit hereditarium. Ex hac eadem, sed non tam præcipiti, causâ senibus caluitiū accedit, ætatis cursu evicto ac detrito humido calido pingui: vnde siccum frigidum & durum euadit pili pristinum pabulum; hinc tritis illa capitalis nuditas. Argumento sunt Eunuchi, qui ob madorem non caluescunt. Sed cur ita madet in spadonibus & euiratis cutis? Inde hoc esse videtur, quod integrī minimeque accisi sunt cerebri, quod rem veneream non agant: nam magna pars seminis ex cerebro est. hanc etiam amplectitur opinionem Hippocrates libro de aëre & aquis: nam venis ponē aures præcisis sterilitatem induci credidit: quod vberimē seminalis hæc materies ex capite effluat. Et propterea homines densiore pilo, vt etiam aues, ad venetum vslum promptiores sunt, caloris & humoris copia: quare & oculi languent à venere. Eademque ratione & boues ectomix, id est, execti corua gerunt maiora, molliorem etiam & sapidiorem præbent carnem: nam execta in melius proficiunt: quare Tarentiana meretricula, mulierum maximos esse amatores Eunuchos, ait: sed nihil posse. & etiam frigescunt, & propterea non dissipatur id pingue humidum. Quare caluitii

Annot.
1. degener
aria 3

Erosio.

Eunuchi.

causa, est inopia humili calidi pinguis. Propterea plantæ quæ pingues sunt, fronde perpetua virēt. Ita etiam homines suis ætatibus hyemē & statemque agunt. A veneris etiam frequentiore vsu, non aliter ac ab ætatis excursu in senium, caluitium nascitur: nam id pingue meretricula hæc exlaetat: vnde moriens Daphnis apud Theocritum ridenti ita renidet *Idyl. 1.* Veneri, κύρη βαζεῖαι, κύτει ρευστατή, κύτει διατονίαι ἀπόχθις. οὐδὲ γέραστη θεά. αὖτις hoc est. Venus molesta, Venus odiosa, Venus hominibus iniuria: iam indit, ut omnia sol nobis. Hæc eadem causa est quod aues dum defluā sunt pluma, minimè vescunt: dum enim ita depennescunt, quod est quædam in illis caluicies, id pingue in illis titubat. Eadem enim ex causa defrondescunt arbores, depennescunt aues, ac homines caluescunt. Scribunt quidam naturæ peccati, visum quandoque hominem, cui ex toto pili defluxerant à febre, nec redditâ sanitatem, omnino succurrerent pili, stipatis meatibus. Quemadmodum enim vola manus ac pedis abnuit pilorum ortum, ita etiam cùm durior euadit cutis capitii: nam quod humiliores sunt mulieres & pueri, ob id agrius caluescunt. & videmus à sincipite maximè nudari caput in senili caluitio, quia sincipit omnium partium capitii est siccissimum: nam hæret ibi cutis ossi nudo. Et Hippocrates libro sexto Epidemion ait, Caluitium oriri ex cerebri consumptior e. id explicans Galenus, dicit, siccari ætate cerebrum, & seipso minus euadere, maximè anticâ parte, quā βρέμενa vocant: & ita recedere à parte illâ: quare destituta

pars

Affici-
tione.

pars cerebri madore, aridior euadit,
vnde & pili genio fraudati efflouunt.
Aliud est ascititum, vt diximus, calui-
tum: nam quæ capiti admouen-
tur interdum siccitatem præbent
hanc, vt vrentia, depatoria, strin-
gentiaque remedia, & cicatrix: nam
vel humidum pingue absorvent, vel
ita densant cutem ut minimè mea-
bilis sit. ita etiam existimat Q. Seren-
nus, vbi ait, ex rigore inducto à sa-
lamandra fieri:

*Desfuit expulsus morbo latitante ca-
pillus,*

*Seu salamandra potens, nullisque
obnoxia flammis,*

Eximiū capitū tacitu deiecit honorem.

Signa en-
sufficiata.P R O -
G N O S T I S ,
cum à sic-
citate.

Quod à siccitate, his symbolis se
prodit; durior apparet cutis, nec fri-
ctione rubescit, tenuantur rigidi pili,
interdū vsus præcessit rerum adstrin-
gentium & refrigerantiū, vel cicatri-
cosa reducta cutis à tineā, vel ex am-
bus: & à dēsantum & siccantium
rerū vsu magis affligitur. A cicatrice
validā insanabile est: vt si à validā
frictione non erubescat cutis. Quod
hæreditatum est, quodque ab ætatis
excursu, est immedicable: nam est
ab exhaustione pinguis ac calidi hu-
midi. Quod si reparabile foret, im-
mortalis homo hīc perseverate pos-
set: quod nobis negatum est fato:
nam tam diu vita data, dum ex-
splendescit calidum quod nos con-
formauit, in humido primigenio: at
dum hoc micat, absuntur eius pre-
diū, humidum primigenium, in
quo hæret vita nostra: non aliter ac
in elychnio flamma absorbet oleum,
in quo tamen viuit. Ita nostrum
vivere, nihil aliud est, quam mori.
Itcirco solatium hoc feramus calui-

tio affligendis, etsi non curari, atta-
men tardari posse caluitum: pru-
densque id consilium admittant Q.

Sereni,

*Non semper præsens dolor est sanabi-
lis: ergo*

*Cura magis prodest venturis obvia
morbis.*

Ad præservationem optimè faciet
vt siccata densaque cutis, inquit Aui-
cenna, laxantibus & humidis mol-
liatur & rarius euadat. Nec hīc opus
est vt venā sectā, aut subductā alio
de toto corpore prouisio habeatur:
cū succus hīc nullus vitium fece-
rit. Quare nihil in his curiosè ten-
tandum, sed solis quæ foris admouen-
tentur operam dabimus. Hīc non T O P I U
admittitur pilorum materies, quare C A , C O M
deciduis pilis alij subrogari nequeūt:
mollescat igitur & rarefacat à reme-
diis cutis. Caput aquā dulci tepidā,
vel lacte lauetur sēpe, in qua emol-
lientia, vt semen & flores maluæ,
altheæ coqui possunt, lini, branchæ
vrsinæ, cucurbitæ, lapathi, pini, scen-
græci. & suauī rigetur oleo; quale oli-
varum maturū, amygdalinū dulce,
oleum lumbricorū, sesaminum, cum
adipe gallinæ, talpæ, cuniculi, aut
axungia porci. In oleis primū coque
adianthum, semen bismalux, & ali-
quid ladani. Cū mollior horum
vnu enasiss videbitur cutis, quo ra-
rescat, lauetur tunc caput ex decocto
chamaemelorum, meliloti, beto-
nicæ, capillorum veneris, abrotani,
cum pauco cinnamomo & ladano:
Et vngatur caput oleo amygdalino
amaro, cum paucō oleo caryophyl-
lorum distillato, aut oleo de abrota-
no cum ladano & pinguedine vrsi;
vel laurino, cum oleo de colocyn-
thide.

INDICA-
TIONES.

Unable to display this page

micantibus inferuntur. Quare à ca-
lore lasciuiente & venereo pro lubio
præmaturè promitur barba, vt in-
quit Martialis,

*Inde tragus, celere s'q; pili, mirandaque
matris*

Barba.

Quidam tota vita barbâ visuntur
exuti, non sine rubore: nam ex barba
decus virilitatis ac roboris, corporis
maturitas, imò sexus discerniculum
exsplendescit. Auctor Haliabas po-
tissimum ornamentum fuisse in bar-
ba. quamuis Adrianus Cæsarum
primus, vt scribit Dion, barbam nu-
trire exorsus sit. Scribit Iulius Cæsar
libro sexto De bello Gallico, quòd
hi qui inter Germanos diutissimè
impuberes permanerunt, maximam
inter suos ferrent laudem. Hoc ali
staturam, ali hoc vires, neruosque
confirmari putabant. Vetusiores ta-
men ita lèti barbâ, vt Apollini pri-
mam tunderent & fluminibus: vt
Achilles apud Homerum. quod imi-
tari voluisse videtur Nero vbi iue-
nalia edidit propter suam barbam,
quam tum primum raserat, pilis in
aureum coniectis sphæron, & Ca-
pitolino dicatis Ioui. Quòd itaque
enascens segnius barbam eliceret
Galenus, peculiariter abrotani cine-
re ex oleo lentiscino macerato illi-
nebat mentum. Philagrius antiquus
medicus præclaro hoc medicamine
vtebatur: accipiebat limaces, hirudi-
nes, apes, vespas, salem communem:
æquas horum omnium iungebat
partes, vasi includebat, cuius fun-
dum parvis pertusum erat forami-
nibus. huic aliud subiiciebat pro
excipulo, firmo cooperiebat. qui ex-
stillat liquor illinebat. iam quid

olei caryophyllorum ei misceatur.
ALIVD. Accipe cinerum abrotani
drachmas decem: ventrum cantha-
ridarum, drachmas duas: ladani,
sem unciam: auellanarum combu-
starum, drachmas duas: tere, & co-
que ex oleo amygdalino, vel viola-
ceo: vngatur mentum. Obseruari
debet in huius remedij fabricâ, vt
tantum accedat cantharidum, quòd
leuiuscumè ulceretur mentum: nam,
inquit Abincenna, crustulis deciduis
emicant pili. Si violentius agit, re-
misce quid vnguenti rosati. Si odo-
ratius velis, affunde quid olei caryo-
phyllorum distillati. Tali etiam ferè
medicamine vtitur Actuarius: &
inquit, vbi herbescunt pili, assidue
abradantur, fculneis foliis cruore
euocato. Quibusdam in secretis est
aqua destillata ex melle cum fauis, si
illinatur. Fœdum etiam est cùm
SUPER-
CILIA
excusa.
SVERCILIA abstulit cicatrix. eam
pingunt fuligo thuris, resinæ & ma-
sticis: hoc nulla lotione iterum elui
potest. hac arte Turcicas feminas
cilia in nigrorē tingere P. Bellonius
auctor est. Ut itaque superciliorum
cicatrix pilis obduci nequit, ita grato
foco venustas datur. Alioqui si sine
cicatrice nudata fuerint supercilia,
hæc, inquit Aëtius, euocat oleum in
quo apes vstæ. Est & aliud Nothum
caluitium, quod prodromum ciliæ
videtur in verum. attamen ferè non
in caluitium abit, sed simplici deflu-
vio sistitur. Fieri solet ex materia
piliferæ inopia, vel à cutis raritate.
Quod ab inopia piliferæ materiæ,
ferè cum iam enarrato caluitio inci-
dit, quod ex densitate cutis fieri di-
ximus. Cùm fraudatur caput succo
adusto cum quadam pinguedine, &

No-
THVM
caminatio-

A mate-
ria inopia.

*Cause &
fieri.*

substantia aere à cadit pilus: non aliter ac plantæ, quæ contabescunt succi inopia: propriea, hic primò extenuantur pili, dein excidunt. vt in scœcta, vbi depastum est humidum primigenium. vt etiam in iis qui, cum nondum eualuere, ex graui conualescunt morbo. sed hoc, inquit Aetius, curatu est facile malum, & vltro, à victu. Interdum euenit à nimia euacuatione subsidente cerebro: nam dum id cranium ferit, humectat cutem, vt priùs diximus ex sententia Hippocratis: vt ex nimis vigiliis, & inmodesta venere. Quamuis assertat Albertus Magnus, De animalibus tertio, quibusdam caluis à coitu succrescere pilos. Sed ita existimandum, in tali homine calidum primū sopitum fuisse, & humido detentum viscidiore; unde calor solutis vinculis soluit humidum, ac pilum gignit. Non aliter forsitan quam scripsit Plato in Timaeo, nutritatu vberissimo marcescere plantas in locis vdis & stagnantibus: nam Q Horatianus à succorum copia affluente pilos necari existimat. sed hæc ratio parum cultis auribus satisfaciens. Rarò citra casum in morbum à materia piliferæ inopia cadiui sunt pili. Exhauritur etiam hæc materia ab hectica febre, vel longa inedia, mætore: ita apud Theocritum Simetha ex amore, ait, sibi deciduum esse comam: ἐξειν δὲν οφαλην μέτην τέχες. In hoc nullus επιστρεψ, vel y vt Hippocrates, ξυρόμε, se iungit. In hoc malo non per ateas excidit pilos, sed paulatim, citius à morbo: tardius à senio. Indicatio in his curatrix suadet nihil non agendum esse ut restituatur hu-

midum calidum pingue: nam adeat alimenti inopia: quare vberius pastum inçat corpus. Quod à senectute *Prognostis*, euenit, remediaris nequit. In tabidis mortem nunciant caduci pili, si aliūs fluat à succo alimentario. Nihil hīc purgandum, discutiendum, aut curiosius moliendum, sed reponendum aliquid parti genio fraudatæ. Prima igitur cura sit vt materia lignatur ex enchyris cibis, qui facile trahi à corpore possunt, nihil habeant acre, nihil salsum, inquit Trallianus: Secunda, vt confectum alimentum trahatur in locum qui hīc in querela est: propterea fouet Trallianus caput aquâ calidâ temperatè, & multo hydrelto caput vngit: non autem sapone aut nitro abstergendum caput: Tertia, vt modestè stringatur cutis, si in longius tempus trahatur malum: frustra enim parta materia ac adducta fuerit, ni eam ibi tuerintur. Dum itaque in molem secesserit fotu aquæ pars, subsistendum: ne quod attractum est exhauriatur: & ladani oleo vngatur. id hac eliciatur arte. Accipe ladani pinguis, & comminue vncias duas: adde aquæ myrti fuscunciam: vel loco eius capillorum veneris aquam affundes: & olei amygdalini dulcis, vncias quattuor: bulliant ad aquæ consumptionem. Quodsi varias has vires, quibus opus esse diximus in hoc malo, vni remedio (quod iam ferè faciunt medici) includere velis, ita præscribes. Accipe adiathi, abrotani, betonica, salvia, euphragia, paleatum auene, singulorum semimani-pulium: foliotum & baccarum myrti, cuiusque pugillum: corticum radicum cannarum, vncias duas: ladani,

*Præscri-
tus.*

ladani, semunciam: coquæ ex lixiuio fermentorum vitiuin: abluat eo caput. Dein accipe insecta illa quæ dicuntur gallinae Marœ, in umbra siccata: pulueris talpæ lente combusta, pulueris apum, cuiusque seindrachmam: abrotani, myrti, adianti siccati, singulorum drachmas duas: cornicis intimi auellanæ; sequidrachmam: spicæ nardi, drachmam: ladani drachmas binas: inoque oleo amygdalino, & expime: adde si lubet aliquid adipis cuniculi, vel talpæ. Vncia mollientis remediij, vt oleum amygdalinum, accipiat densantis, vt ladani, drachmam.

CARTIO. CAVTIO, à squalidis & aridis rebus pax sit: ne exsorbeant materiam cui iam studemus. VICTVS ratio humida commendatur hic, lotio frequens tepida: vinum tenuë, venus nulla, alius sit libera, & animus.

SIC RARITATE CIVIS. Alterum nostrum caluitum primordia ducere diximus ex cutis raritate: nam ad comationem non satis est ut materia rectè comparata sit ad cohesionem, sed & cutis, cui radices pilorum ritè hærebunt, moderata sit oportet: nec enim in arenosis exaridisque pratis herba enascitur, aut enata diu gramine scit. Dicitur autem hic affectus peculariter à Galeno p̄vns, quod est desfluum. quamvis latius se pandat hæc dictio interdum, trahit tamen à Galeno maximè ad hanc causam: nam Galeno desfluum capillaris duæ præcipue sunt causa, vt etiam Non antiquo medico, raritas cutis, & inopia materie piliferae, de hac prius, iam de illa altera nobis breuiter agendum est. Ab hoc affectu non areae nascuntur, nec facile abit in

glabretæ, sed sparsim eaduci fiunt pili, ita ut totum capillarium rarefcatur. Nascitur à grauibus morbis qui caput tentauere, poterit etiam in causa esse rerum nimium aperientium admotio, vt lotiones ex lixiuis lepromeria prædius, & vnguentis, maximè si habitus corporis ratiō naturæ fuerit, & si valida exercitatio diu fatigauit corpus. at Galeno videtur maximè hos incurere hanc causam, quos diu implicitos aduersa valetudo habuit. Symbolis quibusdam notabimus hanc cutis mollitionem. Temperiem hominis explorâ: nam hi apertū habent caput, quod sèpè sudoribus perfunditur, & aestuat: his, inquit Rasæ, sunt albi, & pilis nudum gerunt corpus, vñcti q. vñ sunt humido: interdū liberabūs indulgere ratificantibus vñctionibus & lotionibus: iam ladduntur terum humectantium & aperientium admotione. nullus adeat pruritus; acrior enim succus non fecit vitium, & sèpius incurrit hos qui à grani se recolligunt ægritudine. in hoc malo omni ope nitendū, vt ardetur curis, vtique materia pilifera in caput prolectetur. Sed hæc in omni capillari effluvio cautio adsit, temperandum esse à nimis validè ratificantibus: ne qui restibiles sint pili diffluant. Curabile malum hoc. Et à validè siccantibus abstinentiam: ne vitrem succum à cute auferant: nam ita callosa & glabra redilita vero affligeretur caluitio. Sint igitur densantia modice facultatis: ne repellatur & exprimatur quod suécosum est: nam, vt diximus, non solum hic stringendum, sed & pili materies est in caput ducenda. Propterea Galenus

*Signa la
na cutis.*

*Iudicari
nes.*

Causa.

7. Simpl.

Dioscori-
du mot.

& Aëtius dicunt, mente non concipio medicamen præsentius, eo quod ex ladanu, & oleo lentiscino paratur. nam ladanum, ut scribit Galenus, absunit prauos succos ad radices pilotum, & meatus arctat. Sed primùm fiat lotio capitis: Accipe cynosbati, mosci viridis querini, foliorum quercus, adianthi, betonicae, singulos semimanipulos, florum rhois, myrti, cuiusque pugillum: myrtillorum, ladani linteo nesi, cuiusque vnciam: masticis, caryophyllo-
rum singulas drachmas duas: coque ex aquæ libris quattuor, bulliant ad tertiae partis exhaustionem: colatur caput abluatur. Si strictius velis, adde acaciam linteo nexam, & gallam: alioqui absinthium. Deinde vngatur caput, vnguinum polydædalâ copiâ hic ludunt scriptores. Ego semper felici successu sequenti hoc vtebar, quod ex variis locis Di-
scoridis, non sine labore, à me exceptum est. Is enim mos est Dioscoridi (quod notauit adhuc, quod sciam, nullus) variis capitibus eiusdem remedijs vim (quod efficax ad peculiarem aliquam passionem usus certus notarat) inserere, ac sepiissimè repe-
tere, vbi de medicamento quod etiam illi morbo studet, pertractabat. Hoc nostrum tale est. Accipe vini dulcis, olei myrtei, quo hic nihil melius mulierum pilos cohibet, ait Aëtius, cuiusque vncias quattuor: foliorum rhois, adianthi, abrotani siccatai, singulos pugillos: foliorum myrti, pugillos duos: baccarum myrti, myrobalanorum emblematum & chebularum, auellanaruim contusa-
rum, putaminum vñtorum nucis escatia, quod est iuglandis, singulas

drachmas: cinerum ranarum, vel vnguium mulorum cinerum, aut talpæ, vel ventris leporis, aut conorum cupressi, seu capitum muscarum, semidrachmam: caryophyllo-
rum, cinnamomi, cuiusq. drachmas duas: thapsiæ semidrachmam: coque secundum artem, dum vini vnciæ due exhauiantur: colatur adde ladani pinguis semunciam: myrræ, beniouini, cuiusque binas drachmas: aloës semidrachmam: pinguedinis vrsæ vel talpæ, vnciam: misce, & iterum coque, dum totum vinū euaneat. In frigidissima aëris constitutione misce quid spicæ, vel olei caryophyllorū. Cui operosa hæc non placent, accipiat, suasore Aëtio, verbenacam rectam viridē cum radicibus, insoletur in oleo omphacino: bis per dies singulos perutiōne renouatā ac inlinitā. Aut ex Marcello Empirico, nucis escatia, id est, iuglandis testa contusa vel combusta, & minutatim trita, atque adiecto oleo, imponatur: ladani parum adiice. Aliud: accipe vnciam ladani, calido pistillo subigatur in mortario, paulatim rigando vino stringente, dum mollescat; tandem affunde olei myrtei vncias duas, addi potest succus corticum nucum, & myrti: Nonus antiquus medicus addit myrram. Theodorus Priscianus, qui nomine Q. Horatiani prodiit, laudat adipem vrsinum cum ladano, & adiantho. Dioscorides in libro De euporistis, celebrat myrram, cum ladano & myrteo. oleum ladani vide apud Euonymum. Tomo secundo. Plurimum adscribit Galenus diætae. Absit usus recluden-
tium, & quæ leptomeria acrius vi exhan-

exhauriunt: sed potius ineat urus frigidoru& densantium. Propterea commendat Trallianus lactucam, maluam, pepones, pisces, peccines, suillam carnem, pedes bubulos, isicia. Sit tamen cibus euchymus & qui ex facili rapiatur, ut vitelli onorum. Veteri vino abstineant, inquit Alexander, sit medicatum ex nigris cerasis, aut cytoniis malis.

CAPVT II.

De ALOPECIA & OPHIASIS, quam Tyriam vocant Barbari: qui affectus à Celso Areae appellantur. Aliis Pathos psiloticum, Vulpium lustra: Vulpio, & depilatio.

ALOPECIA dicitur ubi areas & glabreta in humano capite capillus deciduus facit. Nam vulpes inuoluit hæc passio annofas, oborta per ætatem scabie, *λαβετην οὐρανίων*, nonnulli deriuatum nomen ex facultate vulpinæ vrinae existimant: quod enim vulpes perminxit, in ariditatem marcescentibus herbis, nec succrescentibus nouis trahi affirmat. Idem est ophiasis, sed serpentis more serpit, & inquit Celsus, incipit ab occipitio & duorum digitorum latitudinem non excedit, ad aures duobus capitibus serpit: quibusdam etiam ad frontem, donec se duo capita in priorem partem committant: fitque in infantibus, & in capite tantum. At alopecia nulla certa ideâ serpit, & omni capillo & ætati iniuria est. cum enim una in parte concepta est materia, aream rotundam dabit. Quemadmodum autem cal-

uitum ex materia piliferæ inopiâ, aut criminè cutis nascitur, ita areæ ex materia piliferæ corruptela obo- riuntur, non aliter ac plantæ, quæ contabescunt humoris inopiâ, aut liquoris occurrentis inqua quadam & fœda collunie. Fit, inquit Actua- *6. Metb. 1*
Causa.
rius, ex succorum corruptelâ, ubi cutis capitis à moderatione sua abit, & ex humoris copia, aut pallida, nigricans, aut alba magis evasit. fiunt igitur areæ cum materia pilifera malam traxit qualitatem, à materia morbiferâ: tunc enim corrumpitur. id euenit cum labefactatur à caco- chymia, huc venereâ, vel elephantia- si. Cacochymiam itaque sequitur *A co- fuliginis & cutis corruptela. Nasci- COCHY- tute succorum corruptela ex mali MIA.*
Si & re- tina cacochymia.
succii cibis non raro: ita refert Galenus iuuenem quendam, ex fungorum esu, alopeciâ fœdatum fuisse. Inter- dum succi totius corporis fœdati sunt, ut euenit his quibus peculiaris aliqua euacuatio suppressa est: qua- lis est mensum in mulieribus, & haemorrhoidum effluentium statis periodis in viris. Hoc docuit Hippocrates libri sexti Aphorismorum trigesimo quarto: Cum varices eu- nescunt, quas excipiunt pili cadiui, metastasi abreptis succis in caput, varicibus recrudescientibus, redeunt pili: ob diadosin materiae morbiferæ à capite ad crura. Secetur vena, ef- *Chirur-*
fluat sanguis ad vncias ferè septem
aut octo: quia athleticam plenitudi- nem hoc malum non habet, quod
contaminatis ex succis nascatur. Sed
quæ vena aperienda? Si à mensum
fuerit iniuria, aut varicibus, malleoli
pedis feriatur vena. Et tandem, iam
habita prouisione totius corporis, si
conceptus

conceptus sit prauus sanguis capite, in eoq. tese efferant non sine calore venæ, inquit Auncenna, frontis vena pertundatur. Sed si alba fuerint corpora, frustra de vena secunda consilium erit; nam exiles vent̄ fugiunt scalpellum. Propterea in albis pinguis corporibus cucurbitæ adferantur loco phlebotomiæ: insigantur pedibus vel dorso. Aëtius & Auncenna suadent in contumaci areâ, ut à toto euacuato, sacrificetur cutis capitidis, quid materies fæda elidatur. Sed præstat scalpello non exasperare cutem, ne cicatrices pilos negent. Ergo scarificationis loco cottidie radatur capitidis cutis, ita ut paulatim excindatur summa cuticula: eo enim modo adaperiuntur pilorum radiculæ. Interim purgandum erit totum corpus. Hoc ut commode fiat, singulis tribus diebus præparatur hoc modo. Accipe syrapi de endiuâ compositi, syrapi capillorum veneris, & si à mensibus, de arthemisia, cuiusque vnciam: decocti capillorum veneris, verbenæ rectæ & famariæ, cum paucō aniso, libram medicam: sumant in tribus vicibus, manè, & superdormiant. Quarto die ita purgentur: Accipe pilularum aggregatiarum, & pilularum sine quibus esse nolo, cuiusque scriptulum: dacrydiij præparati, grana duo vel tria: fiant pilulae quinque, quæ deaudentur. Sumat in aurora, & superdormiat.

OBSERVANDVM ut singulis septimanis bis purgetur ex Galeni imitatione. Inunctione Topicam mox scribam. Interdum importatur iniqua hæc materia capiti, non à toto corpore, sed à peculiari aliqua parte, ut fracta à coctione

Pergam.
ta.

Si à par-
tu nato.

vetriculi, vel splene infarctu obsecro: aut congeritur in ipso capite hæc materia, ut cùm caput afflictum fuit multis ac perpetuis doloribus, aut vulnere labefactatum. Pars quæque suas noras dabit cùm in querelam venit: & medica auxilia euocabit. Quacumque autem ratione capiti hæserit inquinata hæc materia, siue congestione, aut influxione, siue ab imperfectâ præcedentis morbi crisi restibilis ibi hæserit, variorū succorū soboles esse solet, modò enim billescit, pituitescit, aut melâcholescit, & tamen cunctis his debetur venæ sectio, modò artas & vires concesserint. Ea tamen cautione, ut eò particius id agamus quod longius à sanguinea benignitate abierit illa. *Dubia de phlebotomia.* Anceps hoc consilium videri posset, quod Galenus initio librorum *z. 27.* solutionis venæ non meminit. Sed viden? id eius loci non erat: nam voluit ille, per istos libros, locis laborantibus tantum aptate medicamina. Dicit tamen aliquis, magnis tantum morbis debentur magna remedia, hæc autem sunt gemina, venæ sectio & pharmacia: at areæ non sunt in censu validorum morborum: imò vix morbi. Respondeamus, nos soluere venam metu iam iam futuri magni morbi. Vnde? nam imbibita hæc praua materia validis remediis eximenda est capiti. Quod dum peragitur astante quædam medicaminum vi capiti admota, eò sanguinem abriperent dolorum potentia, non sine delirij aliorumque grauium morborum periculo: hoc periclitati nolumus. Nec tamen prohibemus ut notetur num sanguini remixta fuerit hæc materia: si enim ab ea

Phleboto-
mia utilis
omnibus.

ab ea longè recessit, nec sanguine corpus circumfluit, quid quælo proderit venæ pertusio? Verùm vnde id noscam? Si frictione aut ad motione calidorum remediorum facilè in tuborē se effuderit cutis capitis, quod maximè sit recenti adhuc morbo, venam secato, attamen parciūs effluat crux: nam ubi impurus est sanguis, non ita tutò effluit. Si hepatis videtur vitium fecisse, in cubito dextro segetur media vena: si lien, vel in sinistrā parte capitis si vitium considerit, sinistra feriatur vena media. Tandem ad cephalicam venientem, & dein ad frontis venam. Ultimò, cottidie radat caput: nam ita sensim exscindet cuticula summa, & pilorum radiculae sese adaperient. hoc sit loco scalpellī, acuum, & hirudinum. Hac arte aliena materia vacuabitur, & ab iniuria putredinis vindicabitur quæ nondum contaminata fuit. Attamen, ne frustra simus, primò notare debemus, quæ facile, quæ ægrè vel nullo modo sanari possint. Inueterata alopecia ægrè sanatur. Nouacula tūdi debet pili, inquit Actuarius, & locum affectum linteo nec molli nec aspero frica. Si post paucas frictiones locus erubuerit, mediocris purari debet affectus: sin post multas, difficilior: si non mutat colorem, vt in cicatricibus, deploratum malum erit, vel diurnum.

¶. Propterea iubet Galenus vt quām primū elidatur materia cute concepta: ne labefactetur cutis, aut sanguis qui recens infertur contaminetur. Cūm igitur curabile malum deprehensem fuerit, à festâ venâ ad purgationem pergendum, cūm sit à cacochytiâ. Verùm hæc praua

materia est biliosa, melancholeseens, aut pituitescens. Quò rectè purgeatur, primò preparetur: ne fiat via vi, sed vt separetur à naturâ, & inof-
fensio pede elaboretur. Si cacochyta ^{A missio}
hæc materia fuerit biliosa, pruritum ^{SA MAT-}
à sua acrimonia inferet. diæta pæ-
cessit calida & sicca, aromatum &
vini usus, temperies & habitus cor-
poris, cæteræque res naturales, &
non naturales in æstū & squalore in-
nutant: aut morbi biliosi pæcessere,
vnde superstes cacochyria à de-
staudatiâ crisi. Et cùm biliosa illuuius
in cutem capitis irrepsit, pallescit
cutis: nam tingitur idea excremen-
torum quibus imbuitur: maximè si
frictione effervescat. Exigenda est
hæc materia. A venâ, vt diximus,
sesta, corpus totum, si inde importe-
tur, purgetur: & ne testibili quadam
fœcunditate iterum effusionem re-
petat, roboretur: idem de parte quæ
in vitio esse potest dico, vt liene, vte-
ro, hepate, capite ipso, ventriculo.
Accipe capillorum veneris, verbenæ,
fumarit, endiuia, cuiusque semi-
manipulum: florum rosarum, vio-
latum, nenupharis, singulos pugil-
los: anisorum drachmam: coque ex
aquâ hordei ad libram medicam:
colatæ adde syrapi de endiuia
compositâ & de fumatiâ, cuiusque
semunciam: fiat apozema: aroma-
tisetur drachmâ santaloru.m. Tri-
bus diebus in aurora detur tepidè.
Quarto die, ita excludatur materia.
Accipe pilularum aurearum scriptos
duos: dacrydij pæparati grana
tria: siant pilulæ quinque. Tenellulis
dentur pilulæ de shabarbo: vel
infusum myrobalanorum citrina-
rum, cum syrupo rosato laxatio.

Robustis,

Robustis, qui minimè reformidant pharmaca, datur pilulae ex aloë cum scammonio. Si quis nauseat ad pilulas, sumat electrij de succo rosa-ram drachmas sex. Galenus hic vtitur hiera, cum scammonio remixto, & bis purgat hebdomade. Tandem roboretur caput: Id ut fiat docuimus nuper vulgato libro, nomine Praxis medicinæ, libris tribus Methodi. Ibi vide libri secundi caput septimum, vbi de alterando cerebro calido. Idem dico de cæteris partibus, si vitium hoc peperere, vt hepat calidum, refrigeretur, vt ibi docuimus. De Topicis mox dicam. In cibum non veniant acria, calida, & salsa. sint cibi amœni & felicis succi: nam, inquit Theodorus Priscianus, vt fructus nutriti malis succis praui sunt, ita & pili. vtatur carne veruecina & pullorū. A niue & aquâ niuali abstineant: nā Rhases libro diuisionum, capite primo inquit, ab eius vsu alopeciam gigni, cerevisiam, aut oligophorum potet vinum. Venus comis bella indixit: reletetur illa comata. Alius sit memor sui officij, animus liber. A MELANCHOLIA, si hæc ca-cochymia enata fuit, illa luxuriat toto corpore, vel lien tactus morbo fuit, tempes totius & habitus melancholescit, & cibus in hunc suc-
cum promptus fuit. & nota num congesione à capite, vel vitio totius aut partis illius succus capitis cuti fuerit, num varices euanuerint, aut solitæ hemorrhoides. partes suis se praudent notis. atque liuidusque cutis color, melanchiâ tintam esse notabit: efflorescat optimè à frictione color succi eius qui rigat cutem. Cauendum ne senescat hoc malum,

*Vitium
a vole.*

*A M E-
L A N C H O-
L I A.
Causæ &
signa.*

sed ilico deturbetur: ne cutis exuat-
tur suo genio, & ne morâ contumax
labefactatus succus, totum quod
deinceps allabitur alimentum in
concordiam secum abripiat. Si ab
hæmorrhoidibus oppressis enatum
malum fuit, aut à varicibus, inferna
vena pertundenda. Dein propina
triduo decoctum lupulorum, fuma-
riæ, &c, si adusta materia, endiuæ,
capillorum veneris, verbenæ: huius
libræ misce vncias tres syrapi de fu-
maria: & si adusta materia, syrapi de
endiuæ compositi: vel syrapi de lu-
pulis; aut mellis rosati, si non intur-
guit splen: ita syrapi capillorum
veneris, de liquiritiâ: qualia plura
descripsimus libro secundo no-
stræ Methodi vbi de melancholiâ
alterantibus. Triduo ita materia pa-
rata, viisque corporis meabilibus
redditis, purgabimus. Accipe pilu-
larum de fumariâ, aut coquiarum,
vel indarum, drachmam: fiant pilu-
læ septem. Si valentiores velis, adiice
harum binis scriptulis, scriptulum
vnum extracti ellebori nigri. id qua
arte fiat, aliâs docuimus. fingantur
ita quinque pilulae & inaurentur:
sumat in diluculo. Si mitiores petat-
res, elige pilulas de quinque myro-
balanis. Si peculiaris ægri natura
horret ad pilulas, propinabimus
semunciam confectionis hamech,
vel electrij Indi, vel diazenæ: cum
decocto laxatio, vt fiat haustus.
Nam squalida hæc materies blan-
dius potibus quam pilulis exigitur.
Eadem ratione ecchyliomata mela-
nagogæ præscribemus nonnquam.
Galenus hos purgabat quattriduo
quoque hierâ cum elleboro. Ultimò
roboretur caput, & euincatur sicca
illa

*Curatio à
melancho-
lia.*

6. aphor.

illa intemperies, ne iterum gignat nouam morbo sobole, aut recipiat: id fiet illis quæ roborant caput siccum & frigidum. sin immissus fuerit ab aliis partibus succus, illæ etiam recreentur, ne amplius suggesterant sementem huic tædio. De Topicis mox. Viætus sit coëtu facilis: vinum Rhenanum: venus nulla: à flatulentis aliena sit mæla, vt leguminibus: sit caro eucyma, & quæ attenuant pro obsonio sint: cappares commendamus. PITVITA cùm patens huius mali est, vel caput hanc concessit, vel alibi nata illi incubuit. A toto vel parte accepta, symbola referent caiusque. Sed pituitosam esse fœditatem quæ cutim inuasit, dicet totius habitus, & temperies perfusa pituitâ, inierunt viuendi rationem madentem & algidam, in sumendis, agendis, admouendis: interdum pituitosi morbi primum fatigarunt, & longæ febres, & ventriculi tedia. pueros fatigare hæc causa solet, postquam accepit putredinem. quibusdam à vulnere infirmum caput suum alimentum fœdat. Candidior in his etit cutis. & id pili ipsi dicent qui sunt in coronâ areæ: nam pili bibut cutis colorem: vt in alpho euenit. Peior est area, inquit Celsus, quæ subpinguem & densam cutem & ex toto glabram fecit. Materiæ alienæ debetur euacuatio: & si cruda sit, coctio: & in metu corruptionis, vt ea atceatur. Si à frictione facile in tuborem se dederit cutis, aperiantur venæ, vt iam tradidimus. Dein radendo excindatur prima cuticula paulatim. Interim, Accipe decoctum artemisiae, betonicae, capillorum veneris, eupatorij, apij, stœchados,

verbenæ, florum rotismarini, ex hydromelite: colaturæ adde mel rosatum, oxymel simplex, & compositum, syrum de stœchade, vel de betonica, aut capillorum veneris, & de artemisia. Post triduum ita purgetur: accipe pilularum cochiarum, scriptulos duos: trochis corum alhandel, grana tria vel quatuor: fiant pilulæ quinque, & inaurentur. Repetat harū vsum à triduo. Ita sumuntur & pilulæ lucis, aggregatiuæ, sine quibus. CAVTIO. Si puer fuerit decennis, dabimus pilulas alephaninas, & assairet, aut de hiera cum agarico, vel scriptulum cocciatum. Sin fuerit infantulus, pax sit à pharmacia: inedia his pharmacum est. In pilularum fastidio vtantur diatholico, hiera cum trochis alhandel, diaphœnico, diluto myrobalonorum chebularum, diacarthamo. Sint cibi optimi succi, tenuantes: Viætus
cum à pî-
tudine. quod inde firmi gignantur pili: aromatis indulgeat, & vino modestè vtatur. Quamvis Asclepiades à vino abstinentiam prescripsit. Abstineat à flatulentis, leguminibus, venere. Dioscorides nunc laudat. aluus sit libera & animus. Nihil in areis melius est, inquit Celsus, quam nouaculâ cottidie radere, quam cùm excisa paulatim est summa pellicula, adaperiuntur pilorum radiculæ: nec desistendum dum frequens pilus nasci apparuerit. & illine oleo ladanii, & frica dein foliis fucus. Ultimò quæ robur afflant cerebro frigido & humido, in vsum veniant. & si totum corpus vel pars corporis materiam dederit, ea exigatur: & ne iterum gignat, studium adsit. VENENVM interdum causam dedit, Q. Sereni

C

id etiam

Viætus à
melancolie
cholesterina.A PITVI
TA cause,
& signa.Curatio
cum à pi-
tudine.

id etiam cārmen testatur:

—se uis epota veneni,
Eximū capitis tactu deicit bonorem.

*ut huc
venerea
signa.*

L V E S VENEREA HAC LABE NON TARÒ CAPUT SCEDARE SOLET. HI AGNOSCUNT SIBI PRIMUM CONTAGIONE AFFLICTUM ESSE MALUM. NAM AB VLCERE PREPUTII (QUOD CAROLUM VOCANT) CURATO DIES DECEM aut quindecim, raucescit vox. Dein decidui sunt pili ad duos vel tres menses: his succedunt artuum do-
lores, & in manibus & pedibus interdum scissurae. Barbam hoc genus primū incurtere cōsuevit & tem-
pora, & mento crūstæ inuruntur.
Ecclæ, & quædam vestigia parua abesa in cute efflorescent; pertusus locus cruentem reddet liquidum & prauī odoris; & prutitus vexat. Hoc malum eructatur à p̄cipuis partibus in cutem: quare metus est nō & illæ scedatæ sunt hac pernicie. Quapropter ilico huius lernæ hydra ab-
scindatur, ne testibili aliqui scenditatem nouū morbo caput luxuriet; venerea lues primò abigatur. Pur-
gentur pilulis cochiis cum elleboro, vel confectione hamech, ex decocto capillorum veneris & boraginis, fu-
mariae, lapatij acuti: adde syrum de sumaria. Cūm mitiora postulas, da syrum, vel mel rosatum laxatiuum cum decocto mercutialato. Bibat ceruissiam quæ iniectum habet guaiacum. Ab hac alopecia differt illa quæ est à leprâ, quamvis utraque tristem agnoscat contaminationem, attamen hic fusca color faciem deformat, & in ideam Satyrorum volu-
tus abit, sursum resinxatis naribus, & supercilia maxime incurtere solet prætumida. Hæc curationem abnuit. Iam ad peculiaria areatum remedii

Curatio.

A lepri.

me vero, quæ scilicet ipsi laboranti admouentur parti. His ante purga-
tionem locus non est: ego, ait Galen-
nus, sèpè solâ purgatione superauit alopeciam. Cūm enim grauis fatigat cacochymia, si illico in topica ruamus, operam iudemus. Attamen, auctore Galeno, immisis scoris succis, cūm iam cutis inbibit abundè malignitatem, solis purgationibus elui nequit impressa iniuria: ob id cuti remedia admouere necessum erit. Verùm ante horum etiam usum euacuatio toto corpore, apophlegmatismis pituitam è capite prolectabimus, inquit Astuarius. idque saepius agendum esse scribit Paulus, ex sinapi, aceto, & melle, cum origano, vel masticet masticen, vel pyrethrum in syrupo rosato leuiter coctum, si biliosa sit materia morbifica: si pituita, ex oxymelite coquatur: si melan-
cholia, ex decocto thymi. Accipe nucis myristice, sinapi, pyrethri, origani, cuiusque scriptulum: trita excipe mastiche, melle, & cerâ: fiant trochisci: ad semihoram una man-
ducetur. His perfactis cutis nudetur pilis, dein fricitur: id roborat & ali-
mentum prolicit. Sed **C A U T I O N E S** quædam in usu Topicorum obser-
uabiles sunt: Hæc digerentibus id quod affluxit discentiatur: & restituta temperie parti, pilorum alimentum prolectetur: quod est bonus sanguis, ut nutritiatur cutis: hoc fieri debet ut calidorum remediorū. Sed non satis est ut caleant, quin leptomeria prædicta sine oportet: quod petuadant in capillorum radicēs: igitur non modestè sed validè agant necesse est. Sed tamen cauendum ne vi ni-
mâ ex splendescente, cutis in æstum abripiatur.

TOPICA.

F. M. R. 1.

6. Metab.

1.

Cautiones.

abtripiatur. Id colore flauore, & calore deprehendetur. Quare tunc exoluiore vi vtendum erit; mixto adipe: & rigandum tunc caput oleo dulci calido, aut cataplasmate ex pane, & adipe anserino vel gallinæ, vel vnguento rosato. cauendū enim, ait Aëtius, ne alopecia exulceretur: ita enim vt in caluis siccatur catis. Absint igitur quæ fodunt: nam perpetuum caluitium parerent. propterea Galenus non vititur merā thapsia recenti. Vnde scripsit Actuarius, si thapsia calidior fuerit quam passio flagitat, sola non apponatur; noctumores phlegmonosos præbeat: quare misce oleum. Gratiorum usus auspicandus erit ab exigua eorum copia. & si appetet indicium inflammationis, vt calida & rubra cutis, ab eorum usu abeundum: ne fiat inflammatio & vleus. Quare præstat à mediocribus ad validiora surgere. Propterea sèpè repetatur remedium, & inspiciatur cutis: nam si leniter mutata fuerit, his insistendum: si non, ad validiora rependum. Observandum, vt à validissimè aperientibus strenuèque astringentibus abstineamus: vt enim hæc repellunt nutrimentum, & suturas claudunt quibus cottidie foligo exhausti, vnde dolor capitis & catarrhi (quæ Abincenna validiora oleo rosato miscet) ita illa quæ nimiam fatigant, iam iam fluxuos deliciunt, & adductum nutricatum exhausti, & moram nexumque ci negant. Veteres ante balneum, & a balneo medicamina illinebant. At ianti balneis consuetudine exoletis, utemur fotu, spongiâ madente decocto, radicu arundinum, absinthij,

stochados, adianthi, myrti, vitis, iridis, aloës, betonicæ, abiotani, hederae, palearum auenæ. haec digerunt & aperiunt meatus. Dein attrahentia illinantr, abrasis iterum atque iterum capillis. Primi fricitur cutis cum radice ari, vel soho sicus: nam Paulus certique Graci præmittunt evirato, id est, frictiones ex nitro multos noui, inquit Paulus, exponit, id est, pilos produxisse solâ frictione & assidua rasurâ. Fricitur assiduo cutis, inquit Aëtius, cum perdicij herbae solis, quod est partaria. Deinde ad inlitiones venendum, quæ ab antiquis propriè appellabantur capillaria temedia; ut apud Martialem:

Non erubescit murice aureo nobis

Dividere mæchæ pauperis capillare.

CARTIO adsit in horum usu, vt Cœli. nondum antiquato malo imbecillis vtamur remediis: nam leuius adhuc malum erit. Ita etiam cum à bile ortum est malum, & dum in calido hæremus aëre, & in tenellolis naturis, ut puerorum & nobilium multorum: nam à vi vrente & siccâ cum semel absorbetur humidum innatum, immedieabile fit caluitium. Propterea seriem hæc ponimus discutientium rerum, quem à robustissimis, per medianas vires in lenissimas finimus: Euphorbiu cuius scriptulum remiscemus cum olei laurini, aut si mitius velimus, cum rosacei vinci: nam omnium potentissimum est euphorbium: dein thapsia medie etatis, nam vetus eneruata est, & recentis nimium flagrans. si thapsia defuerit, eius loco aequali pondus seminis nasturtij sufficietur, inquit Actuarius, aut ericas Sinapi, Materis remediis.

piper album, sulphur, nitrum vstum,
quod vocat $\beta\epsilon\gamma\pi\alpha\kappa\alpha\sigma\tau\alpha\mu\sigma$ Actuarius, elle-
borum album & nigrū, staphisagriae
puluis aceto maceratus, mediocris
est: cinis abrotani, adianthi, radicum
arundinis, melantij, amygdalarum
amaratum, persicorum, allij, rotisma-
rini, betonicæ, radicis betæ, cyperi,
irionis semen, succus allij & cepæ,
thus plusculis diebus ex aceto in
sole tritum, alcyonium. cineres echini
terrestris, & eius caput vstum,
inquit Aëtius, cum vrsinā adipe, ci-
catrices etiam vestit pilis: Actuarius
vrit membrum & splenem asini,
cum adiantho: cinis viperinæ sene-
tiae: cineres apum, murium, den-
tium equorum, fæcum murium,
caprinatum, capitis leporini, pilo-
rum talparum, ranatum albarum.
myrrha, ladanum. Adeps vrsinus,
anserinus, anatis silvestris, vulpina,
lupina, talpæ, cuniculi, serpentis,
viperæ, cerui: lauentur aquâ vitæ.
pix liquida & illa quæ ei supernata
aqua. oleum nucum antiquum ma-
gnâ in his vim habere inquit Auen-
zoar: laurinum, abrotaninum, iuni-
perinum, amygdalinum amarum,
myrtinum, de cheruâ, costinum,
ouorum, lucernarum, balsami li-
quor. Ad drachmam vel semidrach-
mam puluerum (vt velis vim valen-
tem) affunde olei vnciam: vel olei
& adipis simul drachmas decem:
vel vt facilius dicam, habeant mel-
leam crassitatem: ita nec harebunt,
nec disfluent. hyeme sint paulò li-
quidiora. Ex his polydædala varietas
remediorum effigi potest. Qui hoc
non potest, ita describat forte: Acci-
pe gummi elemnij, drachmas duas:
adipis anserini loti ex aquâ vitæ,

Formula.

vnciam: olei nucum, lauri, vel tere-
binthiæ, amborum drachmas tres:
misce in calidis cineribus: dein (si
forte vis remedium) misce euphor-
bij, thapsiæ, cuiusq. semidrachmam:
sulphuris viui, sinapi, cuiusque scri-
ptulum: cineris tithymali, & can-
tharidum, cuiusque semifscriptulum:
si adhuc fortius velis, auge pulue-
rum copiam. Mediocre si velis, hoc
modo; Accipe pinguedinis vulpinæ,
talpæ, & cuniculi, dilutæ in aqua vi-
tae, olei pini, olei nucum, cuiusq. drach-
mas tres: gummi elemnij, semun-
ciam: misce, liquefactæ in cineribus, &
asperge seminis erucæ puluerisatæ,
ellebori, cuiusque semidrachma: vel
euphorbij & sinapis ana semifscri-
ptulo, cum paucâ thapsiæ & sulphur-
is momento, vel Accipe euphorbij,
semidrachmam: olei amygdalorum
amarorum, vnciam: axungiaæ anseris,
semunciam, misce. Quod si vslus
exigit lenem medicinam, ita præscri-
batur, Accipe olei vitellorum ouo-
rum, amygdalini & adipis anserini,
cuiusque semunciam: ladani, drach-
mam: cinerum apum & amygdalo-
rum amarorum, vel persicorum, aut
caninatum radicum, abrotani, vel
thuris, drachmas duas: misce, fiat
linimentum. Tale etiam est myro-
pissocerum, ex pice & cera, cum
laurino liquefactis, cum ladanô, &
adipe vrsi, cum succo pampinorum
tenerorum, succoque latiri, & fœni-
græci, & verbenacæ, foliorumque
arundinis, canini rubri, echini ter-
restris cute vsta: in plumbeo mor-
tario terantur. hoc inuenit Claudio-
nus sodalis Galeni. vel hac arte,
Accipe mellis libras duas: cineris
abrotani, vncias binas: apū vstarum
vncias:

Vnciam: polytrichi, manipulos quat-
tuor: ladani, fescunciam, tere omnia,
& in vino rubro dies nouem sub dio
macerato: distilla in balneo maris.
Quidam distillant, mel, vinum Cret-
icum, lotium pueri & lac: cuiusque
accipiunt libram. Alij addunt hyssopum,
abrotanum, sinapi, macerant
dies tres. vel copioso adipi inde pa-
rum thapsiae & euphorbij: vt partem
duodecimam: imò vicesimam. Vbi
autem malum vetustescit, phoenig-
mi fiant ex sinapi: & dropaces ex
pice, & tandem thapsiam cum se-
rato imponimus: exedit supernam
cutem saniemque fundit; ita vltro
pili prodeunt: & rosaceo tunc vngi-
mus. Obseruandum, vt, dum pili
nasci incipiunt, inquit Mesue, saepe
radantur, maximè si lanuginosi enati
fuerint; quò crassamentum ducant.
& in ipso coronæ ambitu, primùm
enasci incipiunt. Et quamprimum
ex natui coloris redintegratione ani-
maduertemus particulam à prauo
succo liberam esse, tunc primò eò
proliciemus sanguinem optimum, si
sponte non eò se verterit. Suaibns
id fiat fotibus: aquæ cum malâ,
lilio, radicibus, absinthio, meli-
loto: axungiis, oleo amygdalino,
oliuæ, ex pineis. Et eo tempore edat
ficus, & vtatur theriaca, vel trochis-
cis de viperâ: nam pilorum mate-
riam in cutem efferunt. Si fuerit à
lue venereâ, prouisione habitâ totius
corporis & capitis, cù à sole abiens
luna umbram facit, adimantur pili,
& caput quater, vel quinques fu-
mum excipiat ex cinabaro, iure, &
myrrha: dein per decem vel quin-
decim dies vngas ut serò cubiturus,
usque ad saliuationem sufficientem:

*A lue
vene-
ria.
Topica.*

deinde illinatur caput. Accipe olei
laurini, vnciam: olei de abrotano,
drachmas duas: axungiæ vulpis, vel
vrsi, vel talpæ, dilutæ cum aquâ vitæ,
terebinthinæ, cuiusque vnciam: ar-
genti viui in succo saluiaæ extincti,
drachmam: myrræ semidrach-
mam: euphorbij scriptulum: olei
garyophyllorum ad odorem: fiat li-
nimentum. sed primùm optimè fo-
uetur caput lacte recenti dulci; ex
auctoritate Marcelli Empirici, capite
sesto, vbi ait, Lac caprinū incoctum,
sed non vitiatum, rectè alopecis
inficitur: mirum est, hoc etiam lau-
dat D. Ioubertus, ex D. Rondeletio.
Sed optimum hoc est: acetum di-
stilletur cum theriacâ, & aquâ vitæ;
cui immitte terram Lemniam: pi-
los firmat, etiam in ciliis & barbâ;
erosionum ulcuscula omnia abigit,
vt in ore & gulâ. Cui Mercurius su-
spectus est, licebit hac arte trâsigere.
Accipe corticum ligni guaiaci, cor-
ticum radicum cannarum, cuiusque
vniciam: foliorum betonicæ, hyllo-
pi, adianthi, abrotani, cuiusque ma-
nipulum semis: fiat decoctum, quo
caput lauetur: vel fiat id lacte: &
vngatur, Accipe corticis guaiaci in
pollinem redacti: abrotani combu-
sti, singulas semuncias: olei caryo-
phyllorum, olei amygdalorum, cu-
iusque vnciam & semis: vini semun-
ciam: fiat coctio in duplice vase ad
semidiem: colaturæ adde aquæ vitæ
3 ij. olei distillati guaiacini scriptu-
lum: pulueris caryophyllorū drach-
mas duas: reponatur. **C A V T I O.** In
hac lue ineunte, absint omnia den-
fantia cutem: ne virulenta vis con-
tumaciùs indatur cuti, & scuìs
serpat. fuge eo tempore usum myrti,

C 3 ladani,

EMPIRICUS. ladani, masticis. Inter empiricala ladana num etiam ante Hippocratis annum nobilitatum capillari vi fuit: sed non sine ratione; etenim, ut auctor est Aetius, strictione deflos capillos retiner, & tenuum est partium: & propter ea mollit modestè, discutit, coquit, & tentat succos ad pilorum radices congetos, & meatus cogit quibus impasti erant. hæc habet à Galeno. Diocorides in Euporitis laudat myrrham, cum ladano, vino, & myrtino. oleum ladani. Ladanum, adianthum, & bacca myrti, vel iuniperi linteo excepta macerantur oleo: peclâ caput fricatur: vel, ladananum liquefacit in duplice vase ex oleo spicæ. Aliud: Accipe vespaturum, apum, muscatum, cuiusque pugillū: misce cum mello distillato in duplice vase. Aliud: A recipe capillorum venoris semimani puluum foliorum myrti, iostatum, absinthij, cuiusque pugillū: coque in vini & olei cuiusque solibrâ, dum vinum exauriatur: expresso oleo adiice ladani vncias binas, & masticas seminciam: subigantur in mortario pistillo calido, sensim oleū misendo: deinde insperge catyophyllorum drachmas duas. Oribasius nono synopse landat inter cuncta ladanum, & dicit se nullum præstantius remedium expertum esse, nec melius ratione concipere se posse. Antiquus auctor Marcellus Empiricus affirmit, quod capilli & barbe etiam glabro nascentur, si lichenem asini comburas, & teras, & puluerem ex oleo veteri imponas. hoc ita ait, validum est, ut si mulieri inde maxillas vinxeris, barba ei nasci facias. Idem, muscarum capita combusta, & cum

melle trita, capitique inlita, mirè alopecias tollunt. Idem, Erinaceum si quis totum comburat, & eius puluerem adipe vrsina caluo ad integrum capiti imponat, decorum pristinum restituet capillerum. Et, inquit, malua cum suâ radice vehementer coquitur, ex cuius aqua capillus assiduè lauatur. Idem, misce æquas partes ladani & olei pistillo calente in mortario paulatim, & cum mellis etassitudinem feceris, radices capillorum assiduè inlines. Hic Marcellus existimat, in capite sexto, circa finem, maleficiis capillos perdi posse, & quo modo ad pristinam inde formam separari possint; ibi dicit. Auctor etiam est Apuleius ex magia restitui pilos posse; nam in sua Magia inquit, inuestem puerum acceptisti, vesticipem illico reddidisti.

CAPUT III.

Contra HIRSUTIEM, &
RIGIDITATEM setaceam
capillorum.

TURPITER nonnunquam puellarum & matronarum faciem pilis inuadunt, quæ anxiæ in pristinum ac muliebrem decorum reuocati à Medicis efflagitant. Scribit Hippocrates, sub finem libri sexti De morbis popularibus, Abdæ titanam quotidam mulierem Phætulam Pythei coniugem, cum olim puella secunda fuisset, eius marito in exilium acto, hirsutam factam fuisse, totumque eius corpus virile evasisse, & barbam emisisse. Idem, inquit, euenit Namysiz Gorgippi vxori in Thaso. Cum itaque hotrida aspectu hirsutes fatigat, *Phætula* remedia,

Depilatoria. remedia, hoc est, depilatoria euocari in usum debent. Hęc duplicita sunt; nam quædam capillos corruptunt, & decutiunt, erodendi quadam vi; alia sunt *aversaria*, & antipraxiam quandam exercent cum pilis, quæ prohibent capillorum eruptionem, aut eam tardant salie. Priora autem, quæ dixi pilos vitiare, duplicitambitu continentur: nam vel sunt moderationiora, aut vehementia. Quæ moderationiora, peculiariter *lambig* dicuntur, ac in cottidiano usu mulierculis versantur: nam, ex sententiā Menemachii apud Oribasium, minus vellicare eutim debet psilothrón quādī dro-
pax. Inter hęc probatur in primis vītis alba, quæ ideo à quibusdam peculiari nomine *lambop* vocata fuit, auctore Dioscoride & Plinio, Oribasius auctor est eius fructu corria pilis spoliari. Pumex etiam vītus, & tartarus albus cum lacte tithymali. Laudat Fumanellus tithymali decoctum, cum aceto, calce vītu, & maluis commixtum, & oua formicatum ex oleo illita. vel accipe calcis vītu, vngiam: auripigmenti, drachmas tres: misce cum vnguento roso. si fortius velis, æqua auripigmentum calcis. Si stupidiorem vim exigis, contundes hęc in mortario plumbico. Apud Galenum hęc sine vnguine ex succo ptisanæ interuntur mortario plumbico. Alij æquas partes calcis & auripigmenti in puluerem comminuant, nodulo inclidunt, quo, in aquā macerato, partem allinont, moxque leniter ductā manus pilus excidit. Egineta accipit cutionum drachmas binas, sandarachæ semunciam; calcis vītu drachmas octo: acetū veteris, lixiij fcul-

nei, cuiusque cyathum, in olla coquit, & à foco illinit. Hęc vehementiora sunt, quæ non solū, ut priora, reddunt cutem glabram, sed penetrabili vi radices pilorum violent & exscindunt. Pars etiam una auripigmenti, & calcis vītuæ partes duæ incoquuntur aquæ rosatae, cum putnīce vīta & tartaro, & parte gummi Arabici: locus hac lauitur aqua. Aliud, accipe trīum indutatorum ouorum albumina, auripigmenti in puluerem teda&ti drachmas duas, calcis vītuæ semunciam: simul contundantur, & depresso linteo exprimantur liquor. Est & antiquum remedium Paridis saltatoris, quod è vestigio pilos auferit; terebat is sandarachæ & calcis vītuæ æquas partes, & in aquā diligenter coquebat, dum penna vna cocta glabrescat: Bayrus accipit auripigmenti, & succi hyosciami æquas partes, & inungit. OBSERVAN DVM ne multam moram hęc in parte trahant, ne fiat exoriatio: nam omnia hęc feruida, & exedendi vi prædicta sunt: studium igitur adsit, ne horum potentia vsq. ad interiores partes progrediatur. Cūm enim hęc neglesta ulcera aut pustulas excitant, cicatrices relinquere solent. Quare & emplastica his iungemus, quæ vistoriam vim castigant. talia sunt mucago seminis phyllij, seminum cydoniorum, albumen oui, vnguen rosatum. Itaque cūm valida per horæ quadrantem inuncta fuerint, eluantur calidā aquā, in madidiore habitu aliquantulum, spacioſius trahatur mora. Observabile & illud, ut pili auferantur lunā extabescente: id notatum ex reduuiis circa vnguiū radices, quæ tardius

Moderationis.

Vehementia.

Observatio.

*Vt erdi
modus.*

*et respon-
sa Empi-
rii docto.*

tardiūs refruticantur accisa lunā de-
crescente. V T E N D I ratio hæc est;
Locus tepidā soueatur & maceretur
aliquantulum antē. Cùm inhæsit
medicamen quadrante horæ, locus
eluatur calida, & abductis capillis
inlinatur vnguentum rosatum, cum
muccagine seminis psyllij, vel vnu-
guento caphurato albo Rhafis. Sed
quia in obscurum degenerat colo-
rem locus pilis suis fraudatus, inlin-
atur pomata rigata aquâ vitæ: nam
nitorem cuti renocat. Quod si ab
imposito psilothro acerbus incubue-
rit dolor, tum ilicò remoue id, metu
vstitutionis, & vnguine rosato inunga-
tur; id enim mulcer exulcerationem.
vnguentum ex cerusa idem potest:
vel etiam argenti spuma intrita oui
albo, & vnguento rosato, cum paucâ
caphurâ. Rondeletius lauat locum
decocto seminum brassicæ. Secun-
dum genus depilatoriorum reme-
diorum, quod antipraxiam cum pi-
lis exercere diximus, non exedit
pilorum radices, sed peculiari ratio-
ne illis bellum indixit. Inter hæc
recensetur à Galeno lepus marinus,
qui Plinio massa seu informis caro
nominatur. hunc Galenus similem
asserit esse limaci, exemplâ testâ;
colorem leporis gerit, tantæ virulen-
tia, vt mulieres ingtauidatæ ad eius
conspicuum vomant, ac mox abor-
tiant. hic illinitur. Ita & cedria, te-
studinis matini crux; hepar tunni,
inquit Actuarius, putrefactum, ma-
rinus scolopendrus, littori Septen-
trionalis Oceani frequens, & vrtica
marina, stellæ marinae cum nitro &
oleo, vespertilionis sanguis, hederae
lachryma, cutiones qui stabulantur
sub aquariis, ona formicarum. Que-

dam horum coquere licet ex oleo
nenupharis, vt quatuor digitos al-
tum supernatet, sed continuo agite-
tur. Imbuatur hoc linteum, ac ma-
dens loco hæreat noctu. Manè vnge
locū vnguento rosato. id quinques
vel sexies repetatur. Hæc empiria
vñibus humanis intulit. Sunt & alia
quædam, quæ in sterilitatem den-
sant locum, & pilis prouchendis
ineptum reddunt, atque mirum in
modum tardant pilorum prouen-
tum. Hæc horrido quodam algore
perfusa sunt, quo piliferam mate-
riam à eute arcent; & meatus den-
sant stringendi vi. vt, accipe ran-
tarum carnes, sumachium, rocas, sem-
periuum, acetum, aut succum aut
semen hyoscyami, mandragoræ, pa-
paueris nigri, alumen, semen cicuta:
ponantur hæc in loco humido, &
qui emanat liquor inlinatur. Abin-
cenna vtitur cineribus ranarum pa-
lustrum, cum mucagine psyllij, &
succo hyoscyami. Marcellus Empi-
ricus miscit pinguedinem ranarum
& vespertilionum cum gummi he-
deræ, & pro vnguento inlinat. Idem
auctor vngit cottidie pilos cum opio
& succo hyoscyami, & remiscet cum
aceto: id, inquit, ilico depilabit.
Aliud eiusdem: Accipe cerusæ vnu-
ciam, aluminis rochæ semunciam:
succi hyoscyami, quantum satis est,
vt fiat vnguentum. Eadem vi misce-
tur hematites, acacia, gallæ, dactyli
vsti, cum succo limonum & aquâ
solatri. CAVTIO adsit in horum vnu-
ciæ pueræ pubi admoueat hæc, dum
iam iam fluxuti sunt menses: nam
ad viscera palindrome fieret nocui
sanguinis. nec frigidius cerebrum
hæc feriant, maximè cùm clucet in
his hyo-

*Alia que
dam à
frigore.*

Cavtio.

Contra
RIGIDIS
TATEM
capillorū.

his hyoscyami & opij vis. Quibusdam implicabiles & letacei à durticie enascuntur pili, quod maximè euenit turgentibus pilis à crassioribus fuliginibus: quare ~~λεπτωτική~~ hīc in usum duci debebunt. Detergentia & leptomeria prædicta medicamina (nec tamen abradentia) molliores & tenuiores reddent pilos. Talia haec sunt: Accipe cauterij à nobis descripsi libro primo Methodi nostra, vnciam, olei vncias tres: coquantur simul, dū vanescat cauterium: quod deprehendetur, si focus iniecta olei gutta non stridet, aut crepitat. Scribit Dioscorides, idem posse lac characiæ tithymali cum oleo illitum, farrina hordei, amygdalæ amarae, sapo: hæc lenissima sunt. fortiora, os sepiæ, pumex vstus, cinis concharum: ex his fiunt lixiuia vstis. herba saponaria, bryoniae radix, aristolochiae. Quòd hæc gratiora fiant, iungit Galenus cyperum, iridem, spicam, melilotum. Oribasius lixiuum describit saponiorum, sed depilat teneriores, lupini, aloë, colocynthis, fel tau-ri, nitrum, veratrum vtrumque. Sed ne CATARRHVS bellum moueat, & vt mollescant pili, ita præscribo: accipe rotis marini, conyzæ, radicum ari, betonicæ, aut ononis, aristolochiae, centaurei minoris, lauendulae que à lauando dicta, radicum lilij, pityusæ vel tithymali, cuiusque maniplum: lupinorum, semilibram: epithymi, vnciam: foliorum senæ, fescunciam: agarici, corticis pomorum colocynthidis, cuiusque binas drachmas; & tantundem ellebori: bulliant in lixiuio farmentorum vritis. Aut exclusis purgantibus, lixiuio inde pomum smegmatis. Sin, quis

reformidarat lotionem capitis, fiat frictio ex furfure retortido; nam ebibit ille pilorum sordes & fatus, vnde illi turgēt. Aliud, accipe florum lauendulae, leucoij, ligni aloës odrati, cinnamomi, radicum gentianæ, myrræ, seminis nigellæ, lucini, cuiusque drachmam: fiat puluis: iniiciatur dormitarum capillis, & manè excutiatur. Qui plura velit, consulat Actuarium Methodi sexto, capite primo, ad finem. & Aëtium 2. 2. 65. quamvis hæc prudenti medico fecerint satis.

CAPVT IIII.

*Aduersus CANITIEM. Et quo modo flavi procreentur capilli.
& FISSVRÆ pilorum qui-
bus arceantur.*

MULIERCVLÆ, cùm intempestiui funduntur vertice crines, quo viris suis feliciùs blandiantur, anxiè remedia quærunt, & his nonnunquam studiosius viri ipsi. Quanquato hæc medicamina, ante Heraclidis Tarentini medici tempora, nunquam Romanos tinxissent, tandem tamen adeò hoc studium hos occupauit, vt & alienas comas gestare non erubescerent. Quare Heraclides & Archigenes hunc medicinæ ornatum intulere: & Crito aulicus medicus libros comptorios reliquit quatuor. Et quamvis ætate intercederint horum scripta, tamen melior pars celebratorum ab iis remediorum adhuc legitur apud Galenum, Oribasium, & Aëtium. Quæ ætatem tulisse puto non aliunde, quam quòd veterum plurimi nudo

capite incedebant. Refert Cicero,
De senectute, Malinissam nullo un-
quam imbri, nullo frigore adduci
potuisse, ut caput suum veste tege-
ret. ceteris hominibus, cum erubes-
cerent praet talibus viris mollitatem
suam prodere tegmine, nec absque
eo præmaturum senium tegeretur,
in crinibus cultu opus fuit. C A N I-
T I E S Græcis molitiam, passio capil-
lorum est quam albi fiant. Est autem
triplex varietas canitiei, nam ea in-
uadit homines à prima ætate, alias
ab eius decursu, vel à morbiferâ vi.
Referunt Plinius atque Valerius, ex
Ctesiâ, Pandoræ Indiae populos, in
conuallibus sitos, ducentos vivere
annos, in iuuentâ candidis capillis,
in senectute nigris præditos esse. Et
Ctesias auctor est, in quadam Indiae
parte feminas semel tantum patere,
ac eo conceptu genitos ilico canes-
cere. Solinus prodidit, cuius etiam
subscribit Agellius, Albanos, Scy-
thiæ populos ab ipso natali albesce-
re, & inde esse genti nomen. Tar-
quinium Priscum ab ineunte puer-
titia canum fuisse narrat Strabo
libro quinto. Ita Tyrrenus Tareo, &
Cynus Trojanus ætatis primordio
cani fuere. Alias vi morbisera subito
emicant cani. Causam huius canitiei
eleganter prodit Aristoteles, ubi air,
vires &c. ad dñeas nymphaeas &c. digubem-
t. Quod si quis ad spem patrum dñeas & regnus
est: ut & rex caro vides, & mœnia non resurserit
spem est, & annas regnus est. & dñus uar-
reus m. dñus, vides. Quod si in toto mœnia
regnus regnus est: dñus non in tuis spes
terrestris uox. Regnus & mœnius omnes, &
dñus non mœnius mœnius. Nequaquam, ut si
dñus mœnius & mœnius, Adulter. Aliorū
utriusque ratione & genere. Aviūrū & mœniū

diversa artus, majora yres. & ait q̄d om̄nī,
d̄p̄s d̄t. q̄d d̄l̄ oī tronitā ēt p̄tis nō-
quod l̄as metuēt̄sor̄s t̄kāl̄or̄s, t̄as p̄o-
l̄as nōl̄entes, ȳp̄s d̄p̄ta trāȳl̄. -
hoc est, Illa canities inopiā caloris
contrahitur. Quibus igitur homini-
bus natura pilorum parum calida
est, plusque humoris subit, calor
proprius nequit coquere, atque ita
putreficit humor, à calore aēris am-
bientis. Ita in pilis alimentum cūm
non coquitur, putreficit, & fit cani-
ties. Hec quidem albescit, quōd
situs cariosorum albescat. Cuius rei
causa h̄ec, quia multum aēris con-
tingit: nam si vapor se efferens con-
crescit, pruina fit: si putreficit, situs.
Et recte à Poëtis in comœdiis trans-
fertur conutium in canitiem, cūm
senectutis situm pruinam nominat.
Pulcherriūm est c̄usam huius
eventus, sine quo vix senescimus.
intelligere: quare altius aliquantū-
lum hanc accersam. Pilus corpus est PILUS.
frigidum, siccum, durum, sensus ex-
pers, ex fuligine quadam & eluvie
succorum natum. Hac eluvies cine-
ris quasi ideam gerit, retorridā cras-
sique substantiā prædicta. Hac ge-
minam ob causam maximè caput
inuadit, tutelæ nimirum, & ornatus.
Tutelæ, ob duritatem, quā ossibus
præstare dicitur ab Abincenna. Vsus
reclamate huic videtur sententia;
quōd ossa minimo n̄isu frangantur,
at nullo flexu ferē pili, si siccati non
fuerint. Hinc illud esse responde-
mus, quōd pili rigantur vi scido quo-
dam madore, à pingui illo pannicu-
culo carnoso, cui etiam tanquam
solo inferuntur. Collineat itaque
Abincenna ad effectoriem tantum
pilorum causam, non enīa pilorum
materia,

materia simplex quidam est vapor halitusosus, sed talis, qui gerat plurimum crassae & terrestris materiae. Triplex enim est in corporibus nostris halituum genus. unum, quod exhauditur sentibus incommodo effluvio, sese trahiens per peripheriam nostri corporis, (vnde & nobis non sudantibus inquinantur industria) cumque moram in poris corporis neestat nullam, minimè ad pilorum prouentum facere potest. Aliud madore fluctuat, quod, impellente interdum calore, in sudorem se effundit. Tertium crassum est & terreste, cineribus simile, verus pilorum auctor ac parens. Hæc est illa halitiosa & terrestris materia, quæ per angusta cutis spiracula trusa, impedita hæret, dum viam quasi visibi molitur, succedenteque noua seriatim truditur, adhäsioneque mutuâ pilus fit. Quo autem crassior fuerit succus ille, vnde hic vapor exilit, eò crassamentum durius ducet pilus, quod in melancholicis fidem facit. Hæc pilifera materia non solum surrigitur ex solis humoribus capitis, verum etiam ex imis partibus effertur: peruidit enim hæc fuligo suturas cranii, deinde incidit in panniculum illum carnosum, & in poros cutis propellit, & ibi hæret, eò quod crassioris & tenacioris substantiae sit hic vapor, qui (vt iam dixi) à proximè incubente novo vapore præcipitatur, ac foras in lumen postquam induit pili faciem, emittitur. At ibi ubi solum illud est ex quo fruticantur atque frondescunt pili, si pituita modestius illud rigarit, pilus ideam & colorem refert illius succi vnde nata fuligo pilis

fera erat. verum si circumfluat vberius ibi pituita, fuligo variâ sc̄e remiscens copia, variis coloribus pilorum ludet: nam albedo à pituita, nigredo maximè à fuligine est. Hinc ^{Causa ob-} _{naturæ.} fit quod prōptiores in canitiem sunt senes: quod hic ager illis pituitescat, fracto iam calore in parte hac natura frigidâ. Et illi quibus pleniora sunt à carne & pinguedine capita, qui que debellati fuere morborum petentiæ: nam pituitæ copiam faciunt; quæ forte castigatâ, nonnunquam cedit canities. Et quamvis hæc causæ se consociant, non tamen canos proferent, ni putrescat illa pituita: nam albescunt quidem à pituitâ pili, attamen non canescunt, nisi putrescat illa. non tamen prava putredine: nam inde areæ obnascetur. fit itaque **C A N I T I E S** ex calidi nativi inopiâ, quod dum mitigare nequit succos qui adhæret membranæ cuti subiectæ, putrescent. Ita Aëtius ait eos qui à siccitate cerebri laborant canescere citius: exhausto humido primigenio, cui succedit humor non naturalis. Quidquid igitur eiusmodi est, vt capitis calorem natuum frangat, canitiem accersere solet; idque die, vel subito, vt valida causarum fuerit incurso. vt ex morbis, à quibus succi in corruptelam tracti albescunt, vt in Alpho vsu venit, quia cutis inde albet, & eo succo pili fruuntur, hinc mutantur, immutare enim veteres ~~ad~~ ^{ad} ^{ad} ^{ad} dicebant. Metus, consternatio, terror repentinus, subitaque mortis intentata formido, ita honorem faciei depopulantur, vt iuuenes illico natos ostendant senes. Cuius rei memorabile exemplum ^{z. D.} narrat Leuinus, de iuuene quodam ^{temp. z.}

D 2 nobili,

*Historie
memora-
biles de
subita ca-
nitione.*

nobili, qui apud Cæsatem dum ver-
saretur, in eius aulâ, virginis, quam
deperibat, pudicitiam expugnarat,
quod capitale in eo cœtu, etiam non
obluctante puellâ, ob decus aulicum
fœda libidine contaminatum. in
carcerem coniectus, atque postridie
ad supplicium tractus, præcedente
nocte incanuit, adeò ut, amissio flo-
rido ac spectabili colore, nec Cæsari
nec familiaribus nota facie prodiere.
Cæsar supposititum suspicatus, aut
dolum, explorari iussit, an ipsus is-
eslet, & num ementita canities, &
num indecora canitie barba delibata
pharmaco foret: re deprehensa, Cæ-
sar miseratione flexus, crimen ei
condonauit: satis pœnarum arbitra-
tus fuisse in mœtore, ac concepta
periculi formidine. Refert Iunius
libro De comâ mémoratu dignam
historiam, quam à Francisco Dilpho
equite acceperat: ea sic habet. Hispa-
nus nomine Diegus Osorius, nobilissimâ familiâ ortus, aulicæ puellæ
amore captus, communicato priùs
cum ea consilio, in patulâ arbore ac
frondosa absconderat se: (ea cresce-
bat in Hispaniis, intra regij horti
septa) interim fortuitò catelli Meli-
tæi latratu prodita colloquij fides,
satellitum manu illum obiecit: com-
prehensus carcerarius, delato ad
Ferrandum regem prodigiosè rei in-
dicio, effectis, ut rigore in benignita-
tem verso, Rex illum absolverit,
dictans pœnarum satis dedisse, qui
præmaturam senectutem cum ini-
uentæ flore commutasset. Scaliger

*Alia hi-
storia.*

Ecclesi.
§ 11

refert suæ tempestatis historiam.
Franciscus Gonzaga affinem suum,
suspectum coniurationis, cùm in *floria*,
turri ad quæstionem seruari iussisset,
nunciatum est manè totum repente
canum factum. Quod quasi prodi-
gium flexit principis animu: qui ei
propterea & vita & venia fecit gra-
tiam. Quidam, inquit Cælius, è *floria*,
rupe pendens, dum accipitrum pul-
los scrutaretur, interimque funes,
quibus sustinebatur dissiliuerunt, su-
bita formidine subito incanuit. Re-
fert doctissimus medicus I. Schenckius
ex Cuspiniano in Cæsatibus *v. his-
toria*, miram de Imp. Ludouico Bauaro
historiam. Hic Imp. cùm ad Rhenum
in armis esset: Maria Brabantina
eius coniunx, Werdæ habitans,
binas literas, uno quidem annulo,
diuersâ tamen cerâ, atrâ, rubrâ obsig-
natas, illas marito, alteras Heinrico
Ruchoni decurioni equestri mittit.
Atque is qui epistolas detulit errore
sedictus, rubrâ cerâ complicatas
tradit Ludouico. Qui lectis litteris
amatoria agi suspicatus, dissimulatâ
re, reliquo apud Rhenum exercitu,
quam maximè potest itineribus ad
vxorem diu noctuque contendit, &
indictâ causâ adulterij condemna-
tam securi percuti iubet. Postea ve-
luti conscientias, Helicam virginem cul-
tello confodit: & aliam feminam
nobilem, quam gynæco præficerat,
de turri precipitauit. Ob id horren-
da illi occurrit nocturna visio, quâ
vnâ nocte totus factus est canus.
Argumento, nulla re maturius pro-
moneret canitiem quam metu. Huic
addo mœtorem & curas, vnde ait
Pindarus,

* πύρος ἡ γέρως

*Olymp. 4
* id est,
nascentur
autem &
iunioribus.*

ca. 28-

in viris ca
ni crebro,
etiam pra
ter annus
congruens.
tempus.

τὸν δέδεσθαι πολιαὶ
δημοῦ, τὸν μεγάτον διατίθεται
εἰς ἔκπομπα ζεύον.

Alioqui & amoris flagrans desiderium Theocrito etiam canitiem vel vno die accersit, dum ita canit, οἱ γὰρ ποθῶντες εἰς ἀγωναν γνέζονται. Et Idyllo secundo id eleganter explicat, dum amoris vim depingit. Talem hominem φερόνταν vocari, testatur Aelius Dionysius, quod ante annos canos proferat, qui praeceps ab Horatio appellatur. Mirum est quod refert Suetonius in vita S. Galbae: cui cum Hispania Tarracensis obtigisset, accidit, ut cum provinciam ingressus sacrificaret intram publicam, puero ē ministris acerram tenenti, capillus repente toto capite canesceret. Præmaturam etiam euocant canitiem, improba viuendi ratio, lotio capitinis frequens, vomitus: nam causis plethoricas implet ac grauat caput, integumenta, & inquit Macrobius, qui fuit crebro ebrij, citò senescunt. Nam ab his pessundatur calidum & humidum primigenium, cuius loco succedit pituita aquea, putris, humida & frigida; & ob id temporibus infesta nequitia. Doctè hac de te difficit Abincenna libro primo De decoratione, ubi ait, Sanguis dum fruitur pinguedine, densitate, & viscositate, capilli nigredinem suam tuerunt: dum autem in aquosum madorem labitur, canitiem induunt. Referunt veteratum lacte enutritos citò canescere, id scio, insalubriter præmadi ab his puerorum puliculam: nam hatum salvia nocet. Quæ interdum vitium id maturius inferunt: ita refert Strabo, duos in Peloponneso

fluere amnes Cerum & Neleum diuersarum naturarum: nam si animalia ex uno potent, pilos corundem albescere, alterius autem aquâ ebribitâ nigrescere. Ego iam de causis contraho vela: qui de hac te amena quædam velit, legat Macrobius caput decimum libri septimi Saturniorum, & apud clarissimum medicinæ Professorem H. Mercuriale, caput sextum De morbis cutaneis, vbi eleganter explicat cur canescant primùm tempora: & cur maximè homines & equi canescant: cur citius mulieres. Quæ autem canities ab ætatis excursu euenit, easdem agnoscit causas, cum ab humidi spermatici inopia, ac humidi alieni copiâ incurrat, sed haec non ita δρός, sed lento obrepit pede, & primum per tempora inuadit: unde Homerus appellat homines πλευροτάρπες: nam illorum musculus madore circumfluit. Verum cum morbi ferâ à vi incani fuit homines, simul cuncti pilis ēd abeunt: & deposito morbo, in pristinum honorem reuertuntur. Notauit & illud Gordonius, quod in ea quæ est ab ætatis decursu, primùm canescant extrema pilorum, utpote imbecilliora, reliquo adhuc pilo intacto ab eo candore: at in morbosâ, incipit à pilorum radicibus, extremis tuentibus priscum colorem. Illa quæ ab ætate, est nuncia senecturis bona ac veneranda Platonis, nil monstri alit: quare illi non remedium sed honos debetur. unde Q. Serenus,

*Quos pudet aratis longa, quos sancta
senectus
Offendit, cupiunt proprios absconde
re canos,*

*Et nigrum crinem fuso simulare
doloso.*

*Gyra-
tio. &
primum
precatio-
ne fit.*

In M O R B O S A canitie optimè factu est eam remediis anteuertere, dum prima præludia effundit. Quare à pituita totum corpus, & deinde caput liberabitur. Propinabimus agaricum, nam cruditatibus illud succurrit, inquit Dioscorides: vtatur sèpè pilulis masticinis Petri de Abano, & Alephanginis, & vino in quo species diaturbith maceratae fuere: deinde masticatoriis (de quibus libro primo Methodi) congesta in capite pituita protegetur. His peractis, studium adsit, ne restibili quadam fecunditate, noua succrescat soboles pituitæ: partes (vt caput & ventriculus) in quibus pituitæ consedit focus stabiliantur. Hoc obtinebimus contrariâ vi, dico atidioribus feruidisque. Sumat itaque cottidic aquam vitæ, in quâ theriaca vel mithridatum macerata fuere. Quod si æger de calidâ vi vereatur, vino vteretur in quo guttula aliquot olei vitrioli effusæ fuere: nam id potenter siccat. Caevant tamen sicciores ab Cap. 47. vsu vitrioli: nam auetor est Razes, libro octavo ad regem Almansorem, quod in tabem præcipitat, tanta vis tussis siccæ inde nascitur: quod 15. Cen- vsu evanisse memini. Quamvis alio- tin. 14. qui idem Razes aliâ narrat sibi amicorum quendam, ab eius porta drachma, ynâ nocte abjecisse canos omnes. Itaque remedium non cul- pamus, sed dextrum eis usum desideramus. Sed Galenus chalcanthi usum per os daunat: Nos etiam sed tenues spirituosâsq; eius partes damus, illæ efficaciores? certè: sed non ita, vt crassamentum illud ter-

*Olam
verius.*

Cop. 47.

*15. Cen-
tin. 14.*

*16. Cen-
tin. 12.*

*17. Cen-
tin. 12.*

*18. Cen-
tin. 12.*

*19. Cen-
tin. 12.*

*20. Cen-
tin. 12.*

*21. Cen-
tin. 12.*

*22. Cen-
tin. 12.*

*23. Cen-
tin. 12.*

*24. Cen-
tin. 12.*

*25. Cen-
tin. 12.*

*26. Cen-
tin. 12.*

*27. Cen-
tin. 12.*

*28. Cen-
tin. 12.*

*29. Cen-
tin. 12.*

*30. Cen-
tin. 12.*

reum hærent: & inde est, paucâ datæ copiâ, aliique remixiæ, vt minus vrant. Hippocrates intus præbet totas integral'que cantharides, cum alis, pedibus, capitibus: nam vehementissimas vires spirant, ac tenuitate peradunt, corporeoque crassamento, ne hærent, pro alexicaco sunt. idem de oleo vitrioli censeo. Interim & foris illinatur caput paucò oleo caryophyllorum: nam inde hiantibus poris, causa erit quò minus congeratur in capite pituitescens mador. Quod si cani ism concepi i fuerint, optimum factu erit talia euocare remedia, queis, nubecula quasi inducta, obscurentur ac tegantur. Hæc excellant etiam facultate aridâ & calidâ, cum leptomerâ: ita fugabunt putredinem. Hoc voluit Abincenna cum scribit prodesse omnia olea calida, vt nigellæ oleum, quod bibit vim colocynthidis, sinapi, myrobalanorum nigratum, cyperi, caryophyllorum, & extimorum corticum nucis. Abenzoar laudat oleum persicorum, & oleum corticum citriorum. Dioscorides, in euporistis, commendat silvestre oleum, in quo myrtus macerata fuit, & ladano si imbuatur. Observabile illud quod annotat Abincenna, falluntur, inquit, qui oleis immixta remedia illinunt: nam non peradunt, nisi consocientur cum his quæ traiiciunt se, vt acetû & vinum. Quidam ineunte vere sepeliunt radicem nucis exceptam vitro, oleum addunt. Bibit radix oleum: verum remittit illud in Autumno: hoc tingit. Accipe herbae hordei antequam induit se in spicas, & aluminis par pondus, humo condantur excepta vitro, in aquam se fundet;

*C A N E
etiam tam
adjungit.*

*Num oleis
vtendam.*

*Excellens
remediu.*

fundet: hæc illita nigredinē præstat. Hoc sit loco multorum, nam mēstruo spacio nigredinem indit pilis, teneras velle iuglandes, & totidem glandes virides, non maturas, tundē vnciarum trium pondere: myrobalanorum Indarum, & sumachij adde cuiusque vnciam: scorie ferri, limaturæ plumbi in aceto prius coctarum, aluminis, cuiusque drachmas tres: caryophyllorum pul. & vermium terrestrium pul. singulorum semunciam: salis, drachmam: saluæ, manipulum: ladani, vncias duas: vini nigri stringentis, libras quattuor: lentè coquantur in gemino vase, ad exhaustionem ferè trium librarum. Deinde sub fimo equino habeatur suffosum dies triginta quinque. Hoc prohibet etiam sene-
ctute capillum mutari. Dormituris penicillo hic succus inlinitur: tegat se atro colore imbuto pileo: & barbae inhæreat dum siccescat. A somno, vel ab inhæsu duarum aut trium horarum, eluatur odorifero sapone panno inclusio aquaque madente. Cùm siccari, illines oleo ladani & caryophyllorum: Scoria argenti cocta in succo malorum citriorum, aut aranciorum summè in nigrorem tingit: Ego, inquit Abincenna, feci ferri in eis maceo tantum. Hoc optimum, Accipe argenti purissimi tufi in tenuissimas laminas, drachmas biqas: solvatur in partundem aquæ fortis: iunge aquæ myrti, sex drachmas: olei caryophyllorum chemicè extillati, semidrachmam: peccinem irrigeni hœc liquore, cùm se pestant, siam seculiditate & suetate exhaustis: quod pituitosum se pilis immiserat, quos & sua strin-

gendi vi firmat ne ita pituitosa admittat, & putredinem arcet. vt etiam ex saluia oleum. Marcellus Empiricus ait, oui cornu interiora quæ sunt, impari numero in vas æneum mittes, atq. illa diu coagites: quarto die lauetur caput à remedio imposito. Theodorus Priscianus, qui nomine Octauij Horatiani prodiit, eiconiarum oua in vas plumbeum iniicit, & agitat, ex hoc capillos vngit, siccatus eluit decocto betæ. oleū ex his ouis clidatur. *Mulieres in Græcia pingunt supercilia fuligine thuris, resinæ, & masticis, ita ut nullâ loturâ deleti color possit. Vsu compertum est, capillos FLAVOS, ac mi- FLAVE
cantes splendore, hoc medicamine
fieri: Accipe fauorum cum melle,
libras quattuor, tritici ruditer con-
tusi libram; aurei florum verbasci,
manipulos binos; croci semidrach-
mat: macerentur ac distillentur.
Primò eriget se aqua, dein oleum,
quod mirum quām nitidam splen-
denterque comam præstet. Quæ-
dā mulieres lotionibus capitis gau-
dent, his fiat lixiuum ex cineribus
corticis salicis, cui immitte lupinos
diebus decem, ac tandem ineoque
illi radices cannarum, colocynthis
& albissimæ agni caput: id candidare
solet capillos. Quin interdum mu-
lierculae quibus capillorum non pro-
barum colorem occultare animus
est, solent eos sulphuris viui suffitu
sucare, colorēmque flauescensem
inducerē. Ruffus Ephesius scribit,
albescere capillos lotione aquæ ca-
lidæ: Razes idem affimat de aquâ
rosata, cum caphutâ: & propterea
monuit Abincenna, ne vñquam in
canicie lauentur pili aquâ rosata.*

Abincenna

C A V R I O Abincencia hoc afferit de oleo sam-
bucino. **C A V T I O N E S :** Scribit
ex Galeno Aëtius, quod ea quæ im-
buendi potentia valent, ob stringédi-
aut algidam vim, perniciem creare
solent feminis frigidioribus. Ab eis-
dem etiam promptè offenduntur
qui iam canuere: alioqui ab his me-
tus erit apoplexie, epilepsie, lethar-
gi, & comatis, quin etiam catarrhi
perniciosi, quem phthisis excipere
solet. Propterea (quod nos in descrip-
tis iam medicinis fecimus) pax sit
à meris adstrictione frigéribus. Ob-
seruabile & illud, ut inficiens medi-
cina leptomeriam gerat, quâ se in
capillotum traiciat initia: & vt in-
litus fiat tabescente lunâ: ita peren-
nat tintatio. Cautio adsit ne scincani
euellantur: nam qui in cultum par-
tant equos, dum singûr spacia equo-
rum in stellas candentes continuò
pilos vellunt in orbem. Tota vietus
ratio eò vergat quod emicet eclami-
psi calidum natuum: sit itaque ca-
lida & sicca: quod *διαφόρως, dira-
tis tum partibus capitis, tum totius
corporis, disiectiōnēm faciat fluentis
& stabulantis in canitem materie. Mane
decursu pectinis aperiant se
porti capitis, & negocio totum se la-
xet corpus, ac lætitia. Aluus sit mem-
or officij, magnopere studendum
ut ventriculus officium suum faciat.
sit itaq. iis gratiis conditus cibus, in
substantia, qualitate, copia, & vtendi
modo, ne coctio, distributio, & ap-
positio vitium faciant. Hic enim
amoris, huius fundi est calamitas:
cum enim violatur coctio, sanguis
labem hanc trahit, quam in cani-
tem deponit. Si ægri natura genera-
lis in madorem recedit, usum ineat

piperis, sinapi: nam & cætera aro-
mata Arabū magister commendat.
aqua potus nocet, fructus absint, &
modestè ineat vini usum oligophori:
fugiat olera quæ validè hume-
rant: nec lac, nec pisces conferunt:
asia præstant elixis. Cottidie sumat
myrobalanum chebulam; id, inquit
Abincenna, tuerit à canicie totam
ætatem. Sistit eleganter iuuentutem
usus trypheræ minoris: deliciis vel
delicatulis dicatu remedium. com-
modissima etiam est confectio de
scoria ferri. Infunde folia auri aqua
vitæ, cum myrobalanis chebulis
conditis, & paucis caryophyllis ru-
diter contulis, necnon exiguis fra-
grantibusque foliis melissæ: à cænâ
cochlearij parui mensuram hauriat:
id sanè nobile nectar, corporis vita-
lem & viuificā ambrosiam ab omni
situ tuerit. Theriaca valde prodest,
maximè iā expedito à *cacochymnia * id est,
corpore; alioqui pedunculos creare
solet. Venus bellum immoderata
pilis mouet, & depilat. Scinditur
nonnunquam in FISSURAS pilus,
septentrionis insolens malum: cùm
à squalore natalem suam agnoscere
videtur vitium. Huic prodest vi-
etus infrigidans: & oleis cucurbitæ
& amygdalino, cum paucō vnguine
rosato fiat inlitus.

FISSURA
pilorum.

C A P U T V.
P O R R I G I N I S medela, que &
Furfuratio, & mucus dicitur.

P O R R I G O, quod se porrigit latius
dicta, inquit Scribonius, vel Fur-
furatio. Græcis πυρεῖος appellatur:
nam πύρεια his furfures vocantur.

In hac

In hac passione, vel leni capillorum mulssione fundit se porrigo, & nigris furfuris squama à cute soluta: vnde ita cecinit Q. Serenus,

Cum caput immensa pexum porrige nigris,

Copia farris vii frangentibus edita faxis.

Quare idem auctor farteam numerum hanc afflictionem vocat: nam Latini vocant farras, crassiores farnas: nos Belgicè gort. NASCVNTVR furfures ex vehiculo succi nutticij degenerante à sua integritate, quod epidermida in squalorem vrens, aut fœditate contaminans, à vicinâ cute non sine pruritu auellit. Hoc autem fit, dum vel solum caput extra linneam temperamenti se vertit, integris ceteris aliatum partium ac va-

Prorr. 2. fororum succis: vel cum pars aliqua corporis in virio est, ut hepar, ventriculus: quin interdum à toto corpore fœdus succus effunditur in caput. Omitto iam quæ à foris deformant succum nutritioni dicatum: qualia quæ à fœdioris succi cibis, salsis, acribus, cœpis, venere inueniusta. Quòd si itaque solum caput intemperie perfusum ex puro sanguine impuram materiam suggestat, id hoc symbolo se prodet: etenim nulla altera pars in querela fuit; sed solum caput calore & colore suffusum non genuino apparuit: quin & interdum madidius. Hic nec phlebotomia nec pharmacia locum inuenient: sed id, cum astu incanduit, vt aliosum fiat studendum: leniterque dum roadet siccandum; & quod vitium traxit modestè exclusendum: & tandem vt vitalis humidi vivacitas stabiliatur studendū:

ita nec latius se putrilago effunderet, nec porrigo altius se porrigeret. Primo abstergeantur à capite furfures, & discutuntur malum: itaque hoc Oribasij confert in leui malo: Accipies furfurum vncias nouem: coques in aquæ vnciis viginti: addit Aëtius, diu fricandos esse tunc furfures in aquâ; postea colabis, & cremore in coques ad spissitudinem vini, adiectis aceti vnciis quinque: coque caput illines. Postea clue caput aquâ in qua cocta est beta, vel lupini, vel semen foenigraci. Actuarius malum coquit in aquâ marina, dum superest quinta pars; hanc affricat. Et Q. Serenus,

Hanc poterit malum radix decocta leuare.

In valido capitinis astu porrigo cluantur decocto malum, foenigraci, bellis, violarie, florum meliloti, furfurum linamento exceptorum. Postea vngc circa morsum digerente, & sine algore aliosum medicinâ. fiat inilitus ex vnguento rosato, cum oleo in quo flores & semina cucurbitæ insolata sunt: his renuscemus quid olei ladanii: quod si maduerit, myrtillos iungimus. Quodsi caput non per * ^{τομήσαν} id est, ^{prunum} verum pótius per ἐπιγένεσιν, ^{affectionem} id est, propagationem causarum ^{A virtus} morbificarum, vitium traxit, id partis, quæ in virio est, peculiaria notabunt symptomata. Quare huic tunc medicina fiat, arrectatur itaque succi contaminati inuasio à capite: & qui iam in eo stabulatur, exigatur. Eodem modo transigendū cum à toto corpore cursu sumit in caput flectit ichorosus succus. Itaque reuulsionis gratia lapseriatur vena, si modò circumfluat corpus sanguine: sin caco-

chymia fædetur, pharmacum sumat. Ita abducto qui in insidiis hærebat succo, tunc Topicæ remedia, etiam validissima capiti imponentur, ad exhaustionem succi morbi sci. At quonam pharmaco vtendum? id succus morbifer dicet. Sanè porrigo ipsa, & cutis à furfure nudata siccum referet succi à quo obsessa tenetur. Madent furfures à pituitâ, quæ tamen hæc salsa est, vel potius eius ichor: liuescent à melancholiâ. Purgatâ parte vnde effunditur succus, vel toto corpore, cùm inde nascitut hæc fæditas, euacuato, prouisio habebitur ne iterum succescat mali focus, & vt putredo sistatur, redintegratâ temperie totius, vel partis labefactatæ. Et si qui geniti etiam nunc succi in caput viam affectant, auertantur deriuando: & si qui effusuri se eò, reuellantur: quique iam infudere se & per cutem iere, exhaustantur apophlegmatinis & errhiniis, vbi pituita molesta esse pergit: & tandem ne caput aduenas excipiatis succos, modesta firmetur strictione. Idcirco Topicæ medicina, inquit Galenus, optimæ sunt quæ abstergent, & quæ diaphoretica exhauiunt ichorodea inquinamenta, ac robur cuti afflant à strictâ vi. Primum lanetur caput decocto nicosianæ herbae, & radicum oxylapathi, florum meliloti, furfutum linamento exceptorum. Loto siccatoque capite spongia, accipies vitrioli usi drachmam; teres cum indurato albumineoui, exprimes succum, cui iunges oleum amygdalinum, amarum, vel vitellorum onorium. Postea accipies argillam, cui iunges quid: sulphuris vni, chalcanthi: includes hæc linea

sacculo, & aquæ immittes cum foliis lapathii, vel rutæ, & medulla colocynthidis, vel agatico, vel foliis brancharæ, vitis, salicis, arundinis, mercutialis, vel pærietariae, sumariæ, centaurei, hyperici, absinthij: tandem cum verastro, bryonia, radice ari, staphysagriæ, vel lopinis: coque horum aliqua ex aquâ, fiat lotio; & dum ea fit, affricabitur caput amygdalis amaris decorticatis, cum aquâ aut aceto tritis, inquit Aëtius. Idem præstant furfures, ut scribit Marcellus Empiricus, si caput inde assiduo in balneo luatur: ita farina feminis fæniculi, ex vino inducta capiti. Quod si squalidum & audum fuerit corpus, madida vi persulcis fiat lotio: ut ex feminis scenigræci decocto, semolini, vel foliis buglossi, lactucæ. Inde vngatur oleo amygdalino, & ouorum, cum succo nicosianæ. Inter Empiricæ remedia scribit Marcellus, porriginem potentissimè ab hac potione purgari; rosmarinum teres, succumque eius vino vel aqua scriptulis tribus dabis potui. Et si fiat lotio, taurino lotio vetustissimam porriginem tolles. **C A V T I O N E S.** In Topicorum remediorum fabricâ cautio adsit, ne validâ vi stringant: hoc enim eò palindromen daret, vnde anadrome succorum, malis ægrorum rebus profecta fuit. Itaque longè rutiùs resoluteur in tenues suras succus, quam si intus claudatur: ita enim create solet noxam dentibus, oculis, auribus. Abstineant in Victu ab aromatibus; nam sursum fleant sanguinem & ichores: & à flatulentis rebus pax sit; nam caput ferunt, & illud implent: absunt salsa, acria ut portum: & nimia venus.

*Empiricæ
remedia.*

C A V T I O N E S.

D ista-

venus verāda: oīū etiam esto ab his
quæ mox à cibo calorem ad corporis
peripheriam promouent, qualis &
ira. vt breuiter dicam cum Archi-
gene, maximè pepsi studeat æger:
hoc est, œconomia naturalis viua-
citas proferatur, in coquendo, distri-
buendo, apponendo, excernendo:
vitentur igitur cruda, & foeta in
crudos succos. Frictione diaphoretos
manè cutis capit is fiat, vñctaque
manu oleo amygdalino amaro ca-
puit mulceatur. Aquilo & sol à capite
arceantur. Passulae & pruna ex aquâ
saccharatâ cocta in primam veniant
mensam. Celsus lèpè radit caput, ac
inlinit ladano, cum myrtæo vino.
His ego supersedeo in non sōntico
morbo: quamuis scripserit Marcellus,
se in perniciem hoc malum con-
uertere, nisi occurrat.

CAPVT VI.

De PEDICVLIS INFESTANTIBVS,
quam passionem Græci φθεια-
στιν appellant, hoc est Pedicula-
tionem, à pedum copiâ, qua hoc
animalculum abundat.

INTERNECINA hæc fœditas toto
corporis effusa habitu, Pherecy-
dein tragicū Syrium & celeberrimū
philosophum enecauit. Ad eum ita
afflictum cùm Pythagoras discipu-
lus visendi gratia accessisset, ac nō
secureret, hoc est, vt valeret percun-
ctatus esset, digitum per ianuam ex-
tens, & oīū dñna, ex corpore, inquit,
palam est, unde Q. Serenus,

de
Sed quis non paueat, Pherecydi fata
tragedi?

Quinumio sudore flues, animalia tetra
ostegi.

Eduxit, turpi miserum que more
tulerunt.

Memini, ni fallor, me apud veterem
scriptorem legere, hunc sibi nō
nomen sumpsisse. Sed hoc,
auctore D. Hieronymo, significat
causam vñi scuiusque rei, per quam
sunt singula quæ subsistunt: quod
solum in Christo Dei filio locum
habet. Eadem pestis Alemanem
poëtam, Herodem Agrippam Iu-
dææ regem, & Antiochum Epipha-
nem laceravit. Scribit Plutarchus in
vita Syllæ, ex antiquis Acastū Peliz
filium hoc morbo disceptum fuisse:
& Callisthenem Olynthium car-
ceri inclusum his seris prædæ fuisse:
& Mutium Iurisconsultum, & Eu-
num Sieuli bellii seruulis auctorem,
miserabili hæc petnicie perebos esse.
Sed Sylla, inquit Plutarchus, leui ex
causâ pullulantem morbum aluit,
& ylcus innascens sibi non intelle-
xit, dum caro in pedunculos tota
conuerteretur. Tunica omnes, ther-
mæ, lauacra, dapes hac forde fonda-
batur, & pædoris magnitudo omnia
purgamenta superatabat. Et hoc no-
stro æuo non obscuræ historiæ sunt
corum qui morticinâ hac calamitate
recto Dei iudicio, post seuā tyran-
nidem, quâ se in summi Dei viscera
cruoratant, & lento fædoque cru-
ciatu præuginosi doloris perebæ
fueræ. Nam diuinæ, quæ in ipsis alimen-
tis hominum habitat, Nemesis his
nutriciatum in nutritione negans, in
cæcochymiam inueterascente cogit
corpus, quæ toto corpore sparsa, ani-
malcula hæc profest: quæ cùm nec
somnia obrepere sinant, consecuta-
riam cæcochymiam adferunt: quod
sine dubio Syllæ, & aliis ouenit ciui-

Locus
affilius.

* insensi-
lem ex-
haufie-
nem.

dementis corporibus. Hinc itaq. cachexia viscerum oriuntur, appetitus languescit, color fædatur, venæ abraduntur, futura calamitatis nota: quod viuacitas naturæ fatigens, nutricium succum in eum cultum amplius formare nequit, ut eo pro prædio suo utatur naturæ genitus. De Foco huius mali ita existimamus, si modò cause naturales locum inueniunt, quod sine dubio affirmamus, maximè in pedunculis non calamitosis, nec ita effe ratis, quos Aristoteles & Leucippus vocat, horum locum ortus ac causas ita ex naturæ œconomia labefactata inuestigamus. Dum in nutriti cum partium corporis restagnat sanguis, euomit excrementa quædam tenuia, vel crassiora. Tenuia per *æstivationes fugantur: media crux in sudorem se effundunt: crassiora sorde inquinant partes, aut restagnant in cute. Hæc autem cutis suam amplitudinem in profunditate gerit. Quodsi itaq. hoc crassamentum excrementorum peripheriam cutaceam occupat, in porrigenem se portiget: sin in altum se insinuat, materia hæc tertia coctionis, & una malignitatem acrem redoleat, aream creabit: quod si illud suave & calidum fuerit, nec maligna putredine contaminatum, sed modestè putruerit, & si imo in cute prope carnem stabulauerit, pedunculos proferet: nam caloris in cutis superficie efflorescentis non ea vis est, ut animal gigni in ea possit. Professor regius Louaniensis olim Brugelius mihi testulit, se in humanis secto eaduere, postquam aperuisset venriculum, vesiculas ei affixas deprehendisse pedunculorum plenas. Ari-

stoëles quinto De historia animalium, pedunculos ex carne gigni existimat: & Theophrastus libro secundo De causis plantarum, ex sanguine putrido hos surgere putabat: horum sententias refutat clarissimus medicus D. Mercurialis, capite septimo De cunctis: & libro iij. Variarum Lectionum, capite iiiij. Madida & calida gaudent intemperie pedunculi, & ea negligentia cultus, quæ suaue recrementum tertiae coctionis in putredinem abigit. Ita his blanditur puerorum voracitas, & humidorum corporum interclusa solemnis evacuatio. Verum necesse est accessione causæ efficientis, quæ est calidū natuum restibile in contaminatā materiā, quod mitigans pepasmi capacem materiam, adēam expolit, ut viuacitatis indat formam. In externis causis Abincennæ est aët frigidus, qui intercipit exhaustionem materiæ excrementitiæ, maximè, inquit, si leptomeria cutis adfuerit, quæ prolectat in se recrementa. Caricæ largius sumptuose pituitosum & crassum sanguinem præbent, qui facile in putredinem abit, cum agrè peruvadat aliud; & hinc pedunculi agminatim gignuntur. Propterea, ut ait Galenius, antiqui his salem consociabant in mesā. Neglectus mundicie in lotione, purgatione assuetâ, indusiorum mutatione, exercitio, & venere, factus in hunc fætum. Iam ad præsidia accedo. Primum accidatur antecedens causa ex quâ pedunculis surgit, hoc est, materia illa crassa in sanguine primò attenuetur: Id frat decocto & succosabiosa, aut scordæ, & lupulorum, cum saccharo. Dein purgentur ^{Preparantia.} ^{Turgam.} agarico

agarico, carthamo ex sero lactis; accipe pilularum de hierā cum agatico scriptulos duos; trochiscorum alhædel, grana tria. Si aliquod viscus in vitio fuerit, unde surgit hæc materia, illi remediandum erit. Causa autem CONTINENS quæ capiti infedit, ea Topicis præsidis eximenda erit, & prouisio habenda ne latius serpat illa putredo. Talia sunt quæ leptomeria præcellunt, quò penitus peruidant: & sicca, ut putredinem arceant: quin diaphoresi excellētia, unde tenues euanescent in auras. Galenus commendat semen staphyfragriæ, ex aceto acertimo; Ægineta affundit oleum: validè extenuat. Vel ex aquâ coquatur hoc semen, cum foliis nicosianæ, vel persicariæ, absinthij, beronicæ, aut marrubij, tentætei, parietariæ, vel cum radice oxylapathii, gentianæ; lupinis, colocynthide, ellebori, alumine, nitro: & fiat lotio capitum. In tenellulis accipies olei amygdalini amari vncias tres, cui inde abortati semen, & semen staphidos agriæ, vel piper, adde succi limonum aut aceti parum: & fellis taurini drachmas duas: fiat colatio, & illitus. Si confertum necare hos consilium est, miscebis hoc oleo ellebori albi radicem, argentum viuum salina domitum, sulphur, alumen, nitrum. Quin hoc oleo etiam illinatur pileolis, quo caput tegatur vno aut altero die. Accipe staphidis agriæ, radicum ellebori, cuiusque vnciam: olei laurini, vel amygdalini amari, vncias quartuot: hoc vngatur totum corpus. Sed nobis exploratissimum hoc est, Accipe corculos Indiæ vel piscatorios, hos misce cum succo Nicosianæ ac suillo adipe

excipe. hoc cunctis præfero. Ab incenna hoc inter valida tēset, Accipe sinapi tritum cum aceto, in eo extingue argentum viuum. Elegans est etiam hoc, Accipe aquam vitæ, huic inde semen staphidis agriæ, baccas lauri, & præcipitati decimam partem: macerentur diebus aliquot: sindon duplicita eluat in hac aquâ, & siccata capiti imponatur. Medullæ assati pomi remisce lithargyrum: id validè enecat pedunculos, ita etiam vnguentum nutritum, cum sextâ parte argenti viui. Tandem, à capite si prognata materia fuit, si id calidius percipiatur, aliossum reddatur. Si madidius, siccescat: si densior cutis, rarescat. CYRONES vna cum pruriti facile eneco; accipio vnguentum rosatum, misceo parum sublimati: statim iuuat. Sed cautio sit ne nimium inspergatur sublimati; ad summum decupla sit proportio. Alij hyoscymami succo feliciter eos necant. Cimices promptè necat musci odor, peculiari quadam ratione, & statim. CAVTIO adlit, ne nimis severè, dum nondum purgationibus expeditum à fœditate corpus fuerit primææ causæ, topicis remedis sistatur horum prouentus: nam scribit Aristoteles eos cæteris sanos esse capite, qui pedunculos gignunt: nam absuntur ita humores putidi: nam succo carnis probabulo fruuntur: quare iam fatigentem carnem deserunt. A sandarachâ in capite abstinentum: nam depilat. Alias partes si inuaserit pediculus, vt mentum, axillas, pubem, fortioribus debellentur. Tanc iunge oleo amygdalino amaro, & oleo ouorum, argentum viuum, ad semi-
drachmam,

Dicas.

drachmam, cum sulphuris dracha-
ma: adde succum limoniuin, & san-
daracham, de qua ita Dioscorides,
τεχνείας Κώνιον ποτέν. A
VICTU exulent succi crassi, & eorum
parens cruditas. Aceto condiantur
cibi, limonum succo, aut oxalidis,
aranciorum, granatorum. Acribus
indulgeat, ut aromatis, origano, sina-
pi: abstineat à fugacibus fructibus:
sæpè utatur theriacā. Auctor est
Marcellus Empiricus, serum, id est,
aquam lactis quæ remanet factō ca-
seō, si quis adiecto aceto in potionē
aliquotiens sumperit, ita liberatur
à pediculis ut penitus extirpentur,
nec postea in eo renascentur. Cér-
uini cornu scobes limatae, ut scribit
Alsaħarauius Arabs, & ex vino po-
tui datæ, pedunculos in capite len-
desque nasci non sinunt. Accipit
Alsaħarauius fœnigraci, & cornu
cerui æquas partes: dat cottidie
drachmæ tres, cum vino temperato,
vel aquâ glycyrrhizæ, aut aquâ apij.
Dioscorides in Euporistis propinat
coriandrum tritum cum origano &
vino. Sed de hac nauseâ iam satis.

*Empiricus
remedii.*

C A P Y T VII.

De F A V O, qui etiam melumelæ
capitis, C E R E V M à Celso,
ab aliis Cerio, nunclov Gracis
dicitur.

Et de A C H O R I B U S, qui Celso
Ulceræ capitis manantia: Et
Plinio Ulceræ capitis emanantia.
Zahafati Abincenna, &
Zagrum Abensoaris: alij La-

ctumina vocant. Præterea de
TINEA, & de FIGV.

F A V V S à fauorum ideâ dictus:
nam multis foraminibus, instar
fauorum, peruinm est vleus, cum
tumore paruo, manatque mellito
tabo. Est itaque paruus in fauis tu-
mor. verū, inquit Galenus, non
tam paruus ut in achoribus, qui te-
nuibus admodum & plurimis per-
fodiuntur foraminibus, quæ tenuem
in se humorem, modicè viscidum
continent. Quamvis scripsit Octa-
vianus Horatius vnum ex illis patē-
re. Est itaque paruum in capitib[us] cuti
vleus achor: nam Eritianus integræ
pustulas numerat Achoras. Et etiam
nomen id insinuat; sic enim dicun-
tur, quod minimum locum occu-
pent, quodque angustis spaciis te-
nuem humorem concludant, & à
χάραξ, & a priuatiua particula: vel
quod tenuibus foraminibus eroda-
tur: vel, ut ait Trallianus, achor
quasi ichor dicitur; quin Pollux
ichorem ponit loco achoris. At F A-
V V S maiora habet foramina, quæ
humorem hymettio melli non absi-
milem continent. Ut igitur breuissi-
mè dicam horum discrimen, à fauis
mellitus crassiorque succus emanat
patulis foraminibus: contrà in acho-
ribus. Non contempnenda leuiter
mala, quamvis puerulis non ritè in
vtero habitis, non male efflorescant.
Sed in adultis fauis interdum offi-
capitis putredinem transmittit: ita
vi, lecto pericranio, os ipsum radere
conueniat. Quod usui venit cuidam

*Fauus.**Differen-
tia.**Vismali.**Hip. De
metabo-
ses.**Histeria.*

Empirico præsidiorum luis veneteæ
callentissimo, qui in capite tactus
hac calamitate, à nobis auxilium
implorabat.

implorabat. Huic erat cauterium, si cum candardi ferro conferatur, (cui tamen bonitate non cedit) Gratiis consecratum, ex quo non minimam pecuniam fecerat inter Hispanos bubonibus occupatos (de cuius fabrica alias egi) hoc cum cranium eius à carne nudatum in nostrum conspectum venisset, carie atrosum deprehendimus; rasum, dextreque habitum evasit. Quin horum malitiam summus præceptor (cuius tanta fuit benignitas, ut nihil sciuerit quod nos nescire noluerit: tanta autem solertia & sapientia, ut nemo post eum sciuerit, quod ipse ignorauerit) libro secundo Propheticō ita scribit, τοῦτο ἀδεγός τὰ ἃ καὶ οὐταὶ ὅτι γίνεται, id est, viris adnascuntur fauiformidabiles, & periculi pleni. Quare quidam sunt maligni fauī. Hi autem noscuntur haec notā, si euulsi capilli viscidi quid: & crassi circa radicem gerant cum extrafluntur, id mali prauitatem denunciat: tunc enim non facile ad neoterisnum redintegratur caput, maximē caco-

Hippocatis benedictus.

Causa.

Arg. 26.

De tam. preter ea.

IN SINGVLIS PARTIBVS.

chymo corpore. FAVIS origo est ex humore mixto, qui partim tenuem & mordacem, partim crassum in se succum habet. Tenuis igitur humor cum mordax sit, primum ad scalpendum cogit homines, hinc ad sculpturam tumor augetur, & in eo sphaerina fiunt. A C H O R oritur ex pituita salsa & nitrosa, nam sanguis profluit, aqua simili in qua recens maestata caro lora fuit, adeoque cadauerosa, & hinda; vel crassiora etiam quædam euomit mellita. Innaseunt hī succi corpori, à cibis fastis in ichores nitrosos, salbos, calidos: sic etiam afficitu. ACHORES, ut scripsit

Crito, oriuntur plerumque præce- *Signa.*
dentibus furfuribus, & ferè etiam scabie. Quis humor hunc alat fœtum, elucebit ex manantibus ex vlcere excrementis, & ex loci morbo obfessi qualitate, & ægri natura: natura dico communis, propriâ, insitâ, & aduentitiâ: in temperamento, habitu, & diætâ. CYRA T. I O. fiet cause excisione, victus castigatione, tenui saltem præparatione, deriuatione, vacuatione partis afflictæ, detersione, discussione. Sanguine si circumstuit corpus, aut caput, eximatur is à peculiaribus venis: ut præparamus ad exclusionem succos, coquemus boraginem, buglossum, cum scabiosa & lupulis: vel horum succos cum saccharo. Et nitrosi salsique succi purgentur agarico, thabarbaro, saccharo rosato, vel coque polypodium cum aniso: eius binis vnciis, remisce confectionis Hamech binas vel ternas drachmas. In infantilis lac nutricum sentiat pharmaci vim. Ita habitâ pronissione de toto corpte, caput ipsum evacuetur apophlegmatismis, & erthinis. His ita ritè paratis, ad ea veniendum erit que *Tipica.* capitatis parti afflicte imponuntur: sed eâ cautione, ut sàpè repetatur *Canticum.* purgatio. Si itaque iam iam innatum sit malum, aliqua repellendi vis consocietur siccantibus, ut myrtus, salix: alioqui incidendi, si lena; attenuandi, si crassa; siccandi & digerendi, si longè tenuibus ab excrementis madent, vi valéant. Et semper id hæreat menti, vt, si crassior cortex obsepiat malum, via detur excrementis: ita enim pus depascendo non fero- ciet amplius, at repercutientia hoc blandimentum negant: parcius igi- tur istis *Notandum.*

tur istis vtendum: & iam iam inuadente saltem malo, & corpore puro. Faus eisdem remediis cedit quibus achor, iunctis abstergentibus & tenuantibus, vt nicosianæ succo, ruta, aristolochiâ. In recenti malo fiat li-

*In recenti
malo.
Materia
remedia.*

xium ex cineribus salicis, fraxini, vel brassice, in aquâ fabrorum, huic incoque capita rosatum, vel folia quercus, vel pimpinellæ, flores melillæ, stachados, agaricum, radices enulae, vel liliæ, aut bryoniae, myrtillæ, fiat lotio capitis. Dein inclinatur vnguento ex succo pimpinellæ, & herba Roberti, & foliorum quercus, adde vnciam tunicae, & quid ladani, cum vnguento rosato, addito aceto coque. Vel ex Octauio Horatiano, oleum rosatum, vel myrinum tete in mortario plumbeo, dum nigrescat & pinguescat: dein in alio mortario alterius metalli teres cum dicto oleo lithargyrum & tutiam. Sed cautio-

*Cautio in
putre.*

adsit in pueris de refectione & materia astrictione; ne fiat metastasis, vnde facta fuit anadrome: nam his morbus huc sære sanitas est, & xiiij. a. natu rixais evenit. Modestè igitur in his siccent & stringat, vt tutia, & argenti spuma, & zinziper: hæc excipientur vnguento rosato, vel ex cocta pinguedine ex carne fumo durata. Sin illi grandiusculi, & vehementer madeant, iunge gallarum pertusarum pollinem, vel plumbum crudum poluerisatum, & capto linamento imponatur: & sindoni assuantur folia hederæ, pro tegumento aut pileolo, vel brassicæ folium tabefactum ab igne capiti imponatur: ita non arescit vis remedii, ab æstu flagrante malo. Ita puerulis tenellulis, vt effundatur putrilago,

saltē betæ vel brassicæ folium imponimus. Sin rebellem qualitatem redoleant hæc in pueris, hoc *Nomina.* remedio, à nobis primùm vñibus medicis illato debellabitur: sexta vel septima pars argenti viui cum plumbo ab igne fuso committatur; mox ab igne fundatur vt coalescat: hoc modo ita peruadit argentum viuum plumbeam maslam & exedit, imò calcinat, vt tenuissima friabilitate in polliné subtilissimum sine labore comminuatur: nam mercurius calcinat omnia metalla. Hunc *Via mer-*
cury. puluerem incoque dictis iam vnguentis. Eisdem vtemur etiam in grandioribus: & etiam in veteri malo, non tamen effero. Ita etiam vnguento de tutiâ magistrali, cui misce puluerem flauum corticum ystulatorum aranciorum malorum: vel parum vitrioli, si validè madet vlcus & caput. In effero malo, ac duro corpore, fiant lotiones ex rebus validioribus: talia descripsimus *Efferum* *fi malum.* capite De furfuribus: vt lupinorum, & radicum cucumeris agrestis. vel foveatur succo herbæ D. Iacobi, absinthij, ireos, fumaria, betæ, matribizæ, vel nicosianæ: & illinantur hi succi. Si validius res voluerit, iunge medium partem succi cucumeris asinini; vel iunge sulphuris loti aceto partem quartam. Si mediocre velis, accipies axugis veteris vncias quatuor, sulphuris triti in vino austero semunciam: pulueris sinapi optimè triti scriptulos quattuor. Axungia hæc si elota fuerit aquâ vitæ, potentius digeret: si aquâ rosatum, validius reprimet. Aliud, Accipe olei hyperici, olei iuniperini, vel lateritij, cuiusque vncias tres: his diu immacula

cera

cera rancidas nubes contusas, & semen nicosianæ, myrrham, sulphur, fuliginem furni, argentum viuum, lithargyrum, & interdum (dum abstergendum) aliquid æruginis. Cùm fortius velis, iunge calcem sèpiùs lotam, tartarum, chalcitidem, sandaracham. verùm hæc vbi crassissima melligo, & humidissima cutis capit is: nam squalidos lèderet. Omnia robustissimum est hoc Gordonij, quo etiam vtebatur ad omnem malignam cutis fœdationem, etiam ad lepram: accipe vtriusque ellebori, sulphuris viui, chalcitidis, auripigmenti, lithargyri, calcis viue, vitrioli, aluminis, gallarum, fuliginis, cinerum grauellerorum, singulorum vnciam: hydrargyri extinti, viridis artis, cuiusque vncias binas: fiat puluis. Seorsim habeto succum boraginis, scabiosæ, fumaricæ, oxylapathi, aceti, singulorum vncias tres: secis olei antiqui, libram, bulliant ad exhaustionē succorum: postremò affunde præscriptum puluerem, & picis liquidæ, semunciam, fiat vnguentum. à Vigone & Guidone fides huic remedio asseritur.

In venereis fauis & achoribus miscemus fescunciae vnguenti de althæa, scriptulos quattuor hydrargyri: & illinantur etiam artus. Quodsi inflamatio & dolor afflixerint simul ægrum in his ulceribus, à siccis remediis temperandum erit; & potius vtemut decocto plantaginis, & meliloti, vel chamæmelorum: & à fotu inlitus fiat ex vnguento rosato, cum succo sedi minoris, solatri, aut cerusæ, vel lithargyri decimam aspergemus partem. vel ex fatinâ hordei & fœnigræci subacta oleo, fiat audiup

emplastrum. aut ex solatrio & parietaria coquatur cataplasmata. Sedatâ inflammatione, tunde capillos, & elue decocto fœnigræci, & ad fortiora redi. Vixtus prudenter ineatur ratio. Quicquid fœtum est in luxuriantem succum nitrosum, salsum, ab hoc sibi caueat nutrix: quale enim earum lac, talis totus fit puer; nam merè lacteus est. Iam pauca de Fico. Efflorescit hic tumor in cute Ficus. capit is, tegiturque escharâ citrinâ, quâ detractâ eluent vitalis & rubescens carnis acini, qui ideam referunt seminum ficuum, non sine cruore. Oritur non à tam fero humore vt fauus, sed medio quodam succo inter furfurum auctorem, & achorum. Adimatur crusta, cataplasmate imposito ex nasturtio & axungiâ: nam hoc, auctore Pateio, diuturniore vsu persanat: vel sicum, & semen lini, & elaterium coque in aquâ, & impone. Dein, si contumacior, vnge Guidonis vnguento vel oleo, hyperici, vitrioli, & nardini & quis partibus. Huc etiam pertinet TINEA, Arabum Assaphati siccum, & Semotin. Vetustiores quidam Tinea. achoras tineam vocât, ob foramina, quibus pereditur, vt vestis à tineis. Sed iam scabiem illam vulgatam sicciam, puerorum maximè capita perambulantem, tineam nominant. Squalidior cæteris iam recensitis noxiis, siccissimæ malum, quod quasi acrimoniâ quadam melanolescit, & à siccis nasci succis videtur. Est enim hæc tinea scabies quædam capit is, squamis arida, odore tetra, si quid emittat siccii tabi. Quis tamen succus hanc dederit, crustæ dicet qualitas. Blandior hæc euénit infan-

Fortissimum remedium.

Aliuersus vinerest fauus.

Vixtus infâ- matio se- sangit & dolor.

Dietta.

Tinea.

Quidam.

F tibus,

*Maligna
tinea.*

Rosella.

*Empirica
remedias.*

tibus; quibus interdū vultum etiam deformat, non rite à foeta habitu facta. Est & alia tinea maligna, cui initium dedit contagis, vel efferus succus, cinericia crux conspicuā, hæc in aream abit: & ab huius vetustate si indurata fuerit cutis, extra spem sanationis erit. Quantum ad curationem, eam iubimus, (provisione primū habitu de toto corpore, bileque melancholente abductâ) remediis tenuantibus & attrahentibus. Capite loio primū scriptis remediis, ac raso, locus tineosus illinatur oleo amygdalino dulci, cum pinguedine gallinæ: & fricitur sulphuris viui partibus duabus, cum vnâ salis fossilis, dum sudor in capite erumpat. Hoc modo, inquit Marcellus Empiticus, intra sex dies curabitur tinea. vel illinatur oleo sulphuris, & amygdalino. Aut accipe sulphuris flavi, terebinthinae, eiusque drachmas sex: olei rosariuncias tres: vini optimi semunciam, coque miti foco, dum vinum evanescat. CAVITO in his malis adlit ut frequenter purgetur corpus; ne fiat nouus nouæ materiæ synartisimus. Et studendum in his semper ut crustæ cedant. In his fœditatibus iam narratis, vsus quedam non contemnenda obseruavit. Hoc cognitum mihi est euporiston, quod nunquam me fecellit. Accipio pinguedinem, quæ coctione carnis fumio duratæ eliquatut: huic misco puluerem zinziboris, & mungo. In contumacè malo, misco param argenti viuæ quod sàpè visu innoxium deprehendi in pueris. huic, si madent, cerusa vel lithargyrum consociati poterit. Alij accipiunt faeces gallinæ vitas,

melle exceptas. Quidā althææ radices coquunt cum pueri vrna. Aloëm vel thus coque cum oleo vitellorum ouorum, vel hyperici cum oleo: & erassamentu illinatur. Aliud, oleum nicolianæ. Aliud, allium cum caule comburit Aëtius, cinere enim oleo vtritur. Aliud, tabaco vino in veteri coctus. Aliud, tabescens crassior muria halecum, cum vrinâ, aceto, & cinere halecum fumo induratorum. Aliud, conserua baccatum iuniperi, cum aceto, melle, caphurâ, alumine, fuligine furni, & puluere tenuissimo sulphuris. Vbi madet ulcera, præclarum remedium est puluis silicum, qui primū quadriduo macerantur aceto forti, dein clibanò calcinantur; huiusmodi puluis inspergitur salutariter admodum: nam discutit & absterget. Si hydrargyrum coquatur in oleo amygdalarum amarorum dum nigrescat, optimum erit hoc oleum. Sed iam de his satis.

CAPUT VIII.

*De PVSTVLIS & efflorescentiis
in capite & facie; & de DE-
CORE conciliando facie.*

OBSIDETVR etiam nonnunquam cutis exiguis quibusdam pustulis instar bullarum eminentibus, quas Psydracia vocant. Hæc *Psydracia* duris tuberculis primū effertuntur, quibus pressu pertusis, fluxum quid, saniosum & aquosum effunditur. Maximè à sudore nascitur psydriacum; dum enī frigidâ rigatur facies & caput; astu postquam in caluere, oppressus sudor in pustulas se colligit. Aut exilibus obsidetur *Helegria* haec cutis ac calentibus pustulis, quibus

Exanthemata. quibus varius est color: his ruptis exulcerata se prodit caro, helcydria dixerit. *Quin* interdum exanthematis obsidetur facies & caput: Latini efflorescentias, papulas; & eruptions pituitae vocat Plinius: haec in molem ambustorum se attollunt, & sunt superficiatæ cutis faciei & capitis extilcerationes, rubentes & subasperæ, inquit Trallianus. Haec molestia auctorem suum agnoscunt capitis eute conceptum pituitescen-tem cruorem æstu incandescentem, cum eius evaporation prohibetur. Attamen emanans sanies, & qualitas curis capitis auctorem mali exhibebunt. Ut his rectè consulatur, primò purgentur pilulis aureis, vel electatio de succo rosatum. Facies lauetur decocto fænigraci & radicum petroselini, & fiant illitiones: vt, Accipe radicum lapathi acuti, enule campanæ quantum lubet, coque ex ace-to, vel iunge medium partem lixinij ex cineribus vitis: haec mucago misceatur axungiae veteri, lotæ aquâ vitæ, vel acero. Aliud, lilij radix affricta, postquam cocta fuerit ex aceto & aquâ, cuim thure. Aliud, oleum laurinum cum malicorio, aut balau-stis coctum. Aliud, anchusæ radices vîtae, & tritæ cum oleo. Si duriora omnia appareant, sit illitus ex maluâ, meliloto, radicibus lilij coctis, & adipi, & oleo ad crassamentum consociatis. Si madentiora, vtemur hoc Tralliani, Accipe lithargyri, cerusæ, cuiusque vnciam: aluminis, foliorum viridium tutæ, cuiusq. semunciam: ex aceto & myrtle oleo inungantur. Si pustulae & vleucula fuerint sine inflammatione, licebit (valido certe auxilio) vnguento rosato endubus.

indere parum sublimati hydrargyri. Attamen frequenter illiniri non debent, ne inflammentur. Aut tangantur aquâ rosata, quæ accepit sublimatum; sed pacè misceatur sublimatum: ita vt vnicæ binæ liquoris reddatur scriptulus argenti sublimati, nec ultra drachmam committatur, & vnâ bulliant. Si EXCORIATExcoriatio
no capiti. capiti molesta sit, aspergatur lithargyrio: vel adde plumbi puluerem, misce cuim oleo myrtino, & vino, & illinatur. Poterit etiam cataplasma imponi ex farina hordei, vel fabrum cum maluâ. Ad Hydro- cnimata. id est, cum vehemēti pruritu eum: pentia, à falsâ pituita nata. Accipe cerusæ semunciam, lithargyti drachmas binas; thuris scriptulos quatuor, mastiches scriptulum: contusis omnibus, fricato cum rosato oleo, dum crassescant in succum: adiice lac muliebre, & aquam rosatam. Describit etiam Nicolaus Myrep. 3. lib. 42. vnguentum ex lapidibus satis elegans. Attamen haec spero satis fore ad leuiculum hoc malum: nam ad grauiora & utlitora me rapit iam haec misera mortalitas, in pœnam, inquit Plinius, sàpè viuax. Sed pauca, ne quid in tergo relinquam, de decore faciei conciliando scribam. Quod tamen ita quis accipiat velim, me viris hæc non scribere, nec feminis omnibus. In viros laudo illud Vespasiani apud Tranquillum, qui adolescentulum fragrantem vnguento, cum sibi pro imperatâ præfecturâ gratias ageret, nutu aspernatus, voce etiâ gravissimâ increpauit, maluissimâ allium oboluistis, literasq. reuocauit. Et nobile illud dictum Domitiani, vellem, inquit, tam for- Facies ut
pulchrior
reddatur. Suet. 22.

Cantic.

mosus esse, quam Metius sibi videtur: & cuiusdam caput varietate capilli subrutilum & incanum; perfusam niuem mulso dixit. Et prudenter Salustius, formæ gloria fluxa ac fragilis est: virtus clara, æternaq. habetur. Hæc est illa virilis forma, quæ verè splendent. Quin ne feminis quidem patrocinari his remediis volui, quæ foedis libidinibus mancipatae illecebras & illectamenta voluptatibus querunt: sed his solis quæ illud vnicè venantur, ut venustate quadam suos maritos à vagâ libidine reuocent. **C A V T I O** in remediorum admotione adsit, ne illa strictione quadam (quod fuci solent, quos ab arte nostrâ excludimus: nam quæ veram elegantiam & nativitatem conciliant probamus) cutem arcent: nam quæ tendendo cutem splendidam reddunt, eandem in rugas tandem laxant: hinc est quod pinguedine pœdita laudamus. Aqua ex raso lardo albo destillata. Aliud, Accipimus medullæ panis albissimæ libram: adiicimus tantundem phæcolorum alborum, vel oryzæ coctæ ex lacte, & cœcurbitam longam scissam in taleolas: & sémimum frigidorum semilibram, cum gallinæ carnibus albissimis: addimus albumina cocta ouorum recentium duodecim: iridis Venetæ vnciâ: florum fabarum, liliorum, nymphæ albae manipulum: poterit etiam addi vitulina caro. hæc lacte excepta macerentur per diem, & dupli vase distillentur. Usus tempore immitantur huic aquæ folia argentinæ, vel succus radicum ari sole siccatus, & parum caphuræ, & per duos dies macerentur. Aliud, Tartatum vstum

pone in ouis coctis, deposito vitello, & exprimantur: & aquæ illi adde flores fabarum & liliorum, & caphuram. Aliud, Accipe aquam distillatam ex cochleis vinearum, citreis, floribus liliorum, & fabarum: misce. Tegant dormitum faciem linteis his aquis imbutis, & summo manè facies vngatur. Accipe ossa elixata à carne veruecum excepta, & contundantur; aquâ iterum cocta cum fuerint, excipiatur restagnans pinguedo, & illinatur. Lac virginis, quod in Methodo descripsimus, vbi De capite calido; & vnguentum rosatum cum caphurâ, & oleo amygdalino, castigant faciei ruborem. Ita etiam matura fraga, quibus si tertia pars sacchari addatur, & per dies octo balneo macearentur, ac tepente aquâ extillentur, mirum in modû iuuabunt. Ita aqua ex foliis salicis & persicæ, & albuminis ouorū cum limonibus. ari aqua. aqua ex ligno guaiaco, in aquâ cocto, extillata. mica panis cum lacte caprillo distilletur, vel albumina recentia ouorū duodecim, cinnamomi vnciam, lactis asinini libram: destilla. vel aqua ex vitulinis pedibus, & vnguenti rosati thodostagmate loti vnciæ, si addantur scriptuli duo sulphuris tenuissimè comminuti, & pauca grana sublimati. Italæ mulieres accipiunt sicciam ari radicem, hanc in puluerem actam aspergunt aquâ radicis ari, saepius ita madentes siccant: hunc puluerem ex aquâ noctu maculis illinunt. Liquor cosmeticus: limaces abiectis testis lava aquâ falsâ, dum absit viscositas: salis adde vnciam: tertiam partem vasis impleant: adde succi limonum ut duobus

duobus digitis supernatet : distilla
Maio, vel Octobri. Aliud, Accipe
vnguentum rosatum albissimum,
cum oleo amygdalino dulci ; adde
succum ari sole siccatum, vel caphu-
ram, aut pomatum. Aliud elegans,
Accipe axungiæ porci sesquilibram:
à pellibus munda, ac permitte ma-
cerari integras dies tres in aquâ.
Dein bulliant in sesquilibra aquæ
rosaceæ, adiectis octo pomis dulci-
bus, dum exhauriatur libra una.
Postea iunge caryophyllorum cras-
fusculè contusorū drachmas duas,
cinnamomi drachmam : bulliant
lento igne, ad omnimodam ferè
aquæ consumptionem. demum ad-
de cerea albissimæ fusciam, si ætas
fuerit: si hyems, vel nihil, vel parum.
Cola per linteum mundum: & cùm
refixit, & ab omni sorde, quæ tum
superiùs, tum inferiùs hærer, libe-
ratum fuerit, admiscebis aquæ da-
mascenæ vncias tres. Hoc lætam
conciliabit faciem: quin est accom-
modatum scissuris rimisque labiorum,
manuum, vteri, ani, & vberum.
Observabile autem, ne hoc nesciant,
vsu immodesto aceti, florem viuacis
coloris in corpore flaccescere: & à
fœdis aquis plumbeo tumore fa-
ciem increscere. $\eta \tau \delta \mu \rho \eta \tau \delta \mu$: ad meliora pergo.

CAPVT IX.

De CEPHALALGIA, hoc est,
omni dolore capitinis.

NVLLA pars corporis humani
æquè doloribus exposita est ac
caput humanum: cucurbitæ enim
more cunctis superpositum, pa-

in se rapit viscerum subiectorum in-
quñamenta. Quare non iniuria exi-
stimauit Aretæus (De causis & notis
diuturnorum affectuum), capitinis do-
lorem in melancholiam vel conuul-
sionem abire: itaque, inquit, exiguo
dolores ne spernito. Est enim, vt ait
Themilon apud Autelianum, natu-
râ caput carnibus pauperum, & ner-
uosum, & duris cutibus & capillis
obtectum, & spiramentis difficilibus
naturâ, tum sensibus etiam vniuersis
foratum, insidens corporibus, atque
acciensiis eorum cunctas exhalatio-
nes per arteriam atque stomachum,
quæ sunt corporis veluti maiora fu-
maria. Maximè autem doloribus
fatigantur, capitinis partes neruose, vt
meninges, etenim cerebrum indo-
lens est; vel diploma, hoc est dupli-
catura illa medullola ossis caluariæ
dolet, vt euenit in his, qui à lue
venereâ illiti hydrargyro fuere, ibi
enim suppurratum fit expuratum, &
tuberculum & pus: cumque in inte-
rioribus maneat, hinc mors, epilep-
sia, vel conuulsio: vel fit dolor in
extima parte tunice pericranii, qui
dolor etiam radices pilorum ferit.
Varia nomina hic dolor gerit. Clau-
uuus Abincennæ, cùm vehemens do-
lor in paruâ vrit parte, sed imâ, ac
fixus perseverat, vix quartam capitinis
regionem pèruadens: Homonop-
gia dicitur Arculano: Arabes Soda-
dicunt: quam omnem capitinis que-
relam quidam putant: sed Serapio
solum pulsatilem hoc nomine di-
gnatur. Hemicrania, quam Aretæus
Gregorius vocat, dimidiis capitinis est
dolor, à temporum pulsatione ferè
ortus, cōtagione subditarū partium.
Cephalæa, vel Ouum aliorum, Nux,

*Clauus.**Soda.**Hemicra-**Cephalæa.*

* id est, vel Galea, totius est capitit * Cuius <sup>deu fati-
gans ab
dissipatio-
nem capiti,
&
accidet.</sup> Galenus propria Cephalæ signa eleganter describit libro se-

cundo per locos, sectione secunda, capite primo: utinam ita cetera du-

xilliet. Orsi itaque à capite, sub quo

nomine partem illam significamus

quæ capillo regitur, & cuius calua-

riæ adiacet superiori quidem, peti-

cranum; inferiori verò dura me-

ninx. Quæ fabricatio descripta le-

gitur apud Hippocratem libro De

pertusionibus capitit, * δίπλων δέ εστι

τὸ ὄστρον καὶ μέσην τὴν κεφαλὴν. Earum

capitis humani partium continuita-

tis laceratio, vnde cumque venerit,

sensionem facit rei molestæ, id est,

dolorem, qui partis afflictæ nomen

sibi adoptat, & Cephalalgia dicitur:

quæ, capitit propria est; sicut deli-

tium cerebri. Erit igitur cutis capil-

latæ, & pilis carentis cephalalgia. erit

etiam pericranii, caluariæ diploës

sive diploïdis, intensa, remissa, gra-

uis, acuta; omniumque seruissima

duræ meningis. Dolent autem partes,

quod in his soluatut continuum: at

vnde nascitur illa solutio? ab agente,

contra naturæ legem, διπλῶς. Sed

quale id quod ita consertim ferit?

est intemperies, vel materia morbi-

fica. Hæ causæ nonnunquam conue-

næ sunt: interdum etiam solæ: nam

inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

14.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

15.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

16.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

17.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

18.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

19.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

20.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

21.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

22.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

23.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

24.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

25.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

26.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

27.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

28.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

29.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

30.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

31.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

32.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

33.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

34.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

35.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

36.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

37.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

38.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

39.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

40.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

41.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

42.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

43.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

44.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

non in fa-

ctio-
ne esse.
Hippoc. v.

Dolor. v.

De sedis.

45.

* que est inæqualis intemperies quæ est * εἰ-

in fieri, &

*Que
parte do-
lent in
capite.*

*A venere
fus pa-
lentes vi
menbra-
nas exer-
cent, into-
terabili
dolore dis-
cruant.*

Historia.

ægri, plerumque sunt grauatioi, extensiui, pulsatiui, pungitiui, perforatiui, teste etiam Areulano: qui ex quanam causa enati fuerint, & unde profecti, clare aperuimus libro tertio Methodi ad Praxin medicam capite tertio. Pungitiuus dolor est membranis proprius: frangitiuus est panniculi tegentis osla; ita ut immilla sit materia illi spacio quod inter caluariam & pericranium: tensiuus tendinibus & nervis ascribitur. Pulsuus arteriolis adscribitur partibus, cum autem diploide cuncta materia suppuratum & expurratum fecerit, permolesta & acerba symptomata inferre solet, vt elucet ex illâ historiâ, quam refert Fernelius De lue venereâ capite septimo: Anno, inquit, 1556. coriarium quendam tonsor ut inuisitatem rogauit, rarum affectum & obseruatione dignum me visurum dictitans. Istamensí annos amplius decem post curationem per hydrargyrum ita salubriter exegerat, vt videretur percuratus, repente tamen exerto in sincipite dolore diutius perseverante, non modò eius parti totum os paulatim computruit, excusumque est, vt frustulatum excideret: sed & cerebri viraque meninx eadem putredine absumpta, subiectaque cerebri substantia in abscessum conuersa est, vnde magna puris copia (miserabile visu) per multos menses, non ex ea tantum parte, sed ex utriusque oculi angulis, etiam stillauit: dentes exciderunt omnes. Hic tamen neque febre corripi (incredibile dictu) visus est, neque cibi fastidio multum premi, neque extenuari, dum ad ventriculos cerebri ventum

est, quo tempore mors repente hominem diu miserè afflictum è medio sustulit. Dolor ad similitudinem pali infisi, in meninge hæret: clavum nominat Abincenna. Sed nam foris posita vel intus caluæ incluta pars trædus his fatigetur, & quæ nam ea sit, his symbolis conspicuum erit. Si Galeno credimus, cum ad oculorum radices dolor peruenit, & ad tactum exacerbatur, tunc foris & intus fatigabit dolor, quamvis scribat Fernelius falsum esse, internos dolores solos ad radices oculorum pertingere; nam & externi eo pertingunt subinde, quod pericranium oculorum cauum (cui insident) succingat. Verum non tam punctilis ille dolor erit, quam si à meninge foret. Et cum à refrigeratione plerumque doleat pericranium, palpebræ id potius sentient: nam oculi spiritibus & pinguedine affluunt: & in cauis conditum ibi pericranium non ita à calore externo affigitur. Si dolor sit in foris positis partibus, tunc notandum num confederit in pericranio, vel in cutâ capillata. Si vero intus recessit dolor, tum explorandum num sit in membrana, nervis, venis, vel arteriis. Si in pericranio, pungens erit; nec ita ad tactum exacerbabitur, sed eo quasi mulcebitur ac mitescet: si in cutâ capillata, nec tactum, nec capillorum versio nem feret, & ab æstu plerumque nascitur: si venæ doleant, erit compressu quodam granitus dolor à venarum plenitudine: si internæ venæ & arteriæ, pulsus temporum fieri, & conlectariam sepe trahunt febreū ephemera, & audiè aërem ducunt naribus. Nervi tensionem præbent.

Pulsans.

*clavis**Fringit*

*Ni grannum
poti oculon
cum infidit
silingiz.*

*Pitramus
tacris Cudon
adno topia
no phante
mra.*

*an in pila,
nro
an in luto
capillata
an in venis
adnij in
maruz.*

pulsans dolor

Mirabilis doer.

Pulsans dolor est à tenui sanguine, vel ab arteriis spirituum plenis, quæ concutunt membranas. Talis ferè est ille dolor, qui statim horis recurrat cottidie, cùm vel sine febre, leni hic pressu mitescit. De cuius doloris idea scribere videtur Aretæus, ubi ait, Cephalæa cottidie magis insultat, & difficilè curatur. eius, inquit, differentiæ sunt infinitæ, aliis recurrat à meridiæ in vesperatu: nonnullis à vespera ad meridiem protrahitur. Iuuenem quendé nobilem aliquando vidi, inquit lacchinus, cottidie atrocißimis doloribus anxium ad meridiem, adeò ut fureret. Statim huic vrina aquæ, quæ vespera in coloré biliosum redibat, dum mens, abeunte dolore, redintegraretur. Refert Cardanus de quodam Modac-tiensi, qui cottidie Sole exidente, dolore capitis supra nares corrupie-batur, crescente dolore dum Sol meridiem attigisset: ubi decederet, minuebatur dolor, ita ut sub vespe-ram euanesceret. Ex narratis iam notis, in perspicientiam facilè partis morbo obfessæ deueniemus. Iam ad agnitionem & curationem morbi causæque morbificæ abeamus, orsi à simplicioribus. CALIDA harum par-tium INTEMPERIES interdū auctor doloris est, citra materiam quæ interdum infestat; exhaustiendo enim & dissipando continuo violationem adfert. id dum sit, dolet pars quæ ita exercetut à nudâ qualitate calidâ. Cùm ab internâ solâ intemperie nascitur, ægide curatur, ut illa intestinorum intemperies, quæ à bor-borygmis frequentibus tympaniam hydropem parere confuevit. Sed plerumq. hoc genus mali externam

agnoscit causam, vt cuncta conser-tim incurrentia: vt insolatu à vehe-menti, quem Græci dicunt ἐκπνον impressam: vel ab immoderatis exercitiis à cibo, vel flamma: vicini-tate, tegumentis capitis plurimis, ardenterum remediiorum admotio-ne, vel à graui odore, interdum ab ira: & intus confertim irruens causa huius mali parens esse solet, ut plenior usus aromatum, quæ calidis opplent vaporibus caput: nam, ut scribit Hippocrates, οὐ εἰ αρώματα τυεῖν, καὶ γειτοῦσι: ita cibus fla-tulentus calidus. SIGNIS notabitur hæc intemperies; nam tactu calet & squalet, cùm ab insolatu fuerit at-simili causâ, caput & frons & oculi rubent cum quodam squalore, vi-gilia fatigant, recreantur à frigidis. Vitent in primis aërem calidum, & solem; somnus concilietur; respon-deat cottidie altius, ut multorum à prunorū, aut lactucæ, vel spinachiæ usu; vel rosati syrapi laxatiui. ani-mus in ocio sit: germinibus frigidis humi fusis ac proiectis, & sylanis aquarum recentetur cubilis aët. Ut-tatur lactucis, endiuia, hordeo, agresta, piscibus, aurantiis pomis, & pomis coctis, boragine: absit vinum: acetofa confert, acetariis adiice aliquot passulas: ptisana cum succo arancio-rum, oua tremula cum omphacio: carnes pullorum cocta cum dictis herbis. abstineat à lacte, & dactylis. Potus sit tenuis ceruilia: vel aquæ libræ incoque vncias tres sacchari, & cum drachmâ cinnamomi cole-tur per filtrum: cui remisceri poterit syrus acerosus. vel sit vinu aquo-sum. exhibeantur alimenta quibus non longâ masticatione opus est.

Quæ

CALI-
DA cum
intem-
perie ca-
pita, dolet.

Cause nu-
de intem-
perie ca-
pita.

*apb. 12
Suffusus
aromaticus
capitu
gravitatis
inductus.
SIGNA
calida in-
temperie.

Dietæ.

TOPICA. Quæ foris capiti admouentur sint leptomeria prædita, nec astringant vehementer: fronti, temporibus, vsq. ad suturam coronalem, & naribus hæc commodè admouentur: vt vnguentum populneum: vel rosatum sæpius cum aceto lotum, vel mucago psyllii extracta in aquâ rosatâ, cum oleo rosato, vel vnguine rosato & aceto: addere interdum licet succum solatri, vbi ardenter æstus & ætas & ætas, vel olei rosati vncia, aceti albi semuncia, agitentur diu, & linteis excipiatur, vel bombace. sed sit potius quarta pars aceti: nam insigni siccitate vigilias mouet. oleu violatum, & cucurbitæ cum rasurâ cucurbitæ. hæc etiam naribus induntur. Iac muliebre immulctum inquit Alsaharauius. Fiant etiam embrochæ ex violis, rosis, nenuphar, pampinis, foliis salicis: & tandem addere melilotum, maluam: coque ex ii. libris aquæ, dum tertia pars consumatut. Mitigato dolore, vtatur chamæmelino cum rosato, vel serpillum rosato incoque: quo redinretegretur à frigidis calidi natiui ecclampsis. Cùm tamen iniuctus his frigoribus fuerit capit is æstus, adiicimus vñciām olei papaueris, vel nymphææ. Macerentur rosæ in tertia parte aceti, & vna aquæ rosaceæ, fiat naribus epithema. vidi qui in contumaci vigiliâ soluerent semidrachmam opij in aquâ rosarum, & remiscebant semiscriptulum croci, vnde epithema fronti siebat. Ego tamen existimo, ab opiatis abstinentum esse, cùm sine materiâ dolor fatigat: nisi vigilæ vrgeant. Ego satinam hordei & papaueris misceo cum aquâ rosatâ, lacte muliebri

& oleo nymphææ duplicato linteo fronti admoueri iubeo dormituris. Et tandem, si nulla influxus suspicio vel metus, anethino addo rosaceum; vel serpillum & melilotus rosato subigantur. Sed dogmaticæ cautiones vbique sociæ curationi accedant. Nam non satis est intemperiem frigidis tolli, sed probè his vtendum, ne lædant. Hoc partis natura dicet; ex hac enim quantum sit refrigerandum, & quomodo, discemus. Cerebrum immanitatem frigorum non leniter fert: led tamen quod partes capitis dolentes interdum denso ossis obice testæ sint, vi quadam peruidente opus erit. Caloris autem cōcepti magnitudo, vim ac copiam remedij aperiet. & situs pattis hic monstrat, euaniadam remediorum vim sèpè alluere parties dolentes. Observabile etiam illud, esse quædam corpora, quæ incursum frigidiorum remediorum non leviter ferunt, vt senum, puerorum, & mulierum mollium & candidarum, & hi qui catarrhis obnoxij viuunt; his iunge anni tempus, & regionem. Forte est oleum papaueris, cui papaueris capita incoxere; sed talia naribus potius admouenda quæm sincipiti: hoc validius est oleum ex mandragora; his ratiūm, inquit Trallianus, in cōtumacibus vigiliis locus est. In tenellulis oleo chamæmelino vtemur cum aceto paucio. mori succus cum aceto probatur Galeno: vel aquâ rosatâ foueantur ex spongiâ. Plurimas alias cautiones dedimus libro secundo Methodi, capite septimo. Intus vtile erit iolapum rosatum & violaceum: conserua vilaru, nenupharis, boraginis. Frigida - G intemperies

DE MORBIS CAPITIS

| | 50 | DE MORS |
|---|--|---------|
| <i>Spiritus am- putacionis frigorem</i> | intemperies interdum capiti molesta est, dum exprimendo continuum laxat. Ita hybernis frigoribus vitra ac testacea violati stricto stigore animaduertimus. Potissimum inuidit ab ambiente frigore, vt à procellosa hycme. Nec in facie, nec in capite eluent caloris nota, quin potius pallore defundatur; ladanum rerum frigidatum usu, recreantur à calidis; tactu friget facies mollicula; in somnos proni sunt, nisi actior ex- | |
| <i>Frigida intemperie- ries sine materia.</i> | citet hos dolor. Externa causa quæ vitium facit vitetur. Intemperies frigida castigetur alterando calorificis. Sed animaduertendū quā tecmarsī modoque his utemur, quā copia, & quando. Ea tecmarsī, vt leptomeria valeant, & perennent vegetā vi; ralia sunt olga: nam olla peruadunt. Fiant ex serpillo, maioranā, lauro, lauendulā, chamæmelis, anetho, caryophyllis, rosmatino, origano, rutā, betonica, liliis, & tandem euphorbio. Funt & fatus ex saluia, hyssopo, iberide, prassio, stachade, calamintha, &c. iam dictis: herbarum manipulus accipiat aquæ vel lixiuij libras xiiij. quin ex iisdem sacculi finguntur. Tepidē hæc admoueantur, imò eo feroce quem ferunt. sincipiti & naribus admoue hæc. Copiā eā dentur, quam suadent intemperiei vehementia, temperies corporis eiusque habitus, anni tempus, ætas. Semper CAVTIO adsit ne in capitis rebus utamur ingrati odoris medicamentis, quale oleum laurinum. Quare, cum iucundè hic medendum sit, fiant fatus potius ex spongia expressā decocto lauri foliorum, & chamæmelorum. Aut coque lauri folia ex oleo anethino, | |
| <i>Modus.</i> | | |
| <i>Copia.</i> | | |
| <i>Cautio.</i> | | |

vel chamæmelino. Nonus antiquus
medicus ἀμπελούμα, id est, pampi-
nos coquit ex melicerato. Et, si valida
fuerit nuda hæc intemperies, misce-
bis olei partes duodecim, cum vnâ
euphorbij, & tribus ceræ. vt, Acci-
pe olei chamæmelini fescunciam,
euphorbij drachmam, ceræ ternas
drachmas, olei caryophyllorum pa-
ratum, vt suauem odorem effundat
remedium. Poterit addi crocum,
myrrha. vel accipe oleum lilinum,
euphorbij, cum aquâ vitæ. Insignis
ille pragmaticus Razes, dum animad-
uertteret hanc intemperiem contu-
maciorem esse, excogitauit trochis-
cos ex euphorbio, castoreo, pipere,
sinapi, hyssopo, styrace, rutâ: hæc in-
pollinem comminuta vino generoso
excipiebat, ac trochisorum in for-
mam medicamentum redactum re-
ponebat. In usum dum vocabat, à
fatu caput siccabat, & eius drach-
mam remixtam oleo caryophyllo-
ram futuræ coronali imponebat, &
fronti, & temporibus: quin aurib-
us quid immitebat. In leui dolore
lilium sufficit, vel iuniperinum;
nam ultimum est euphorbij. Iam
chemica arte balsama eliquantur ex
aromatis, gummis, & seminibus,
cum aquâ vitæ. Aretæus, Razes, &
Abincenna ad phœnigmos & fina-
pîmos tandem surgunt. Aretæus
euphorbio & pyrethrio, dum, inquit,
tumefaciant, & varis similia tuber-
cula excitent, locus tegatur. Quid
igitur mirum, si hoc æuo dolores op-
pugnat non expugnentur? cum ad
robusta illa ægre allurgant medici.
Hæc dum sunt, nec plethora, nec
cacochymia obsitus esse debet æger.
Sumant manè fescunciam conseruæ
saluia,

Dietta.

salviæ, vel betonicæ, vel anthos: his misceri poterit semidrachma diambræ, dianthos, diamusci, cinnamomi, vel masticis semiscriptulus. vel res cephalicæ, ut betonica, rosmarinus, stœchas, aquæ vite immittantur, da guttulas ex vino & aquâ betonicæ. Ita mithridatum, aurea alexandrina, aromaticum ros. diaglanga, diacyminum, acorum. Tandem ad robur illinat frontem, sinciput, & totam faciem oleo nucis myristicæ, & etiam nares & aures. Aër sit calidus, absit fumus, adsit lux; nam in somnum ruit æger. mosci pauxillum naribus indatur. Nocet immoderatio somnis, sit solito brevior: labor & inedia conserunt. odoribus rigetur cubile. carre vtatur gallinatum: condiantur cuncta alimenta cinnamomō, zinzibere, mulsa cum salviæ, pipete, mel anthosatum optimum. Vinum tenue, & ceruisia perfundantur vi salviæ, rosmarini. vel accipe aquæ libras septem, his immitte folia salviæ, & rosmarini, cum paucō hyssopo, vel aliâ cephalicâ; iunge quid cinnamomi, mellis vncias octo: coque ad despumationem. Sed nota in vsu huīus hydromelitis, ne sint homines ~~μεγάλωσαται γοι~~, hoc est, turgido hepate & liene prædiū ab infarctu. Insignis medicus Arculanus nil melius in hoc malo existimat aquâ vite. lactis & piscium vsum vitent. vngantur nares guttula olei caryophyllorum. Si odora non ferat, Accipe conseruae capillorum venoris vnciam, conseruae rosmarini, zinziberis conditi, cuiusq. semunciam: cineris hirundinum semunciam: coralli rubri vsti drachmam; piperis

semidrachmam; cum syrupo de stœchade fiat opiatæ forma, SICCITAS A SEC- TATE HYDA. arefactione ac squalore interdū continuatas partes violat, hinc dolor. ut ab aëre sicco, pharmaciæ aridis, fame, exercitiis. Attamē raro evenit ab hac causâ; sed cùm incubuit, longè contumacior est quam calor aut frigus. sed tamen non æquè ferox ac calida vel sicca ab intemperie, ut demonstrauit Galenus de symptomatum c. primo libro, capite quinto. non enim subito fit hæc intemperies sine calore aut socio frigore. Causam habere potest aluum citatiorem: hanc sistemus cibo, potu, & remediis iisdem quibus sopitur diarrhoea. Vigilat etiam, & sollicita anxiaque curis mens auctor mali esse poterit: his opitulabuntur quæ diuīm gratissimum munus, somnum euocant, & quæ in lætitiam mentem effundunt. Si ab inediâ, resarciantur iniuria succi plenis alimentis. Si immodesta venus, reficiat corpus plenioris succi alimentum; profligeturque venis. CAPITI ad movebimus oleum matutinum, amygdalinum, violaceum, cucurbitarum ex lemine, & lini, vel liliinum, aut nymphæ. hæc etiam naribus instillentur. Sed fortu altius vis subit, & aperit illinendis poros: fons ex decocto maluæ imbuta spongiâ, vel ex decocto lini, althæ, fœnugræci, vel lacte muliebri, vel aliorum animalium: lacti misce decoctum maluæ. Decoquitur malua dum euanuerit media aquæ pars. Dein medullâ vituli, vel vnguento rotato illinatur, vel butyro recenti insulso. Accipe olei amygdalini, violacei, nymphæ, cucurbitæ, pinguedinis vituli, galli-

*Lar m' Nibn,
vt ab horum,
m' h' b'.*

næ, butyri recentis insulsi, cuiusque binas drachmas: misce hæc, & fiat illitus. Aët sit madidior; humidis indalgeant, pullis, ouis, iasculis, vitulina: vino oligophoro. somnus sit plenior. in otio degant. Cuncta quæ siccari possunt fugiat in assumentis, admouendis, agendis, egerendis: balnea humida proderunt. animi perturbationes profligentur. Si INTVS quid allumere velit ad lqualoris correctionem, vsui erit syrpus violatus, rosatus, nymphæ, de papauere: conserua violarum, boraginis, nymphæ, buglossi. HVMIDVM, cùm omnia iungat ac vniat, auctor doloris esse non poterit. Ita nudæ similes intemperies, cùm partium capitis, sensu præditarum, continuationem violent castigantur. Si autē remixa hæ intemperies fuerint, ut frigida & sicca, &c. sint & mixta tunc remedia. Sed frequentius dolore caput fatigare solent materiae morbificæ quæ capite conceptæ sunt: hæ enim autores plerumque sunt solutæ continuatis, vnde per molesta & acerba perceptio, siue illa sympathia obnata fuerit, fugaxve fuerit à perturbatione critica: siue fixa firmiter τάνων, ut loquitur Hippocrates, Quætorov inducens, indigenam generationem agnoscat; seu symptomaticum transitum, aut perennem progressum sanguinis bile perfusi, qui exitum inde non habens, pondere, laceratione & stimulis caput multum affligit. Dolor erodens sit à bilioso succo aut vapore: grauans à frigidis succis: tendens à flatibus, aut humorum copia mitium: pulsans à bilioso tenuique sanguine, vel spiritibus vapidis in arteriis, & corrudie re-

currit. Simplex m̄v Ḡ s̄ep̄ eue- Signa 2
nit sympathia ratione, vel nudæ maternæ effe.
qualitatis, quæ tensionem facit in partibus quæ laborant: nunquam verò grauitas, quæ vbi est, ibi etiam eius causa exsilit, per collectionem, vel affluxum. Sic enim præclarè Galenus ad eum locum Hippocratis de pleuritide, vbi mammarum & brachij grauitatem examinat ad liberalem sanguinis extractionem. A materia minori negocio mulcetur dolor, quam si ab intemperie inustus foret: nā facilius est euacuare, quam alterare. Materiæ itaque morbificæ Prognost.
hæ, vel cerebro sunt indigenæ, hoc est, in eo natæ, vel vi in eo retinetur, vel aliunde sunt apportatae, quæ translatione vel progressu temperamentum & complexionem validè pervertunt, continuatatem lacerando: idque cùm aliarum partium, tu maximè meningis duræ. Nascitur interdum in cerebro materia, ex economiâ naturali cerebri labefactata, ab intemperie frigidâ, quæ fecunda est in pituitam viscidam & crassam, multis flatibus perfusam, quæ tendendo, continuum diuellit: quin & substantiæ suæ modo, cùm enim sit crassissima, ita vt evaporare non possit, in vitio est: & qualitate frigidâ hæc materia crimen agnoscit. Aderunt SIEVA intemperiæ capititis Signa.
per idiopathiam, vnde materia flatulenta, aurium tinnitus adest sine grauitate locum subinde mutans. Interdum etiam mordeat ac pungit acrior vapor, quem appellat Archigenes καυστός: tendentem: sed hic vt bilis abigitur. nos hic de frigido, ibi repellendum, refrigerandum, mitigandum, coquendum, digerendum. Materia cerebro nata flatulenta.
Sed

intemperie.

Ab HV.
MIDI-
TATE
nudæ.Composi-
ta nuda
intempe-
ries.A MA-
TERIA.

doloris p̄p̄
grauans
tendens
flatibus
pulsans

Curatio. Sed h̄ic orientur indicationes, vt cause solutionis continui auferantur: hoc est, vt flatus excutiatur, & materia crassa euacuetur: nam s̄boles ferē est pituitæ vel melancholiæ. *Platypus* Ted cūm non cadet h̄ec lenta materia nec pharmaco trahenti, nec naturæ expellenti, subnascetur indicatio hanc attenuandi ac incidendi, quo sequax naturæ motui ac pharmacis reddatur. Et vt deinde frigus cerebri castigetur, ne noua proles in nouum morbum surgat. Sed in fine huius capitinis de flatulento dolore, vbi de eo qui per febres fatigat diximus, iterum scribemus: vt initium & finem doloris à materiâ oborti flatus faciat. *Pronosticus.* Sed PROGNOSIS ante manum medicam consulenda, & quid spei vel difficultatis p̄f se ferat negotium priùs expendēdum. Omnis capitinis dolor qui extra diploēn, & tenuem meningen condit, facilius placatur; ita qui à causis externis, modò eadem vi occurrat. Hic dolor ab indigenâ causâ interdum contumacissimus est, adēt ut inuictus remediis nonnūquam perennet: nam tanta immoderatio cerebrum cepit, vt nec materiâ, nutritioni dicata, capiti allabens, edomari in nutricatum possit: vnde à perenni congestione nouæ materiæ, nouus surgit dolor: quare toto viæ curiculo quidam doloribus capitinis fatigantur. Recens tamen si fuerit dolor, facilius placatur: antiquus cæcos interdū reddidit homines. Et, si hereditatio iure annatus fuerit dolor, ægrè accidi poterit. Ita elucebit num dextra polliceri curatio possit, eaque facilis, aut difficilis, breui vel spaciofo tēpore. Si non longè à sanguineâ

naturâ abiit materia, sed vel sanguini si remixta fuerit, pertundatur vena: &, si corpus languineo succo rigari videatur, id etiam agendum: ne, dum valida remedia capiti imponuntur, eò materia, grauis morbi alioqui futura noua auctor, abripia tur. Sed si materia omnino à sanguine secessionem fecerit, superseedendum. Quamvis alioqui vel sola morbi vehementia illud magnum remedium exprimere nobis debeat. Sed tamen virtus & ætas ad sint. Propterea dicit Aretæus, seca, sed duobus diebus antè bibat vinum; ille ad vires collineat: & dicit, postea tribus aut quattuor diebus interiectis, liberalius alendi sunt. Sed quā copiâ ex hauiemus sanguinem: id indicabit sanguinis copia, vehementia doloris, & ægrotorum vires: quo enim h̄ec fuerint vberiora, veheuentiora, & firmiora, eò liberalius enocandus erit sanguis. Sin viribus prostrati tribus vbertas adsit sanguinis, & doloris immanitas, iterari bis vel ter poterit euacuatio: nam, inquit Are tæus, non magnoperè semel detra here expedit. Sin attritæ magnoperè vires fuerint, cucurbitis potius hoc negotium dabitur. At quæ vena tun denda? cephalica. Præclare h̄ic ad salutem & cerebri redintegrationem faciunt CAUTERIA, in pertinaci hoc dolore, qui ab hectica quadam capitis infirmitate fatigat aliud, nec aliis cedit remedii, frustra enim à pharmacis, cucurbitulis, topicis, &c. auxilium sperabile est; nam hectica iam intemperies h̄ec est. Et, inquit Holarius, constat quidem plurimos inde alleuatos fuisse in eiusmodi malis, epilepsia, mania, melancholia,

Indigna m̄ x̄ in
ipso nata opponit alismi can' ,
primis in agone laetitia

hemicrania, terebellis vel cydiscis, aperto capite, vel inusto. Coronali futuræ, magno successu, nostrum cauterium frequetissimè admotum fuit: nam perenni exhaustione materia evocatur. Maximè ita idiopathiâ afflito capiti vsui erunt cauteria, cum internus capitidis dolor in oculos repit, ac metus ad sit cœcitatris, & suffusionis. Suturam autem coronalem in caluâ cuiusque ostendit propria manus: si enim carpi fossulae, nasi apex imponatur, tum medius manus exorrectus digitus, suturam feriet coronalem. Hæc agenda expedita primùm alio à primâ fœditate. Si inquietus fuerit dolor, & acerbissimus adeò, ut vites eius immanitate fatiscant, ad eius soperationem veniendum, qua autem tecmarli illud agendum, mox dicam, ubi de dolore à bile. Alioqui causam mali debellabimus, nec curationis cursum ad doloris mitigationem solius flestemus. Curationem autem eandem instituemus, quam iam scribemus De dolore capitidis ex pituitosa substantia: eisdem enim erthis, masticatoriis, gargarismis ceder. Etenim cum idiopathiâ nascantur materia morbifica in capite, hæc plerumque ab intemperie frigida proficiuntur: nam pars in consimilem intemperiem facile abripitur: natura frigidum est cerebrum, & ventis expositum; hinc non bene interdum coquit. TOPICA itaque sunt leptomera, odore grata: talia sunt ambra, & muscus. Et oleum ex salvia exstallatum: primùm futuræ regio coronalis foueaturo decocto salvia, ex spongia: mox illinatur oleo salvia, cui indita fuere aliquot grana

TOPICA
ad flatus.

mosci, vel ambræ. Quin hoc oleum naribus & auribus infieratur, quo recreentur animales spiritus: & si qui concepti sint, vi frigoris, fatus dissipentur. Aër ad calorem abeat & ad splendorē. Cibi aromatibus condiantur, cinnamomo, pipere, zinzibere; frugalis sit cena. Vino decenter utatur. Leguminibus abstineat. Gallina & columbi laudantur, hyssopo & origano, rosmarino, maioranâ condiantur. Lac & caseus hîc capiti inimica. Pastinaca, inquit Aretæus, caput replet, & rapum, & sisarum: & ornaria bellaria capiti inimica. His modis curatur dolor à materia in cerebro nata: ex eius imbecillitate quæ fatus & suos crassos procreat, unde tendendo (cum euaporare nequeant) continuum lacerant. Interdum nascitur in capite dolor ab eius OBSTRUCTIONE, cum eius vi in cerebro retinetur materia; unde cum ichores & vapores non exhaustantur, continuum violent. Ita in ealectante interdum capite, ritur sanguis ex conceptus, auctore Galeno; cum florida inquit facies appetuerit; æger autem fuerit valde tristis, in cerebro videretur concepta valida affectio calida, quæ sanguinem adurit in atram bilem. Quod autem atra bilis gignatur ex sanguine visto, patet ex Hippocrate de aere, aquis, & locis, quo loco causam materialem atra bilis tantu agnoscit sanguinem crassum, bilem æroginosam, & vitellinam. Ex hac obstructione capitidis, plurima nascuntur redia, immo, si elabantur interdum ad subtilitas partes, omnia calamitate quadam fœdant. Ita videmus in vaccis, quod postquam iam adoleuerere cornua, densaque redita

Dolor ab
OBSTRU
CTO ca
pite.
2. Prerrb.
14-

dita fuerit calua, cùm minùs via sit
miasmatibus ac effluviis vaporum
capite conceptorum, congelatus in
succum humor, in dentes effusus eos
arrodit. Ita in hominibus: vel si præ-
cipitetur in pulmones, eos in tabem
exedit. Quin si ille ferocior iam suc-
cus ab obstruēto capite retineatur,
an non dolorificus erit? Variae autem
partes in capite obstrui poterunt:
interdum suturæ, venæ, vel arteriæ:
aut intestinæ cerebri partes. hinc in-
quit Arculanus, vermes circa stri-
cturam narium, prope carunculas
mammillares: vbi propterea oves
& capræ dicuntur vermes alere sem-
per, vt cerui in gutture. Scribit Razes
ex sententiâ Schate, dolorem capitum
euenire posse ex vermis: sed tunc
rosionem ibi sentit æger, & à motu
incrudescit dolor, & fœtorem quen-
dam sentit. Sternutatione, inquit, ex-
cutiatur, & succis instillatis naribus
enecentur. Scribit Abincenna, ver-
mes frequatiū enasci in anticâ ca-
pitum parte, super locum qui est in
stricturâ narium, & possibile est,
inquit, vt nascantur apud meninges,
licet hoc raro. Holarius tamen hoc
obseruavit, scorponem ibi obnatum
fuisse, qui à longis & vehementibus
doloribus mortem attulit. Vega,
Hispanus Doctor, ait, frequentes in
cerebro hos deprehendi, in naribus,
in dêribus. Benienius scribit quen-
dam acerbo capitum dolore esse de-
functum, propulso excusso que vi
efficaciore verme è nare, palmo lon-
giore. Et doctissimus medicus Ron-
sus, refert in suis Epistolis, se iuuen-
culam nouisse, quæ reiecto per na-
res verme millepedi non absimili,
à diurno capitum dolore restituta.

Vermes
in capite,
& quo
moda nos-
cantur, &
pellantur.
2. Contin.
20.

3. Cans-
nu, tract.
2. cap. 3.

1. prax.
cap. 1.

4. ad loc.
aff. Gal. 5

Historia.

fuerit. Experiētissimus medicus Bal-
thasar Contradinus, in utilissimo li-
bello quem edidit De febre miscel-
lana theriode, scribit, vermes inter-
dum confertim prærepisse ex cor-
poribus eorum qui febrie theriode
occupuissent. Quidam, inquit, crassi,
nec ita longi per aures erupere; qui
ex eluiue venenata in ventriculis
enasci potuere, cum acerbissimis
doloribus. fidem faciunt anatomici
nonnulli, qui inibi deprehensos te-
stantur. Quare cerebri vermem hanc
pestem vulgus vocabat. Certè cùm
ea lues Ultraiecti serperet, dum ibi
medicinam facerem, vidi quosdam
qui, inuitis à doloribus capitis, mete
exuebantur. Volcherus Couer in
appendice Observationum suarum
anatomicarum, refert, aliquot ver-
mes in hominibus lenticulis extin-
ctis inuentos fuisse: qui, inquit, num
in cerebri substantia, num in duræ
meningis sinibus latuerint, non sat
scio. Cùm itaque vi detinetur in ce-
rebro materia, auctor grauis malum
esse poterit. Retinetur autem, vel
quia obstruuntur, vel arctantur ca-
pitum partes. Fit autem obstruēto tibi-
bus modis, copiâ, materiae crassitie,
& facultatis infirmitate. **N O T A**
vi coercitæ materiæ ab infarctu erit,
quod non pedentim nec lentè, sed
repente inuadit: & si solemnia capi-
tum excrementa non efficiantur. Cu-
randi consilium dabit causa solntio-
nis continui, quæ debellatâ, doloris
causa, quæ est solutio vnionis, cessab-
it: nam ad dolorem, vt symptoma
curandum, non nisi vires nos abdu-
cent: quâ id arte fiat, dicemus ubi De
dolore capitum à bile. Cùm itaque
materia, vi intercepta, cerebro clau-
datur,

Signum
vires tenta
materici.

datur, infarctu expediri debet cœrebrum. Hoc non ægrè perfici poterit, modò non ita inhæsit ut vermiculari iam videatur, aut ab abscessu sit, qui in durtiem abit, quod plerumque, ut annotat Aculus, calamitosè ægris euenire solet: aut à cerebro labefactato. Si humor sanguini remixtus videatur, aut abundate, vena scindatur. Ea copiâ quam suadent copia sanguinæ materiæ, vehementia doloris, & vites. Alioqui succedaneæ sint cucurbitulæ. Poterit, habitâ ratione totius, frontis vena aperiri, vel nasi vena. Cauteria etiam inusta futuræ coronali, modò verus malum fuerit, iuvant. Maximè id agendum, dum suffusionis in metu versantur. Lenità primâ alio hæc agenda. Quæ sint quæ caput euacuant errhina &c. mox, vbi de pittuitosâ & biliosâ materiâ morbificâ agemus, indicabimus. Cum materia viis interclusis vi capite sistitur, id fieri obstrunctione, vnde solempnia excrementa supprimuntur: euacuatum itaque caput, foueaturo decocto majoranæ, stœchados, serpilli, chamæmelorum, meliloti, betonicæ, nicosianæ: & nicosianæ fumum naribus hauriat, cum frigidæ materiæ adeat suspicio. Si strictis poris ac viis vi retentus fuerit vapor, vnde materia mala, fundentibus stricta, & laxantibus densa vtemur: itaque madente spongiâ, ex suavi aquâ tepidâ, foueaturo caput: non acrioribus hæc fatiganda materia, maximè si illa copiosior fuerit, ne, acrior redditâ præcipitataque in pulmonem, vas erodat.

Cautio.

Cautio summa adsit in hoc capitinis dolore, ne unquam repercutientibus stringentibus vtrendum esse existi-

memus: nam geminaretur obstrucțio. Si materia irrepatur ex partibus infernis, eam reprimemus citra astrictionem. Turba hominum à cubili absit, sit & liberum à fumo: sit aër purus. Cibus sit conditus rebus pugnantibus cum materia morbifica. Declinante malo, vtatur vino oligophoro. Exercitia ineantur recto corpore, inquit Aretæus. Venus capitî bellum indixit. Hac tecmaris tractandus erit dolor, cum materia ab obstructo vel astricto capite surgit. Iam agendum de illo dolore capitî, qui ab effusa in id (quod frequentissimè fit) enascitur materia. Effundi autem hæc solet ex toto corporis habitu, aut ex aliquâ eius parte. A toto corpore in caput cursus suum incitata materia solet flectere per febres. Hæc autem materia in vitio est, dum lacerat continuum. Id autem facit, cum vitium agnoscit in substantiâ, copiâ, vel qualitate. In censem substantiæ venit eius forma, & materia. Quare utraqne labefactari ac extra naturæ suæ lineam trahi poterit. Interdum itaque euenit quod eius forma nota inuratur, ut in tali materia quæ omnino pepasmi expers, putidaque malignitate fœda est: quod fit cum afflatur veneno, aut lue venerâ, & cum implicitus æger iacet pestilenti febri. non sine metu verium, si Abincennæ fides, hæc materia caput incurrit. Qui si adsint, corrosium, ut iam diximus, dolorem parere solent. A formâ fœdarâ itaque cum morbifica hæc causa affigit, implacabilem dolorem praebet, effundet fœtoris excrements plena. Et febris putredinis erit index. Curationis tecmaris sit, ut accidatur putrida

Dicta

*DOLOR
à toto cor-
poris na-
tus, effusa
materiæ
in sepus.*

*Cum ma-
teria sub-
stantia à
forma con-
zamoru-
tur.*

Signa.

*Indicatio-
nes.*

putrida māteria: nam ita continui violatio amouebitur: & vt caueamus ne altius putredo serpat: quare prohibebimus, ne, qui reliqui succi sunt in contagionē trahantur à corpore æstu flagrante, aut fœditate contaminato, deinde vt hepar robur suum habeat; maximè si à lue vene-
reā fuerit malum. Sed interponenda Prognosis, cū: immanis dolor adesse huic causæ soleat, & ingenti malignitate causa cùm flagret, non extra periculum res est, maximè per febres continuas & malignas. Propterea reuerendus noster Senex ita in Coa-
cis: κεφαλής πόνος Καύσιος μέλ' ὀξεῖος πυρετός, καὶ αἷς τομέας οὐδὲ δυοκόλαρον. Sa-
vator, id est, capitis dolor prægrandis cū acutâ febre: vt intermissionis sit expers, cū febre primigenia, quæ statim initio comitem habet cephalgiam, cuius est potissimum sequi efficientis causæ naturam, hoc est, metastasis & orgasmum succi fœditate perfusi. Cum alio quopiam, inquit, sinistro signo, quale æruginosa bilis crebra & parca vomitio, ceruicis dolor, amblyopia, echo, delirium: vnde cita mors venit. Hoc modo primo Epidemian: sed & æruginosa vomunt, quorum nonnulli celerrimè moriuntur. Quem locum Galenus enarrans ita scripsit: æruginosa vomitio perustæ bilis fla-
ua irritamento fit, indequæ nonnulli eitò moriuntur, quod exaruerint partes, in quibus ipsa bilis phreniti-
fera latitat: vnde contingit ægros conueli, vnaque bilem æruginosam vomere, indeq. celerius medicorum opinione mori. Tam citæ mortis causæ est doloris acerbitas quæ facit corpus infirmum, quæque ad infir-

mitatem adiungit humorum corrup-
tionem, crebra malorum successio.
Sed tamen, vt annotauit diuino quo-
dā eruditionis numine astlatus no-
ster præceptor L. Duretus, in hac
symptomatū miseriā existunt non-
nulli qui validarum virium benefi-
cio, in biduum, triduum, aut etiam
quintiduum vitam producunt. Ta-
metsi Hippocrates refert, cùm æru-
ginosa vomuerint, septimum morbi
diem agentes mori. Si à morbo ve-
nereo antiquato inusta māteria &
membris nota fuerit, ægrè obtineri
poterit à naturā, ne noua succrescat.
Et si inde fracta fuerit ventriculi vis,
nulla erit curationis utilitas. Sin re-
cens fuerit malum, integro ventricu-
lo, scaturigo materiæ intercipi poten-
tit. Et facilius perennis nouæ māte-
riæ generatio impedietur, si aliis
morbis nullus consociatus fuerit: vt
si in diploë, à sinistro hydrargyri illi-
tu, scēda materia concepta minimè
fuerit. hæc de prænotione: iam ad
curationem pergo. In primis explo-
randum num aperiri vena debeat:
nam quæ dolorem mitigant, ante
pertusam venam inutilia sunt: &, vt
ait Aretæus, primū soluenda vena,
hinc purgandum. Si itaque morbi
hic succus fuerit mixtus sanguini,
aut non longè abierit à sanguine,
proderit laxatio vena: nam morbi
vehementia vehemens auxilium ef-
flagitat. Vires & æras adsint. Copiam
quam elicere oportet, aperiēt mate-
riæ sanguineæ copia, doloris vis, &
robur ægrotum. Sin vires titubent
aliquantulum, in vberitate sanguinis,
& doloris acerbitate, repetitis vici-
bus subducatur malo focus: nam,
suasore Aretæo, non magnoperè

Curatio.

Thleto-
tonia.

semel detrahere expedit. Sin attritæ vires fuerint, cucurbitulis euacuabimus. Aretæus non multò vltra heminam educit, circumfluo etiam sanguine. Media in brachio vena pertundatur; ea enim ad euacuationem totius, & reuulsionem à capite materiei facit. Toto corpore à sanguinis molesta copia expedito, si caput sanguineam materiā conceperit, & dolor posticam partem fatigarit, frontis aperiatur vena: sin anticam, cucurbitæ collo ac scapulis affigantur. Et in venereis doloribus, cauteria, modò vetus malum fuerit, vtilia: quo materiæ vitiū perēni exhaustione euocetur. cruribus ea inurimus ut strenuò reuellamus: brachiis, cùm subitâ & efficaci vi opus fuerit: capit, si iam ab idiopathiâ pedem figere cœpit malum: maximè si se in oculos expandit dolor internus, suffusio- nis ac cæcitatis metu. Locus com- modus est sutura coronalis. Hac, expeditâ primâ alio, transigenda. Dolor vt placandus, ratione conse- staneorum malorum, dicemus vbi de Dolore à bile oborto: nam vbi crassa & frigida est materia, alienissi- ma sunt quæ torporem inferunt ab auxilio: modò ne ægerà dolore peri- clitetur. Iam id solùm studebimus vt huius propositi causa absindatur. Ducatur primū alius, syrupo rosato, cassiâ, diacatholico, electatio lenitudo. Expedita à fœditate alio, præparetur materia morbifica exclusioni, remedii quæ capiti studerit, & vna cù materia pugnēt. Syrupi vtiles de ace- tositate citri, & eius cortice, & de sue- co acetosæ: cù'decocito acetosæ, beto- nicæ, scordei, cicorei, melissæ, endiu- mæ. Si à venereâ lue, decocto guaiaci

Postea purgabimus pilulis cochliis extracto ellebori, vbi febris abest, virtusq. quâ verò tecmarsi id propi- nari debeat, abudè mōstrauimus vbi devomitoris fortibus, libro secundo nostræ Methodi. Toto à fœditate ex- pedito, ad capitis euacuationem per- gendum. Præscribimus itaque ma- sticatoria, vt in os materia prole- tetur. In his CAVTIO adsit, vt grata sint suavi odore & sapore: nam illis res cum palato est: & recreent spiritus animales: quare malignitas ab his abſit, & iniqua purgandi potentia: ne appetitus violetur, aut malignitas œsophago aut laryngi imprimatur. Accipe staphylagria, pyrethri, zinzi- beris, cuiusque lcriptulos duos: ma- sticis drachnam, cera semunciam: fiant trochisci parui. Manè vnum dentibus diu terant, & expuant. Hoc agendum toto & capite euacuato: hoc est, si *xagnæcæiæ* iam deposituit caput. CAVTIO ea adsit, monente Abincenna, ne afflictis pulmonibus horū vſus inceatur. Et quamuis dum intactum integrum q. est cerebrum ore se etiaret, tamen natura & na-ribus vtiture eo afflito: sorbetur na-ribus succus herbae, & maioranæ, ana- gallidis, nicosianæ. Sed ab his metus sit, si lue venereâ tacta fuerit materia morbisca: nam hoc esset non reme- dium indere, sed potius nasalum ab- scindere, & oculis pericula intentare. Noui elegantem iuuenem, qui me- cum in Italâ habitans, naso exutus fuit, iniquâ quadam fœditate. Vi- traieeti dum medicinam facerem, oculis exutum vidi: absit itaque ma- teria venenata, dum erhinis indul- gemus. Purgato toto corpore & ca- pite, ad Topica, quæ foris imponun- tur, re-

Lentitio.

*Præpa-
ratus.*

*Purgan-
tia.*

*Causa in
masticato-
rū.*

*Apophle-
gmatis-
murus.*

Erhina.

Topica.

tur, remedia veniendum erit. Cùm itaque híc à toto corpore influat materia, ea reprimenda succis frigidis & crassis, remixta tamen leptomeria à potentibus, quò peruadant caput. oleo vt emur rosato, frigidore & stricto: in tenellulis oleo immaturo quod habet flores non maturos chamaemeli. In fortioribus rhodostagma nobile est medicamē. Cunctis remisce acetum, nisi vigilie fatigant: nam tunc malorum aranciorum aut citriorū utilis erit succus: hæc etiam spiritus recreant. vnguento rosato remisce succum limonum: nam hæret. Sed in horum vsu etiam ^{C A V} T I O N E S obseruabiles. Cùm in malignâ hac materia adsit febris plerumque, quæ à toto corpore eliquatam materiam in caput euehit, pendere debemus, num hic dolor sit criticus, nec ne. Si fuerit Criticus, nullo modo reprimendus: nam naturæ ductu iam iam hæmorrhagiam in procinctu esse denotat, quam si retruseris, morte ad seres. Animaduerteremus facile criticum esse, si in diem criticum, per febres, incurrit; & si pepasmi signa, per febres, præcesserint. Si tamen crisis per vomitum futura esset, liceret capiti remediarri. Si non criticus fuerit dolor, vi febrili obnatus erit. Quare tunc lustrabimus num hæc prava materia erigatur à febre biliosa, an pituitosa: si à biliosa, quia acris ac calida, repressione strictoria eam ab inuasione arcebimus: nam acrem dolorem inferre solet, vnde & noua attractio, hinc phrenitidis calamitas. Sin pituitam sui auctorem agnoscat febris, licebit reprimere, sed non astringentibus. Et tamen, cùm stringentia

cuncta bellum indixerint putredinibus & inde enatis febribus, partius his per febres vtendum erit. Præterea illud híc obseruabile; cùm catarthus dolori se consociat qui à qualitate quadam malignâ contaminatus fuerit, si, dico, vehemens haec inquinatio fuerit, temperadum à repulsione: ne materia fœda in pulmones præcipitetur. Si híc quid agendum, præscripta iam remedia non supereret vis. Placet nobis hapsus lanæ vel bombacis, oleo violaceo tepente imbutus: poterit addi lac muliebre, & fronti & temporibus admoueri: aut muccago psyllij iungatur violato. Itaque repellentium copia aucupari debet ex causa doloris, dolore ipso, & ei nexis, vt vigiliis, & delirij metu, & ex temperie capitii, eiusque situ & structurâ. Caput enim temperatum facilè fert incurtentia stringentia: frigidius, non ita: minimè calidius, quòd vigiliis exhauriatur: siccus aceti vim non fert copiosorem: humidum lenius id admittit. Structura si densior, aceti penetrabilem perfert vim. Situs si fuerit dolor in superficie capitii, ab aceto pax esto: initio, attamen iam evacuato corpore, his vtrendū. Quæ reliqua obseruari debeant, vbi de bilioso, dicemus: vbi etiam de horum vietu. Hactenus cùm substantiæ forma morbida fuerit, vt transiendū monstrauimus. Sed nonnunquam materia substantiæ crimen habet, intactâ eius à calamitate formâ: vt cùm materia fuerit crassior, viscidior, flatu turgida, vel nimis tenuis, quæ à toto corpore in caput effunditur: nam etiam tales continuum lacerando doloris auctores fiunt.

Cautiones.

r. ad
Glauc. 14Criticus
dolor.Non Cri-
ticus.*Cum ca-
tarthus**Cum ma-
teria con-
sistens
causa est
doloris.*

Crassā & viscosam medici Pituitam vocant, nimio humore madentem, ac frigore algentem, cui etiam fatus se consociare solent. Ita si tenuis calore ac squalore vrens fuerit materia doloris auctor, hæc bilis ab illis vocatur: aut bili remixtus succus; aut talis qui putredine in calorem, ac redinem ve saltam abripitur, qui abradit & violat natuam partium inunctionem. Nam siue hæc mera fuerit bilis, aut salfedine aspersus succus, aut sanguis bile perfusus, profecto laceratione ac stimulis caput acerbissimè affligit, ingentem ac contumacem capitis dolorem facit, temperamentū & complexionem multum & celeriter alterando, indeque continuitatem lacerando; idq. cum aliarum partium, tum maximè duræ meningis. Si febri circumuentus fuerit homo æstu flagrante, prudens medicus accuratè perpendere debet num effera doloris vis homini, vnde delirij metus, non querulo immineat. Dum enim febrili acerbitate iactantur, mens iltorum non benè habitat: quapropter nec dolores sentiunt, nec primos illorum incursus. Ut enim dolor sentiatur, oportet qualitatem rei dolorificæ impressam sensoriis instrumentis, communicari sensui communi, qui iudicat passiones in sensoriis: est enim dolor perceptio rei naturæ tristis. Notabimus dolorem iam iam in procinctu esse, ex causâ doloris praesente, & capit is imbecillitate, quod facilè doloribus percellatur. Si itaque notæ aliquæ apparent æstu tacti ac ebullientis sanguinis, in eo discrimine æger erit, notæ autem huius feruoris erunt *sæg. Sæg. quæ etiam

*A. biles.**Sigmas.**Infirmiæ
sæg. doloris.**Dolor.*** id est.
lora pet.
turbata.
a. apert.
70.*

appellat in Aphorismis *adænta ergy-
pive*, & in Coacis *reg. Ænata summa*, sunt autē huiusmodi vrinæ iumentorum similes. Nunquam enim talium vrinatum faeces residūt; quales in vxoribus Philini & Dromeadae. Denuntiant hæc vrinæ summam in vasis perturbationem à flatulento spiritu, & insigni ardore febrili: inde delirij & conuulsionis metus, vt in Polyphato. Cum infirmitate virium si hæc vrina fundatur, ad mortem apparere: cum virium robore ad diutinatem. Quare illico, si copiosior sanguis, emitatur: quod liberior à mole naturæ, humorum confusione ac perturbationem castiget. Et quia perturbatur in venis serum à flatulento spiritu & putredine, vel theriaca, si non æquè æstuet, sed malignitate terreat confusio, vel refregerantibus, & aperientibus, ac putredinem intercipientibus potibus remediandum erit. Detur itaque syrups de acreidine citreorum, cum aqua cichorei & cardui benedicti: vt, Accipe aquæ cichorei librâ, syrups de acreidine citreorum vncias tres: olei vitrioli, quod satis sit ad acorem iucundum: fiat iolapum. Et capiti oxyrrhodina admoueantur: vt ab inuasione fumus & succus arceantur. Si autem præsens fuerit à BILE signa præ-
dolor, infestæ erunt vigiliae, dolor fatus dolo-
mordax, & pungens, imò ulcerosam riu à
quandam ferociam præ se ferens, si
ferox illa fuerit, copiosa ac perua-
dens: maximè si adsit obstructio in
capite: maximèque si membranam
occupauerit: nam rodendo perforate illam videtur. Alioqui pruritus
inferet, si cutim inuaserit. His non
adest tensio. Excrementa dimanant
non,

*Remedias
faturi do-
loris capi-
tis perfe-
cti.**Signa præ-
doloru à
BILE.*

non vlla, aut si quæ, ea pallidâ quadam citrinitate tingentur: amara erunt. Parua hæc materia mole ingentem dolorem inferre potest. Oris adest nonnunquam amaror: ardet caput ac ingenti æstu vrit, inquit Razes, si tangatur: nec tamen, inquit, facies aut oculi villo rubore tinguuntur: nisi vi doloris attracto sanguine, rubore aliquo facies feriatur. coniecturam firmabunt ætas, diaetae ratio, complexio, & peculiaris natura, anni tempus. Absque tensione mordens & pungens hic est dolor: nam bilis non ea mole premit quā tendat, sed partium substantiam suâ leptomeriâ traiicit, ut elucet in erysipelate. nec adeò graue videtur caput, pulsus appareat velocior, peruenit dolor ad frontem & tempora, ob sanguinis tenuitatem, ex sententiâ Hippocratis tertio Prognosticô, decimo. Natura huius mali loquitur sua remedia: nā adest acerbus dolor, & cùm is symptomatis sit, eius socia accedit causa laceratio continui. Hinc itaque dicitur indicatio auferendi sensum, ne sensoria instrumenta causam percipient dolorificam: secundò, ut causa lacerationis continui amoueat, quā exactā cedet laceratio. Cùm acerrima sit bilis, si turget, illico excludatur: si benignior fuerit, primò paretur exclusioni, & eius actimonia tempetur, & equaliter madescat. Tandem euacuetur ea quæ capiti importata fuit: & tamen primum, quæ in caput cursum suum flectit, reprimatur: Sin iam iam, materia quæ præsto est & genita, impetum in caput factura est, reuellatur ad dissitas partes: & robur capiti adseratur, ne æquè ir-

ruentes succos accipiat. Sin bilis nondum genita fuerit, eius prouenit impediatur; si toto à corpore febre occupato, id, excussa febre, redintegretur, ac ad pristinam temperiem flectatur: si ab hepate profecta fuerit, id castigetur: ac robur mitenti & excipienti concilietur. Acerbum dolorem præbet bilis. Facile Prognosia. his doloribus tentantur qui debili sunt cerebro, ac sensili, & qui partes nutritioni dicatas languidas sortiti sunt: ita qui æstuante sunt nati hepate, ac cerebro sensili, frequenti dolore discruciantur. Si, inquit Hippocrates, prægrandis fuerit dolor cum acutâ febre, ita ut non sit fugax symptoma perturbationis criticæ, sed fixus firmiter, à nullâ sympathiâ enatus, sed symptomaticum qui agnoscat transitum, aut perennem progressum sanguinis bile perfusi, qui exitum non habens, laceratione & stimulis caput afflit: mortiferus, inquit Hippocrates, esse solet: imò citâ morte funestus, orgasmo humoris biliosi effusi in caput. Sin autem omni alio malo signo procul, dies viginti excesserit: hoc est, si ingens illa prauitas absuerit, quæ certnitur in rubris vrinis, iumentorum similibus, perturbatis in venis succis à flatulento spiritu cum ardore febrili, vnde conuulsifica nascitur vis, ut in Poliphanto Abderita, cui cùm in prægrandi cephalalgiâ & febre acutâ decimum diem agenti, sternutamentis medicatum fuisset, oborto ceruicis dolore acerrimo, fecit vrinas iumentorum similes, nec inde fuit apud se, creberque leuis contulsonibus interit. Huc accedit etiam ut nihil, sinistrâ curatione, in cōmoda corum

corum peccetur, uti sternutamentis, nec iure, nec loco præscriptis, peccatum est in Polyphantum, tamen morbi pernicie trahantur. Sed si ingens hæc prauitas à materiâ morbi-
ficâ abfuerit, ita vt prauum aliud signum secum non trahat cephalal-
gia, &c., ait Hippocrates, si dies viginti excederit: vt scilicet interim plenâ manu hæmorrhagia non eruperit, quæ dolorem sedauerit, morbumq. depulerit: neque doloris acerbitas hominem ad exitium præcipitarit, neque industria medici in gratiam redierit cū sanitate ante vigesimum diem: sanguinem detrahendo incisâ venâ basilicâ, ad febrem; cephalicâ, & rectâ frontis ad amotionem cau-
se coniunctæ, tum etiam novando, purgando, cum abstinentiâ vini. Sed si cephalalgia ad vigesimum diem usque excurrit non sine acerbissi-
mis dolotibus, quo tempore cadere incipit vis acerba dolorum, cùm placentur celeritas, vehementia, & assiduitas. Tunc, inquit Hippocrates, sanguinis profluuium denunciat: quod tamen prima periodo plerumque euenire solet, quamuis &, miti-
gatâ materiâ, à vigesimo die incidere poterit. Aut, inquit, suppuratum è naribus denunciat: modò hæmorrhagiâ profusus liberaliter non fue-
rit, aut per *Διαρροήν* exhaustus fue-
rit, quod reliquum est in suppura-
tum abit, mox in expuratum. Aut partium imatum abscessus denun-
ciat, inquit Hippocrates; qualem in Herophonte obseruauit, & in vir-
gine Abderitanâ, cui à surditate su-
perstes mansit pedum dolor, cetera perfectè conualuit, morboque de-
functa est, qui antè lethalis videba-

tur. At, ait, profluvia sanguinis qui-
dem, potissimum minoribus triginta
quinque annis, expectare oportet:
omnium enim excretionum laus est,
& potissimum hæmorrhagia, per
iuuentutem & pubertatem, cui ætati
patrocinatur naturæ vis, meatuum
libertas, & materiæ meabilitas, sine
quibus sinistrè excretio instituitur.
Maioribus autem, vt scribit Hippo-
crates, τὰς ἡμέρας περισσέχεται, id ^{Præ-}
^{17.} abscessus exspectare decet: cùm
nimisimum vigesimum diem morbus
excederit, existimo suppuratum intel-
ligi. Ac sanè, inquit Hippocrates,
profluvia omnino sperabilia sunt in
frontis & temporum dolore præ-
grandi. Igitur si sponte non venit
hæmorrhagia, primam curationem
habet quâ sanguis mittatur. Bilioſus
autem hic sanguis intolerabilē fron-
ti ac temporibus præbet dolorem,
quod earum partium crassissimæ
sunt venæ, ac cerebrum illic conse-
dit uberiori quā parte posticā. Quod
fit ut omnis acrioris cephalalgiae no-
tæ primum efflorescant in temporib-
& frōte: quoniam cephalalgicæ
causæ impetus non antè quietit,
quād ad extremas venarum oras
peruenerit: neandum feritas eius do-
matur, donec oscula venarum reclus-
erit, exitumque habuerit: modus
enim vacuationis est ex humoris
motu, naturæ impulsu, & partium
obtusarum conditione & situ. Sed
satis iam indulsimus Hippocraticis
prognosibus, ita edocti à doctissimo
præceptore olim nostro L. Dureto.
Iam ad CURATIONEM pergo. Acer-
bissimus hic dolor efflagitat miti-
gantia auxilia: at hæc dextrè ante
solutam venam in vsum vocari ne-
queunt:

Frons &
tempora
cur ista do-
leant.

Curatio.

queunt: nec purgationi, inquit Aretaeus, locus ante apertam venam, modò virtusque remedijs inciderit vsus. Primò itaque hic explorandum, num pertundenda vena. Quare videndum num biliosus hic succus sanguini sit perfusus, an potius ab hac degener, benignitate abicit. Si à sanguine sit haut alienus succus, pertundatur vena, suafore Abincenna: nam nec Razes phlebotomiae quidem meminit, nisi vbi sanguis auctor mali fuerit. Quamuis alioqui morbi vis ingens, validum auxilium euocet. Sed cæteræ indicationes de viribus iudicium ferant: nam vbi bilis crimen gerit, si à sanguinis benignitate cesserit, non sine infirmitatis metu persistū vites. ætas etiam hoc ferat. Sed quā copiā euacuabimus sanguinem? Id enunciabit materiæ sanguinæ vberitas, doloris vis, & ægri robur: quod enim amplior fuerit sanguinis copia, & dolor acerbior, & vires validiores sine infirmitatis metu, eò liberalius euocandus erit sanguis. Sin viribus fuerit æger prostrationibus, in vberitate sanguinis, & doloris immanitas presserit, tum bis vel ter iterabitur sectio venæ: nā, inquit Aretaeus, non magnoperè semel detrahere expedīt. Sin fractæ vehementer & attritæ vires fuerint, vt euénit in diurnis doloribus vehementibus, quos vigilæ & inedia comitari solent, quibus profectò nil æquè secundum in viuum debellationem, in his dico, pax sit à phlebotomia, quin potius, si quid agendum, cucurbitulæ succedaneæ illi veniant. Quænam vena pertundenda? Si hic totum corpus sanguinis plenum est, qui iam cur-

sum suum flebit in caput, media in cubito vena pertundatur, vt reuellatur & evacuetur ruens iam in caput sanguine perfusus biliosus succus. Sin verò nondum eò cursum suum instituit succus, sed si periculum adsit ne eò se vertat, tum, inquit Abincenna, si sententia fuerit non magnam copiam exaurire, basilicam venam pertundemus: nam hæc à capite longius recessit: Sed si libetraliore manu abducere sanguinem consilium sit, suafore Abincenna, venam remotissimam feriemus, vt in pede saphenam venam: nam ita reuulsioni & vberimæ euacuationi studebitus. Si iecur suam operam iunxerit ad hanc calamitatē, & eius & capitis ratione aperiri media vena in cubito dextro poterit: sin solius hepatis rationem habendam existimaueris, basilica rāgatur dextera. Si altera pars capitis doluerit, ex Cœlij Aurelianii sententiâ, ex eius contraria detractionem faciemus. Huic sententiæ subscriptibit Abenzoar ex vfu sui patris, in iectu capitis. Si restibilis biliosus succus, à vacuato toto corpore in capite hæserit, & si frontem occupauerit dolor, cucurbitulæ erūt vfu, parti posticæ admotæ. Sed ^{Cucurbitulæ} CAVTIO adsit, ne paralyxi opportunitas sit æger; quod raro, vbi bilis molestia esse pergit, vfu venit. Sin posticam innaserit capitis partem dolor, in anticâ parte admouetur cucurbita. Ita transigendum si extra cranium, hoc est, foris vergat dolor, subscriptente Abincenna. Sin intus dolor stabuletur, non utitur Abincennas cucurbitulis, sed potius, si in posticâ parte stabuletur dolor, secat venam illam rectam frontis: quod recte

rectè admonuit Aretæus cùm ait, à phlebotomiâ & pharmaciâ, cùm lauit ac vinum bibit, firmatis vitibus, frontis vena secesset. Hic etiam nasi venas pertundit, & ad heminae diuidium, quod ferè quattuor vñcias æquat, euocat. Sin sinciput occupauerit, quia vena nulla in posticis emicat, cucurbitulas his applicat. Interdum coëgit medicos, inuictus remediis cæteris dolor, ad arteriotomiam. Propterea scribit Razes, si inueteratum ac contumax fuerit malum, nec valentioribus auxiliis cedar, si, inquit, inde periculum fuerit, ne aqua in oculos lapsa, suffusione cæcitatem inferat, consultum fuerit arterias scindere, ac ligare: nam id intercipit fluxionem ad oculos, ac dolorem placat; maximè si in externis partibus materia concepta fuerit. Euenit acris hic dolor à sanguine bilioso, tenui, præferuido, ac vaporoso, qui ex temporum arteriis emissus, illum dolorem qui nullis remediis vinci potuit placat, siue ab internis, siue ab externis vasis malum extiterit; hinc enim semper materiæ morbiſſæ iunctæ morbo, sanguinis dieo & spirituum, sequitur euacuatio, ut doctissimè eruditissimus ille Pareius tradidit, in nunquam interitura illa Chirurgia. Id ego expertus sum, inquit, in permultis, sed præcipue in principe à Rupe Surionensi. Huic atroci hemicrania diuexato, D. Capellanus regius, & Castellanus Reginæ primarius medicus, denique Ludouicus Duretus medicinam faciebant, nec tamen phlebotomiâ, cucurbitulis, balneis, frictionibus, diæta, vñlōve remedij genere, seu assumpto, seu admoto, quicquam

*Arterio-
tomia
Id est Pau-
lus pro-
bat.*

Histeria.

opus adserebant. Vocatus ego dixi vnicam salutis spem restare, si ipsi arteria in temporibus phlebotomo diuidetur, qua parte dolor sœvit. Mihi enim verisimile fieri, doloris eius causam non venis, sed arteriis concludi: quo in casu nullum arteriotomiâ præclarius esse remedium veteribus proditum, cuius ego in me ipso, magno meo bono, periculum fecisse. Meum istud medici cùm probassent consilium, ad opus è vestigio me accingo, arteriamque in tempore dolente seligo, quæ & tumentor esset, & vehementius cæteris pulsaret. Hanc ego vnicâ incisione, quemadmodum in phlebotomiâ fieri solet, aperio, sanguinisque magno cum impetu & faltu prosiliens plusquam duo vasculaelicio: quieuit statim dolor, neque vñquam recruduit. Plurimis tamen suspecta est arteriotomia, quod prorumpentem inde sanguinem sistere, quodque cicatricē obducere sit operosum, propter arteriæ densitatem, duritatem, & pulsationis perniciatem: quædeniq. cicatrix obducta aneurismatis periculum inferat. Itaque satius esse putant, inquit Pareius, cutem primò diuidere, deinde à circumstantibus omnibus particulis diueltere, inde vtrinque arteriam vincere, denique diuidere. Sed, inquit, hæc opinio est hominum omnia tutamentum: ego enim multiplici experientia didici nō esse periculosam arteriæ, quæ scalpello fit, quemadmodum in phlebotomiâ fieri solet, apertiohem: consolidationem vero paulò venâ tardiorem esse, tandem tamen fieri. Sanguinis vero fluxum nullum vñquam superuenire, modò deligatio

Cauterias. diligatio aptè facta sit, hæreterque totū quatriduum, appositis vt decet plagulis. Sed insolēs hoc remedium iam est chirurgis: quare cùm hoc non licet, remedia hanc fluxionem intercipientia vtilia erunt. Accipe masticis drachmas tres, pulueris myrtillorum, & coralli rubri, cuiusq. semidrachmam: olei myrtini drachmas duas; succi plantaginis drachmas tres; ceræ quantum sufficit, vt fiat ceratum. addi poterit terebinthina. applicetur arteriis temporum; nam aditum intercludit succis eò tumentibus. Cauteria humeris, si subitò, vel cruribus, si efficaciùs reuellebdum, inurantur. vel saltē vesicule inurantur ceruici posticæ, sub duabus illis eminentiis occipitis: id fiat cātharidibus. Post nonum diem locus solidetur hoc vnguento: Accipe olei rosati vncias duas, cera vniciam semissim, liquatae ceræ affunde oleum: quin, tunc remotis ab igne immisce cerusæ pulueris dum crassescat: adiice tunc oīi albumen cùm iam refixit: & parum caphurae: opii grana v. omnem vredinē abigit. Hæ sectiones & vltiones fœlicius peragentur, si primū expedita fuerit à suā mole prima aliis. Quod optimè fiet rosato syrupo laxatino, si detue ad ternas vncias, cū decocto tamardinorum, vel endiuiae: vel cassia cum tamarinidis: vel cassia coquatur cum infuso rosatū laxatiuo, cum crassius puluerisato aniso. Sin intestina cōcep- perint biliosam fœditatē, fiat potiùs enema ex decocto maluæ, violarum, ptisanæ succo, & oleo violaceo, saccharo rubro, cum paucō sale. Vel accipe iuris pulli, vncias decem; olei violacei vncias tres, sacchari rubri

vncias duas: fiat enema. Et si materia orgasmo concita rapido impetu per corpus feratur, hīc non subsistendum in v̄su lenientium, sed valido cholagogico excludatur: ne ruat effera materia in partem principem aliquam, cuius partis officio vita carere nequit, & subitò extinguat. Orgasmus autem eam agi, aperient crebræ symptomatum mutationes, in variis efflorescentes partibus. Et cùm capitatis atrox hic dolor sit adeò nonnunquam vt de vitâ periclitentur ægri, pascketur tunc indicatio auferendi sensum: ne instrumenta sensoria amplius fatigentur à perpeſſione quā excruciantur à causa morbificā. Sed tamen magnâ cautione his remediis vtendum, cùm stupefiant sensum, nec causam dolorificam absindant; imò sā pè ad causam morbificam faciant, cùm etiam inimiciam exerceant cum partibus solidis. Nec tamen nimis animosè renemus horum vsum cùm vires doloribus & vigiliis proſternuntur, sed horum meta sit virium robur: vt placatis doloribus, robur recolligant ægri, vtque morbo fiant pates, & sufficere curationis spacio valeant. Alioqui, vrgente etiā dolore, quādiu virium robori fidimus, nee metus delirij à vigiliatum crebritate adfuerit, methodus tenenda, nee in ægri gratiam soli dolori malè valcandum. Sed labentibus viribus, ac delirij periculo à vigiliatum vñ in- cumbente, tantisper dolori occurremus, quò vites firmétur. Crudelis enim medici est ægrum doloribus conficiendum propinare: vt & adulatoriis medici est, ad quamvis leuisimam velitationem dolorum, stu-

*Remedias
ad dolorē
ipsum, &
impote-
mata illi
tuncta: &
orum sue
marjæ.*

Ludentias.

pefactoriis remediis voluptati ægrotum subſcribere: nam à molli medicinâ quæ conſenuiſſe videbantur, recrudescant: quare ſempet ne quid nimis: nam rectè Narcotica diéta ſunt hæc remedii, quod inde quaſi emortuæ parties titubent ac ſtupescant: attamen laſio melior morte, quare ſumma neceſſitas nos in horum uſum abripere ſuo iure poterit: ſumma autem ea habenda, cum perennitate vigiliatum deliriū in diſcri-
men abducitur æger, & inedia fatiſcit. Sciendum itaque qualis ſit narcoticorum ſubſtantia, qualitas, & quæ copia, quo tempore, & modo in uſum enocari debeat. Qualitas ſuam habet ſeriem; in primâ eft lactucæ ſuccus, ſecunda habet ſuccum foliorum nymphæt, & oleum eius flo-
rum, ſuccum ſolatti, radicem mandragoræ, capita & ſomina papaveris, folia eius, & eius liquor. hæc ſimpli-
cium ſeries: Accipe ſyrupi papaveris uinciam; ſumat cum decocto lactucae composita, mithridatiū recentis, theriaca noua, philonium Romanum, requies Nicolai. Sed compo-
ſitorum tuior eft uſus: nam ni fermentatum fuqrit prius opium, intus dati non debet. Quare philonium ſit ſex mensium: ſed quo vetuſius, eo imbellius: perennatamen in de-
cimum annū. Intus: Accipe philoniū Romani ſcriptulum, mithri-
datij ſemidrachmam: ſumat. vel accipe theriacæ recentis drachmann. Si recenti haberi nequeat, tunc magno ſuccuſu recentari à me ſolet ve-
tustior theriaca; hoc modo: In beo ut ſenilibræ illius addatur ſolatum opium, ita ut quæque drachma acci-
piat opij grana fere duo. Sed diu fer-

*Series
qualitatū
in Narcoti-
ca.*

*Copia nar-
at.*

et ſolatum

1

mentari ante eius uſum permitto. Prebeo drachmam cum ſyrupo ne-
nupharis, vel liquore aliquo decen-
ti. Foris: Accipe olei violacei, drach-
matares (in parvâ copiâ) aceti drach-
mam (ratione penetrationis) opij, croci, cuiusque grana tria: milce,
vnge tempora & frontem: ſed mi-
nimè futuram coronalem, hæc pera-
genda purgato corpoſe toto. Aliud:
olei roſati uinciam; opij grana octo;
croci grana iiiij; pêna vngatur. Aliud:
Accipe philoniū Romani drachmā;
olei charæmelini ſemunciam: ſiat
inuictio. hac ferè copiâ praefcribi
poterunt. lam videamus *quo modo* ut
in uſum duci debeat narcotica. In-
tus ſumuntur, vel foris admouentur.
A mitioribus auſpicandum; & pri-
mo foris, deinde intus eorum uſum
admittemus. Tentabimus primū
num embrocis hiceat id obtinere:
Accipiemus foliorum lactucæ, pa-
paveris, nymphæt, vel pampino-
rum, ſalicis, violatum, manipulos:
capita papaveris, radicum mandra-
goræ uincias duas: anethum: populi
folia: coquemus ex aquâ, cui inli-
quemus opij duas drachmas: repidè
manus cubitū uſque lauet: & ſpōgia
hac imbibita aquâ & expreſſa narib-
us admoueat. Vngantur itaque
primò oleo nenupharino, deinde
mandragoræ, poſtea papaveris, ul-
timò opio: quod optimè caſtigatur
caſtorio: quamuis Razes duo grana
caphoræ illi miſuerit, in oleo iaf-
mino, quod autibus & naribus mo-
dicè ſepens immittit. *Cavitio* adſit, *Caudio*,
ne opium ſaturæ coronali impona-
tur, plurimum enim illi ſubeft cere-
brum, ac facilis eò aditus: ſed po-
tiùs temporibus, naribus & fronti-
applican-

applicandum : ita Galenus, Abincennas, & Razes. Quamuis Razes etiam portiunculam auribus immittat. Noui qui in summa necessitate vigiliis vrgētibus vrebatur opij scriptulo, quod soluebat aquæ rosatae vnciis quattuor, & adiec̄to semiscriptulo croci admouebat. Sedatis doloribus ac euictis vigiliis, quò eluat̄ur ab opio inducta iniuria, vngatur locus oleo chamæclorum, caryophyllorum, nucis moscatæ, vel anethi, aut lauendulæ : sin intus opiatis vsus fuerit, conseruis calidis, vel cum mithridatio, vel theriacâ vrarut. Maximè somni tempore, cùm is non succedit ex naturæ lege, cumq. summa eius adeat necessitas, commodus horum vsus erit. atque ilico sedato dolore, & vigiliis abactis remoueantur. Et semper in opiatorū vsu illud teneamus, *usq; èr. d; j; ar.* Hactenus de symptomatis mitigatione : nunc venio ad remedia quæ præscribuntur aduersus dolorem, vt ille cum causæ morbificæ ablatione vnā amoueat̄ur. Expeditâ itaque primâ corporis regione ab aluiñā fœditate, materia hæc biliosa, modò effera non turget, ad exclusionem paretur : quid, sine vi, naturæ expellenti, & pharmaco trahenti cedat. Hoc dicere vollebat Razes, qm̄ inquit, initio purga, intelligit antequam ad Topica veniatur, non quod velit non esse præparandum. Existimo tamen ego, hanc materiam ferè semper turgere: & si præparatione aliquā opus sit, non tamen hic coctionē, vt in contumaci humore fieri solet, exspectandam esse. Galenus dolores oculorum se uno die curasse affirmat. Si itaque præparandum, id fiat succis aeli-

quoribus qui vnā & capiti student, & cum materiā biliosa pugnāt. Iolapum rosatum, & violatū, & harum serapia, syrups ex acreidine citriorum malorum, & aranciorum, granatorū acidorum, syrups de succo acetosæ, de agresta. Hi syrapi cùm odorati sint, in caput efferuntur. Cichoraceis etiam h̄ic locus est. Quodsi vigiliæ molestæ esse cœperint, potius utemur syrupo de nymphæ, de papuere, & lactucæ : quamuis alioqui non æquè præparationi & coctioni humoris studeant. Miscemus syrups ac diluimus decoctis, quæ sunt ex eisdem ex quibus serapia: vt ex acetosâ, cichoreo, endiuâ, floribus cichorei, seminibus frigidis, radicibus graminis, capillaribus, soncho, hepaticâ, lactucâ, portulacâ, nymphâ, floribus papaveris erratici, floribus violatum, boraginis. Remiscemus interdum aliquid aquæ rosatae, quod ad caput efferantur: maximè si æger eo recreetur sapore: nam novi qui abominantur rosas. Accipiat libra liquoris, vncias ferè tres serapiorum: vt Accipe aquæ endiuæ, quæ cimpyreum non olet, libram: syripi acetosi simplicis, vncias tres: aquæ rosatae, quantum sufficit, tenuem rosatum vt affundat saporem. Si acidâ velit æger, miscemus syrumpum citreorum, eum paucō aceto distillato, vel olei vitrioli guttis quibulsdam, vt inde letissime acescat. Nam aceto opitulântur optimè dum bilis virit: testis Hippocrates, ai οὐδὲ δέ τοι ἀξύντες πηροχόλαιοι. Cupido proīt̄ ταῦτα τοῖς μαργάριταις, ή όλευματαις, μετειχειαναντίοις, id est, quæ vis ab aceto in remediis micat, biliosis prodest; etenim amara-resoluuntur, &

Tempus.

Remedia
ad doloris,
qua est
bilis, cum
fam.Præpa-
ranta.

Acci vñ.

3. acci.

3. 8.

Acida bi-

lis fructu.

*Pregatia
eilem.*

pituitescunt, ita ut dilutiora reddantur, veluti ab aceto subacta & in maiorem molem fusa. & benignè monet reuerendus senex, utero dolorificum illud esse, & propterea bellum indixisse mulieribus. Materiam paratam abducemus cholophygis; ut, Accipe rhabarbari optimi scriptulos quattuor, aut sesquidrachmam: infundantur tota nocte decocto frumentum, vel aquæ endiuiaæ cum vino Rhenensi: colaturæ manè adde syrupo rosati solutiui cum rhabarbaro parati, vel syrapi de cichoreo, cum rhabarbaro, vncias duas: electarij lenitiui, vel diacatholici, drachmas tres: electatij (si acriorem vim velis), de succo rosarum drachmam vnam aut alteram: misce, fiat haustus. Si apozema velit, prescriptis preparatis iunge pruna x. vel vnciam tamarindorum: colaturæ adde syrapi violati laxatiui, vel rosati, vel de cichoreo cum rhabarbaro, vncias quatuor. Et ultimæ propinationi infundi poterit rhabarbarum, ad drachmas duas cum spicæ granis septem: sin strictiorem vim velis, myrobalanorum citrinarum semunciam: detur expressio. Si malis pilulas: Accipe pilularum aurearum semidrachmam, aut scriptulos duos: scammonie preparati grana tria vel quatuor: fiant pilulae quinque, quæ inaurari poterunt ditionibus: sumat in aurora & superdormiat. Aliæ quæ hemicranicis etiam auxiliantur: Accipe rhabarbari optimi sesquidrachmam; cinnamomi scriptulum; ziniberis semiscriptulum; pulueris corticum myrobalandrum citrinarum drachmam: infunde cuincta hæc succo rosarum pallidarum per noctem, & manè fiat leuis feruor, &

fortis expressio: cui adde rhabarbari electi sesquidrachmam, pulueris hieræ simplicis semidrachmam: fiat massa, addito syrupo rosato laxatiuo. Sumat interdum drachmam: si potentiores vim velis, adiice grana tria scammonij singulis drachmis. Caeu à myrrâ, & croco: quod dormiente loue in Ida, capite eius enatum ferunt: nam caput ferit. Si subsit pituita, qua raro caput caret, poterit eadem tunc arte agaricum infundi.

*Cavatio in
pilulis ce-
phalicis.*

Cavitio adsit in pilulis cephalicis, ne remisceatur crocus vel myrra: nam caput plenoricis causis implèt. Nec dentur à cæna ilicozimo potius à nouem vel octo horis: mitigato iam cibo: turget enim mediæ nocte confessio iam chylo ventriculus, & pylorus aperitur, secumque abripit datas pilulas. & ingestis pilulis dormiat sesquihoram: hoc enim bonis eorum rebus fiet. Tenellulis manna sit sacra: & si calor adsit, cum decocto tamarindorum ex iuscule pulli, vel myrobalani ita etiam diluuntur. Ita Razes pargabat sanguinem, hoc est, ichorem sanguinis biliosiorem. Sed dum vehementiore flagrat à dolore caput, cuncti humores quia anarrhopi, non facilè à pharmaci catarrhopi fiunt: quare vi aliquâ vividiore opus est, ut purgatio votis respondeat. Euacuat toto corpore, tandem caput erit inaniendum ab ea materiâ, quæ à toto corpore illi incubuit. hoc suauibus rebus (cum caput sit quod laborat) quantum fieri poterit peragendum: & bilis sequax tenuisque ac calida est, unde etiam incaluit caput, & acrimonia sua stimulat excretricem. Ab incendas tamen uitiat syrupo rosato laxatiuo,

xatuo cum scammonio : & cùm iuncta fuerit pituita iungit turbith, & inuicto succo adiicit colocynthidem. Sed aguntne peculiari vi foris admota pharmaca? Certè ; quo modo? ita vt electrum festucas trahit, inquit Abincennas libro De vi-ribus cordis, capite de Hyacintho. & quo modo erigitur id in energian? prope adductum si frictione incan- ducrit æstu : nam vis succini ad pa- leam vsque effundi debet, diductis tenuibus inde partibus. & hīc vici- nis partibus accumbit remedium, nec adeò, vt dum in ventriculo est, abiit à trahendo succo. Sed cùm hæc peculiari vi trahentia ingrata sint, ad eorum usum nos sola abducet ne- cessitas grauis. Hoc peragetur erhi- nis, apophlegmatismis, gargarismis. Atque in horum usu persuerabim- mus dum caput purum ac expeditū à materiâ morbificâ fuerit: quod notabimus inde; si primū graue cùm esset caput, iam id pondus de- posuisse videatur, & si nihil à medi- camēto amplius materiæ emanarit.

Tempus.

*Cantio in
capitu pe-
nulari
purgatio-
ne.*

**ori odo-
sis gra-
tia con-
siliat.*

Sed CAVTIO adsit, ne masticatoriis vtamur vbi metus adest ne à deci- duâ materiâ pulmones violentur, vt si ferox fuerit bilis, atque admodum tenuis: nam si crassa illa fuerit, vtiliter masticationes præscribentur: ita scammonio vtitur Abincennas; & si iuncta fuerit pituita, addit turbith. Nec sint fluxionibus expositi pul- mones: ne phthisis adferatur cala- mitas. Alioqui vt licebit apophle- gmatismis, gargarismis, & inunctio- nibus. Itaque solam masticem ma- sticet: nam, vt scribit Dioscorides,

**sōματος ἢ δέωδιν ποτῆς διαπαστημένη
quidam ficus & ceram iungunt ma-*

stici: poterit iungi sinapi, vel scam- monium, vbi summa necessitas. Gargarismi fiant ex sicubus & ori- gano. Palatum illini poterit sinapi. Errhina fiant ex succo betæ: & oleo violaceo; vnguento rosato inuncto. Expedito iam toto corpore à mate- *Tepies in
riæ biliosæ
materiâ
influenta.* rie biliosæ copia, ad remedia Topica veniemus. Quia autem hæc materia à toto corpore vel aliunde conflu- bat, opus fuit repressione, succis fri- gidis ac crassis: nam crassum frigi- dum potentissimè reprimit, vt te- nue calidum validissimè calfacit. Sed monuit Galenus, vt lepiomeria peruidentia his committamus. vt oleum rosatum, omphacinum re- cens, cum pauco aceto, in teneilulis chamælinum, ex oleo & flori- bus immaturis, & violaceum. Du- riortibus psyllij muccago, aqua rosa- ta, solatri, plantaginis, equiseti, fo- lium braslicæ; pastilli ex floribus rosarum, aspersi rhodostagmate, vn- guentum rosatum mite & eupori- ston est: vnguentum alabastrinum, rhodostagma cum succo mororum nondum maturorum. Quin cunctis his quid aceti aspergendum, vt eo auxiliante peruadant. Sed id vigilias prouocat: quare dum hæc fatigant, succedaneum habeat acetosæ suc- cum, vel mororum, aut limonum, vel aranciorum. matura sint poma, quò se penitus traducant succi, ac gratissimo odore spiritus recreent. Sed non satis est remedia compa- rasse, verū in usum traduxisse com- modè, summæ artis est: hoc est, vt decenti copiâ, modo, tempore, & parti aptè adserantur. Miscebimus itaq. oleum omphacinum rosatum, cum rhodostagmate, & cum pauco aceto,

*Caeciones
in repre-
fubilosi
fluxus.*

*In febre
ut agen-
dum.*

Cop. a.

Sitw.

aceto, vel eius loco succo quinquefolij. **CARTIO:** Si adfuerit obstruētio, absit adstrictiorum v̄sus, ne illa increscat: sed citra adstrictionem reprimatur influens materia. Nec in critico fluxu, hæmorrhagiæ prænun-
cio, reprimēdum. Nec æquè (etiam si non criticus foret) per febres strin-
gendum: exardeſcit enim illa à vi obstruente. Et plerumque dum à toto influit materia, febris causam comitatur doloris: quare doctissimus Delphorū archiatros D. Petrus For-
restus Observazione decimā quintā, libri septimi Observationum de fe-
bribus, Aquā, inquit, rosaceā cum oleo rosato, vel papauerino fouetur caput frigido. Hispani, inquit, milites pauperes, qui in nosocomio febri impliciti iacebāt, dolore capitis affli-
cti, lineamentum aquā frigidā & aceto tinctum fronti imponebant. Et si catarrhus acri accesserit, his minimè tuò tremur: metu ne feriat calamitate pulmones, vnde phthoë. Sin mitior nec adeò copiosa fuerit materia, etiam hac destillante licebit reprimere, non tamen stringentibus. Parcissimè aceto hic tremur, vbi à bile profectum malū, maximè cùm acetum acrius est: validè enim siccat. Et quò acerbior fuerit dolor, cò parciūs aceto indulgebimus: tendit enim, & acrimoniā fatigat. Et in contumacibus vigiliis inutile omnino erit acetum: & vigiliis exhaustum caput calidius, copiosum reprimen-
tium v̄sum nō leniter fert: nec squa-
lidū ab atiditate caput copioso acetū v̄su gaudet: nam his est rarioris id texturae, vnde nec vehiculo acri eget. Observabile etiam in quā parte sta-
buletur doloris causa: nam si affli-

gatur peripheria capitis, ab aceto ca-
uendū, nam pericranium peradit. Admouebimus, dum cius v̄sus inci-
dit, id temporibus maximè & frōti, p̄fertim si opiatā fuerit vi perfu-
sum. Accipe seminis althææ, maluæ, cuiusque drachmas duas: conquaſ-
sentur in aceto, & linteo aquæ rosatæ intinēto excipiantur: eo modo &
semen cidoniorum, psyllij. vel, aquæ
rosarum, lactucæ, solatri, cuiusque vñciam: seminis psyllij ſequidrach-
mam: cùm crassescit coletur, &
adde acetum cum quinque granis
caphoræ. vel vnguentum rosatum
cum aceto. Razes oleum violarum,
aut cucurbitæ, aut nymphææ, aut
florum salicum infundit. Accipe olei
rosati, aquæ rosatæ, cuiusque vñ-
cias duas cum semisse, aceti ſemun-
ciam. vel quariantur duo albumina
ouorum, cum duabus vñciis rosacei,
& ſemidrachmā aceti: illud linimentum
temporibus imponatur. Deli-
catulis hoc modo consulatur: Accipe
florum violatum, nymphææ, roſa-
rum, cuiusque ſemunciam: ſantalorum
omnium drachmam, ſeminis
papaueris drachmas binas, florum
chamæmel. vñciam: fiat puluis, ir-
toretur aquā rosatâ, & paneo aceto,
duabus ſindonibus excepta, fronte
admoueantur. Si vigiliæ doloribus
nectantur, Accipe farinam hordei
cūn oleo violato, vel rosato: fiat ſple-
nium: addimus interdum farinam
ſeminis papaueris, cùm aquā rosatâ
& succo aranciorum. vel, Accipe olei
rosati omphacini vñcias binas, aquæ
rosatæ fusciam; olei violacei, ſucci
lactucæ, pampinorū, vel nymphææ,
aut acerosæ, cuiusque ſemunciam;
acetositatis citri vñciam: iſtud repri-
mit,

mit, ac somnum promouet, cum acetum absit. Hæc linamento excepta, ac expressa capiti imponantur. Actu frigida hic in usum remedia ista ducantur: nam feruet bilis, & ab ea caput: maximè aëre æstu fero- ciente. Si molliculo dentur æstro, tepeſcant: maximè aëre frigidore. febris si iam vigoris suum tempus attigerit, nec hæmorrhagia natum sperabilis sit, actu frigidis eius ab æstu dolorem temperabimus: ve- rūm eā cadente ac inclinante tepidis actu utemur, etiamsi à bile malum enatum sit. Nec tamen illico, sed acci- sâ materiæ copiâ, ad hæc pergen- dūm erit: dum enim turget succo- rum fœdorum copiâ corpus, non aequo euentu incursum reprimen- tum ferre potest. Postea caput late- tur aquâ calidâ, in quâ flores cha- mæmeli, meliloti, summitates ane- thi, & folia betonicæ cum violis & rosâ coixerint: nam ita temperiei fieri redintegratio, vel ex lixiuio coque rosas, betonicam, & agaricum: sed primum masticem masticet per dîes tres. Et sœpè vnguento rosato frons ac tempora perstringatur: hoc enim vna digerit, ut etiam alabastrum. Roborantia, quæque redintegrate partis genium solent, ubi de intem- perie flectenda calidâ egimus, trans- segimus, ut conserua acetosæ, roſa- rum, nymphæ, violarum, cichorei, buglossi, myrobalani conditæ, cum diarrhodone abbatis, cum syrupo nymphæ. sumat semunciam manæ: & thetiaca noua. frictio capitis ma- tutina, cucupha ex coriandro, & ro- sis, & panicis cariophyllis. Hominum in cubili turba, his ægris grauis est. absit fumus; aer sit frigidior: redoleat

caphuram, salices, violas, aquam ro- fatam, nymphæ, pampinos, gra- men, poscam, olfaciat rotatâ aquam cum paucâ caphurâ. lauet pedes & manus decocto foliorû salicis, nymphæ, vitis alber. Cibi condiantur emulsione seminû melonû, acetosâ, aceto, lactucâ, cucurbitâ, endiuâ, arâciorum & citriorum succo. Ptisana vtilis, & poma cocta, pruna, gallinæ, suum extremitates & viñlorû, tum horum caro, pisces saxatiles. lac aci- dum: quod Razes etiam causo de- tentis commendat. cucurbita cocta, inediâ vitet omnino. A cibo pyrum vel malum sumat, vel diacydonium. Potus sit tenuis cereuisia, vel aqua in quâ cocta sunt melonum semina, vel succus aranciorum, vel simpliciter aqua cocta cum saccharo: licet ad acorem acetum addere. Si validâ sitis, sero lactis acidii incoque aceto- sam, aqua hordei, quæ tamen anti- quis in usu non fuit. iulepo rosato, vel violato. vtatur diebus 30. cotidie librâ seri lactis, cum vniuersis quattuor succi cichorei. & tunc ventriculi re- gionem inungat oleo macis & cary- ophyllorum. Declinante malo, vino oligophoro vtatur: coquit enim & ferociam bilis domat. Venus capiti inimica, & focum Palladis odit hæc meretricula: caueant sibi ab hac ~~196~~ 240. Somnum initurus haustum frigidæ sumat. Talem diligentiam ac industriam curandi petit biliosa, cum caput perfudit materia. Si verò à PLETHORA hæc querela fuerit, cum ea cōtinuum lacerando ingenti tensione caput fatigat, sanguine ana- drome à toto corpore, vel eius genio hepate, incumbente confertim: iam tunc caput tendi ac comprimi cum grauitate.

Tempus.

Dieto.

Dolor à
Plastera.

grauitate & rubore videtur. & non dum phlegmonem, sed phlegmonodem affectum concitat; impletis venulis cunctis, ac tensis, ynde ephemera, abrepto à calore in consensu corde. Non tamen in spacia effusus est sanguis extra vasa, id est, nondum phlegmone vrit, nam putrescente tunc languine, nascitur putrida febris, vt in phrenitide cum putrido vapore afflat cor. Quid si acrior fuerit sanguis, ab acri tensione, vt sic dicam, phlegmonodes dolor, & quasi lassitudo incumbit. Toto corpore notæ effundunt se luxuriantis sanguinis. Modò in vigiliis, modo in somnis præcipites ruunt, vi caloris ac madoris. Oculi rubent, venæ frontis turgent: frons doler, mitis tactui se offert calor, his iunge notas ex rebus naturalibus, & non naturalibus. & vide num solemnis euacuatio suppressa. vrina his rubet & crassâ est. Tantus interdum dolor ut oculos loco mouere videatur. Interdum tenuia puerorum ossa incurrens, inquit Abincena, suturas laxat. Narrat D. Ioubertus se vidisse in fronte puellæ, quâ latus alterum turgescat ex longâ infantiae cephalalgiâ. Maior hîc grauitas, quâ à bile, rubor, pulsus: plenior diæta in ocio, quia sanguinis copia hîc continuum lacerat, vnde dolor, cuius laxamentum erit sanguinis effusio, ac eius æstus temperamentum. Qui itaque capiti iam importatus fuit, erit euacuandus: si autem nondum influxit, sed in ea agitacione iam si voluat, hic vel iam influit; qui repressione arceri debet: veliam fluxurus est, ac cursum suum in caput flexurus: qui bifaria se facie offert, vel

*Indicatio
nes cura-
tiones.*

enim is iam genitus est, & hunc resuulso debetur, vt ad longè inde possitas partes abeat; & vt vna firmetur caput, ne adeò se fluxibus incumbéibus offerat. qui autem nondum natus est, prohibeatur ne gignatur. Gignitur enim vel hepatis potissimum arbitrio. Facilè ab hac cedit dolor causâ: nam facilis euacuationi via est. & facilius si tenuem meningen non ita inuaserit. Ni euacuetur, metus erit phrenitidis, aphoniaz, anginæ. Tensione itaque educto sanguine tollatur: nam vna venarum infartus, & pororum densatio abolebitur; vnde flatus & vapores expirabunt. Vena quâ primùm soluatur; *Phlebo-*
toma. id enim materiae copia flagitat, ne se effundat in periculum, vt in apoplexiā paruam, quæ sit cum spiritus vitales aditu ad cerebrum prohibentur, carotidibus arteriis ac venis iugularibus sanguinis copiâ obfessis: ut euenit his qui collum crassum ac breue habent sanguineque circumfluum: aphoniam vocat Hippocrates hanc afflictionem, alij catalepsin. Itaque futuri euam magni morbi metus ad venæ pertusionē nos horabitur. Respondeant tamen his conatibus ægri robur, & ætas. Quæ si patrocinentur, plenâ manu educendus erit sanguis: maximè si vehementer dolor yrat. Quo enim fuerit vberior sanguinis copia, dolor vehementior, & robustus firmius, eò liberalius erit sanguis euocandus. Et, vt ait Arabs, Venosum securè phlebotoma, id est, qui latas, tumidas, tensasque venas habet. Sed quamnam venam seriemus? Quoniam hîc totum irriguo sanguine circumfluit, num tamen æquæ caput rigarit notabimus:

notabimus: nam si ibi etiam focum suum habuerit, cephalicam illico pertundemus; quò citissimè is à capite reuellatur: ita transagit Razes dum caput sanguine turgeret. Causa enim vena mox dum à pectore in collum affluit, in humerariam, & iugulares binas scinditur. nempe in iugularem internam (quæ minor est externa, & nutritum adfert intimis capitib; partibus:) & alteram externam, quæ maior est internâ; hæc nutrit quæ foris sunt capitib; partes. & conspicuò iungit se humeraria cum iugularibus: nam dum iugularis se iam claviculâ altius erigit, demittit à se ramum in humerariam. Ego tamen solebam maximè turgentem secare venam. Quare maxima cephalicæ venæ cognatio est cum iugularibus venis & partibus his quæ à iugularibus rigantur. Sin toto corpore abunde sparsus fuerit sanguis, qui tamen nondum caput inuasit, sed si iam eò se flexerit, ac id incurrore incipiat, secabimus medium venam: nam hæc & evacuat & vna reuelliit. Sin vero nondum se voluat ad caput sanguis is qui luxuriat reliquo corpore, tunc, auctore Abincenna, si consilium fuerit non plena manu eum abducere, axillarem internam aperiemus: nam hæc recessit longius à capite: verùm si mens fuérit plena manu exhaustire sanguinem, malleoli vel pedis venam, consultore Abincenna, soluemus: cùm enim longissimè à fonte doloris absit, potentissimè reuulsioni studebit eius apertio. Sin ab hepate mali huius calamitatem manare existimaueris, basilica tundatur: sin & à capite & hepate protectare velis sanguinem,

media vena utiliter, quod iam dictum est, scindetur: nam vt prius monui, cephalica vena, à capite maximè elicit. Si sinistra pars capitib; porosissimum in querela fuerit, sinistri brachij vena tundatur: maximè si licet etiam in vitio esse suspicio fuerit: quamuis nullæ id studeat prior vena; attamen usus docuit, misrum in modum id prodesse. Si æquæ sinistra & dextra doloribus inuoluntur, dextri brachij vena feriatur: Si oborta querela fuerit à soleanni nentium aut hemorrhoidarū enucleatione suppressa, in pede saphena, quasi ibi ~~æquæ~~ dicta, vena scindatur. Ad libras tres eduxit Galenus, & nos interduci feliciter, luxuriantem sanguinem. Educant saltē ad libram. Si renuunt vires, repetitis eodem die, vel postridie, vicibus, id peragatur: vel cucurbitæ lumbis, mox dorso, omoplatis, ceruici, brachiis admotæ phlebotomiæ loco sint. Toto corpore à sanguinis copiâ liberali, qui adhuc capiti insedit sanguis evanquandus erit. Si extra cranium confederit is, cucurbitulæ usui erunt: si frons doluerit, postice adhibe eas parti: si postica doluerit, anticæ. si intus abicit sanguis, occipite dolore, frontis venam aperiemus: sin simplici, cucurbitam postice parti insigemus. Aretæus etiæ nisi recludit Reliquæ
remedia. venas. Quæ autem medicinæ dolori & iunctis symptomatis dicatae sunt, vbirde Bile egimus explicata à nobis sunt. Quæ ad causæ dolorificæ curationem pergo. In primis respondeat alius, usu eorundem lenitetuum, quæ, ubi bilis in vitio erat, prodidimus. Et eisdem preparetur sanguinis restuantis ichor, quo is eisdem

purgantibus, quibus exclusimus billem, evacuetur: nam flagrat dum ab astu sanguis, ichor eius calidior bilescit. vt accipe ihabarbari sesquidrachmam vel binas; infunde aquæ etiuitæ, &c. colatura adde electarij de siccis rosatum, drachmas tres, syrapi violati semunciam: fiat hau-
stus. & superdormiat semihoram: sed dum euacuat, vigil sit. Pilule aureæ & aggregatinæ capiti sunt di-
catæ. Et si quicq; ichoris biliosi perfa-
derit caput; eisdem etiam apophle-
gmatismis, elthiniisque eximatur; ac
cautionibus præscriptis transigatur.
Et euacuato toto iam corpore, à ca-
pite tetrudatur incumbens sangois;
id fiat remediis frigidis & crassis.
Quanā illa sint, modò diximus, vñia
de Bile. vt siccus vñus immatura,
semiperdiq; polygoni, cnditius. Sed
non sit criticus hic dolor, vt diximus
de Bile: vbi etiam admonovimus in
oculis esse debere; alia caput serien-
ia symptomata. & usum in qualita-
te, copiâ, vñendi modo & tempore
docimus. Accipe olei rosati om-
phacini vncias duas; aquæ rosatæ
vnciam; aceti fuscunciam: misce, ac
versentur, teranturque diu in plum-
bed mortario (nam hac arte oleum
cateris cōsociabile euadit) fiat oxy-
rhodinon: quod egelidum admo-
neatur fronti, temporib; & sincipi-
ti: nisi tamen tenellulus fuerit
ager: nam tunc præstiterit tepidis
vti. vel accipe rosati partes tics, aceti
vnam. Et inclinatio quasique euicto
malo, semper topidorum ineatur
vñus. Dium brachium augentur ac inten-
ditur, tam diu insuit materia: dum
verò eodem filo ducitur dolor por-
phyræ horas, tunc restitit fluxio, & in-
-
Oxyrh.
duo in
sanguina
materia

vigore est morbus: tunc mitigantia
misce repellentibus, vt mucilagine. Ut, accipe seminis lini, althææ, fœni-
græci, florū chamæm, meliloti, cuius-
que pungillū soue eo caput. Tandem
pulmones onis, vel gallinæ, &c. capitū
imponimus. & tunc mirescente malo,
chamæmelino, & cū serpillo rādem.
hosū vtus sit euacuato iam toto. Vi-
ctus respondeat remediis: & biliosis
iam cum præscripsimus. vi puls hor-
deacea, pisces, portulaca, acetosa, cu-
curbita, spinacia, succus aranciorū,
limonum, pomæ, pyra, absint oleosa,
vt amygdalæ, pinei, auellanæ, aro-
mata. Potus sit ex aquæ librâ, coctæ
vñcie tres sicchari. PTVITA si do-
loris auctor fuerit, quod sapè cue-
nitre poterit, dum flatibus distenta
illa tendit violatq; continuum: vel
actimoniæ & salfedine abradit, &
iuncta lacerat. Hæc, vi primū mo-
nui, vel in cerebro nascitur (quod
plerumque fit) ex fractâ eius & co-
nomiâ, quæ flatus crassasque progi-
gnit materias, quæ cùm exiū pro-
hibeantur, nec tenues in auras ena-
porare queant, flatibus tensæ partes
doloribus innoluuntur. vel inter-
dum aliunde irrepit hæc materia, ve
à toto per febres, à paro, vt ventri-
culo, vñero, iecore, pectore, intesti-
nis. Idic capitis aderit gravitas, nisi *Signa-*
tamen admodum flatulenta illa ma-
teria fuerit: dolor enim sine gravi-
tate & pulsatione fit: à flatus crudii
& frigidi copiâ: tunc enim non sine
tensione leue videbitur caput. Si an-
tein à merâ pinnæ doluerit (dom-
modo salsa non fuerit) in somnum
revertit, dolor mole quadam gravi-
tarius, non tamen granis, sed obtusus,
aurium, tinnitus, sopores, & potius
posticam

posticam partem occupabit, facie tumidâ pallebit; excrementa ore & naso vberrima manabunt, viseida, insipida, vel acida: his adde temperiem ægri & victum. In longum dolor excurrere solet tempus, & hysme maximè percellit. Si salsa illa fuerit pituita, vigiliae nascuntur, & cuncta symptomata acrioris infert succi. Si materia capite nata fuerit, illud indicabunt signa intemperati capitum: nam idiopathia affligetur cerebrum, quod vel flatus facillimè gignet. Si vi obstructionis materia capiti inclusa fuerit, id consertim ac ~~et rōws~~, incumbens dolor indicabit; & si solemnis excretio capitum fistatur. Sin aliunde irrepat materia, à toto aderit febris, vel hepatis in querela erit: aut à venereo morbo assurget. & reliquæ partes, si aliunde effundatur, suas notas proferent ac suum testabuntur vitium, vt mox dicemus. Ut itaque hæc breviter dicam; notitiam huius succi præbent causa efficientes, effecta, pars affecta, & similitudo. Causæ efficientes, vt quæ à foris & intus luxuriare faciunt pituitam: effecta, vt si frigus sentiatur in capite, hebescant sensus & motus, rigetur pituita os, somni profundi, &c. Adde inuanitia, & ledentia. Pars affecta: nam ex Hippocrate tertio Prognosticon, decimo, cùm ad tempora & frontem dolor peruenit, sit hemorrhagia sœpè: nam inde significatio fit materiæ subtilioris & calidioris, quæ ad extremas venarum oras pertinet. Sed, vt hie, pituitosior & crassior, in venarum capitis radicibus, & veluti venarum vestibulo, quod chirurgi passim vocant torcular ven-

rum, ferè consistit. & his occiput dolet, quem dolorem tollunt pilulae cochiaæ. & huiusmodi in morbis acutis, iudicantur per abscessum, & per dysenteriam. Per abscessum; nam suppuratum, per aures & nares mandando, remissionem adfert cephalalgiae, 6. Aphor. 10. Hic notiones curatiæ, ex rei naturâ ductæ, secoferunt, vt euacuetur ille succus. Si à sanguine abiit, vt purgetur: sed quia etassior, viscidior, & lenitor, medicamini trahenti, nec nature expellenti cederet, primo erit tentanda, incidenda, & abstergenda. Deinde vi cerebri & economia, ab infarctu liberata, restituatur. Sed si influit materia, reprimatur: si, quæ iam genita est materia, mox incurvata fuerit, reuellatur, & robur capiti inferatur, ne tam facile sese aperiatur materia incurrenti. Sin materia necdum genita fuerit, eius ortus impediatur: nam ægrius ille hostis eiicitur, quam admittitur: propterea partes unde erigit se roborentur. Plurimo negotio mulcetur diuturnus hic dolor à pituitâ obortus: nam ad temperiei mediocritatem hanc minimo negocio fleeti poterit hic humor, ac parti immisla immoderatio. Materia morbifica plerumque aut intimam peri-
cranij partem obsidet, nec ad eum ægre extuditur: aut duram inhabitat meningem, & hinc ægrius eximitur: vel diploëm innasit, quæ ægerimè exigi poterit. Si in cerebro nascatur, difficile admodum cedit: cùm perennis nouæ materia accessio fiat à conceptrâ fixaque ibi intemperie: unde in orbé dolores toto eunt vitæ curriculo. Et si constiterint in aliquâ cerebri parte, & si oculi obscurantur, sus-
Indicatio-
nea
Pregnosiæ

fusionis metus aderit: ni cauteris
præueniatur. Sin aliunde inueniatur,
facile reprimetur. Recens abit faci-
lius: nam qui diu fatigat, cœcos red-
didit nonnunquam homines. Imbelli
qui viuunt cerebro facile doloribus
tentantur, maximè titubante mu-
nere partium nutritioni dicatarum.
Propterea scripsit Aretæus, Chroni-
cus dolor fit ex pituitâ & melancho-
liâ, aut à cerebro labefactato. Vere
maximè inuadit hic dolor, aut ineu-
te & state, quare hoc tempore eua-
cuandi erunt. Primo explorabimus
num yena hîc scindi debeat. Quat-
tuor sunt quæ hoc admittunt; mate-
ria quæ in vitio est, morbi qui præsto
et vehementia, vel eius futuri me-
tus, & virtus ætasque florens. Mate-
ria hæc pimisso si abierit à sanguini-
nis benignitate, & mera si adeat ca-
cochymia, non huius auxiliij eget.
Sed, inquit Abincennas, si sanguinea
materia remixa fuerit, seca venam
& purga. Hinc est quod scripsit Are-
tæus, seca; sed duobus diebus antè
vinum bibat. Ille ad vires collineat:
nam dicit postea, tribus aut quatuor
diebus interiectis liberalius alendi
sunt. Nec hic acutus dolor phlebo-
tomiæ efficaciam euocat: quare si
quid emittendum, parcè id agen-
dū: quod enim fuerit sanguinis vbe-
rior copia, dolor acerbior, & robur
firmius, & liberaliori manu sanguis
effluat. Propterea cucurbitulæ hîc
sæpè sufficerint scapulis impositæ,
brachiis & manibus. Sin sanguis co-
piosor fuerit, media in cubito sece-
tur vena. Et tandem, euacuatio toto
Aretæus vertici imponit cucurbitam
cum scatificatu: nam, inquit, reme-
dia ad ossa peruadentia cephalæam

*Curatio.**Chirurgia.*

Si dolor
sive eaco-
chymia
adeat, seca.

curant ita transigendum, dum peri-
cranium perualit materia: & alte-
ram, inquit, inter scapulas minus
scarificatam imponemus. vel si opus
fuerit in diuturno dolore, vbi à san-
guine non libera videtur pituita ca-
pite quæ concepta haret, à phlebo-
tomiâ, ait, & pharmaciâ, cum lauit
& vinum biberit, firmatis viribus frontis
fecetur vena. Cum ab hac mate-
ria plerumque vetustescat malum,
cauteria felici evenuit hic locum in-
uenient: ut perenni exhaustione illa
dissipetur. Hæc affigenda erunt: cru-
ribus, modò brachiis, interdum ca-
piti. Cruribus, vbi consilium fuerit
strenuò reuellere: nam reuulsio quod
à loco affecto abduxerit spacioius,
eo futura efficacior. Brachiis inu-
runtur cum efficaci quidem vi, cum
non tam validè retrahere sententia
est. Capiti, cum gigntur cerebro
morbifica materia: maximè si suffu-
sionis in discrimen abipliantur oculi:
tunc enim efficaci vi futuræ coro-
nali imponuntur. Dolor quamvis
hîc saepe veterascat, non tamen ea
immanitas ei adeat, ut ad narcoticorum
vsum nos facile abripiat: cum
totâ suâ vi opium bellum indixerit
partibus capitis ab intemperie fri-
gidâ tactis, & frigore strictæ materiæ
pituitosæ studeat, ac inuidam con-
tumaciâ reddat. Et Trallianus dicit,
in corporibus excrementis rigatis, &
vbi capitis adeat grauitas, à frigidis
abstinebimus. Quare reprehendit
Galenus Apollonium, quod dolore
in tenui, hic vsum opiatorum admi-
serit: nam, inquit, ex dolore capitis
nullus in lipothymiam incidit, nec se
gladio aut laqueo induit, ut nonnulli
oculorum auriumve doloribus victi
Narratio
ed.
autoxerium

Lemientia. dum zereis cecidere. Nec ea symptomatum hic ex splendeuit moles, que à recta linea curandi methodum abripiat: etenim dolor per se curationis non est indigens, sed ratione conjectancorum malorum, dum vigilæ, deliria, ineditæq; inde surgentes necesse illud viaticum toramque vivacitatem humidi primigenij ac spirituum, florem scilicet nostri corporis, substantiam exhauiunt. Verum tantæ ferociæ, in hoc regnis materiæ campo, non se effert vis dolorifica. Propterea causæ accisioni potius totis incumbemus viribus. Initio, etiam ante cauteliorum vsum, fæditas primæ alui eluatur. Si superiorem eius regionem insederit succus, & si ex facili vomat æger, oxymelitis vncijs duabus immacerabimus corticis interioris nucis arboris laminam duorum digitorum amplitudine; addemus succi raphani vnciam; & iusculi ex pullo vncias octo: hæc tepidè propinentur, & vomat. Si quis maiora velit vomitoria, perlegat libri secundi caput De vomitu, nostræ Methodi. Vel hoc modo agatur: Comedat primum varia, vt lentes ex aquâ, aceto, oleo, melle; poma, offam; poter liberalius hydromel. Accipe radicum raphani silvestris, asari, cuiusq; semunciam; betæ semimanipulum; sem. raphani drachmas duas; leuiter coque: sumat vncias quinque vel sex. addi potest oxymel, & oleum, vel agaricum, & ficus. Sin hi succi fuerint *xatadipotus*, ac ad ventriculi fundum superioraq; intestina inclinauerint, sumet species hieræ pictæ cum melle rosato laxatiuo, vel cum melle mercurialato; fit enim frequenti ab infusione mercu-

rialatum, non aliter ac rosatum. Cum autem infusam ad alii regionem abiit excrementū piritescens, mercurialis decocto infundenius mel rosatum, oleum, & hieram, cum sale, vt, Accipe mercurialis, brassicæ rubræ, hyllöpi, cniusque manipulum; anerhi, centaurei minoris, meliloti, singulos semimanipulos; seminis fæniculi drachmas tres: accipe huius decocti libram: cui adde mellis mercurialati vncias duas; diaphœnici semunciam; olei rutæ vncias tres; salis communis drachmam: fiat enema. Deinde ad exclusionem paretur materia his remedii, quæ capitæ student accum materia pugnant morbificâ. Tale est oxymel simplex & compositum, decocta succi, & syrupi ex betonica, stœchade, corticibus citri, nicosianæ, melissæ, verbenæ, tussilaginis, méthæ, calamintæ, origani, salviae, majoranæ, rorismarini, hyssopi, prassij, syrups byzantinus, tussilaginis, arthemisiae, mel scillinum, & anthosatû, syrups de duabus & quinq; radicibus. Remediantur etiâ huic materiei radices acori, calami aromatici, helenij, fæniculi, ireos, radices aperitiuæ cum glycyrrhiza. vt: Accipe stœchados citrinæ vncias duas: incoque aquæ ad librâ: colatura adde mellis vel sacchari vncias tres. Ita ex dictis radicibus; & in fine decoctionis addimus mellis optimi despumatiique, & aceti acerrimi, cuiusque vncias tres: hoc modo aspergimus apozema oxymelite; aromatisetur drachmis duabus cinnamomi. Si contumacior materia his blandioribus inuicta videatur, exstillabimus aceti acerrimi libras duas, cum semuncia ellebori

*Preparantia.**Acetum
elleboratum.*

albi radicum; primò manabit aqua albidior, quæ seorsū ponatur; deinde secunda. Prima ab infarctu liberat omnes indomitas viscerum obstruktiones. Datur semuncia cum saccharo, aut syrupo aliquo, nullā noctā aut molestiā. Ita de illo testatur clarissimus medicus D. Gesnerus, qui efficax illud deprehendit etiam in febribus longis à phlegmate, vel atrabile, utero etiam & lumen obstruktioni, & morbis capitum à materia crassa, viscosa, frigida. Secunda aqua plus virium gerit ab acetō, quam ab elleboro. Cinnamomi aut anisi his aliquid addatur. Sed non illico ad ea veniendum quæ fundūt materiam, ne fusione sua tendant, & dolorem acuant. Paratā materialē cōque sequāce, ad exclusionem agenda agarico recenter trōchilcato. Accipe agarici recenter trochiscati drachmam, vel scriptulos quattuor, zinziberis scriptulum, vel semascriptulum; infunde totā nocte viñi Rhenensis, & aquæ betonicæ, cuiusque vncis duabus; manē expressioni colatæ adde dia-phænicī, & electarij lenitius, cuiusq. drachmas tres, vel semunciam; aut si æger tener fuerit, horum loco melis rosati aut mercurialati fescuciam; misce, fiat haustus: sumat manē. Ele-
ctaria phlegmaphygæ sunt diacar-tham, Indum maius & minus, electatum de citro. Alioqui accipe pilularum cocciarum Razis scriptulos duos; trochiscorum alhandel, grana tria vel quattuor; misce: fiant pilulæ quinque: sumat manē horā quartā, & superdormiat. Si mollius velis, cape pilulas masticinas, cum syrupo de steechade, vel pilulas alepháginas capiat cum agatico, & pil.

Purgatior.

sine quibus. Admoneo aulicos medicos ut his vtantur: Accipe aloës septies lora cum succo roſarū rubrum vnciam; masticis electæ drachmas duas; agarici trochiscati drachmas tres; speciem unū diamusci dulcis semidrachmam; cum aquā vitæ, vel vino Cretico ex drachmā fiant pilulæ quindecim. Hoc auo solemnia sunt apozemata, quæ vna succos euincunt indomitos, ac hos simul excludūt. In his regionibus magnam inde pecuniam medici faciunt: totaque ferè praxis eorum huc redit. quenam illa sint, alibi enatruimus. vt, Accipe calami, galanga, cyperi, singulorum semunciam; radicum enula, vnciam; iridis florentinæ, semunciam; flavedinis citrii drachmas binas; hyssopi, verbenæ, betonicae, calamintæ, origani, vnius vel binarum manipulum; seminis anisi drachmas duas, vel dauci, aut ammi; seminis carthami vnciam, vel fescuciam; turbith optimi, agarici recenter trochiscati, cuiusque semunciam: coque ex arie ad libram; colaturæ adde syrupi de duabus radicibus vncias tres; aromatisetur drachmā cinnamomi, & semidrachmā zinziberis. vel paretur ius galli veteris. Et quamuis capite dolente iure merito excludi possit vius valentissimum pharmacorum catharticorum, attamen si dolor diuturnus, à materialē viscidâ obnatus, inuidius hæserit, ad illa tandem surgendum erit. vt sunt pilulæ fætidæ, pilulæ de opopanax, de sarcocolla, de euphorbio; & illæ quas aduersis pleuritiden nostram describemus: nam dum stricti fuerint succi morbos, ac quasi conglaciati, minimeque fluxiles,

fluxiles, qualis est pituita vitrea, ex lachrymis pilulae viles erunt: nam fundant homores: verum ab his cauendum dom tenuis fluxilisq. fuerit humor. Quin tandem, si insuperabile malum integrascat, ad elleborum nos conuertemus. Quo modo id visibus parari ac quibus consociari debeat, alias, cum de pargantibus per vomitum fortibus differeremus, tradidimus. Sumat pilulatum dictatum drachmam: vel scriptulos binos, aut semidrachmam, adiecit granis tribus vel quattuor trochiscorum alhandel, id est, colocynthidis preparatae: fiant pilulae quinque: & sumat has manè; superdormiat sequihoram. Monet Trallianus, sepius purgandum hunc succum esse. Euacuato toto corpore, tandem capite concepta pituita erit elidenda apophlegmatismis, errhinis, gargarismis, ut ex ore ac naribus ea effluat. Talia sunt leptomera remedia, detergentia pituitam, acria, grata: nam res illis est cum ore & clavyno. Optimè masticantur cubebz, & ore tenetur aqua vita in antiquato capit is dolore, quem frigidis succi pepere runt, vel si etiam natibus trahatur. Huic optimè inditur immaceratione vis turbith, vel ellebori, vel colocynthidis, elaterij, staphysagriæ, saponis, thymati, aloës, vel sinapi, piperis, zinziberis, pyrethri, acori, nigelle, cyclaminis, olei caryophyllorū, & per pennam aqua naribus trahitur: robustissimè pituitam eductit. Si fortius remedium videatur, diluatur succo bete, aut cyclaminis, ibetidis, nasturtij, iteos, vel maiorane, aut betonicæ, anagallidis. Succus etiam nicosianæ herba, vel foliorum eius

in aqua vita, vel aqua nicosianæ, aut betonicæ dilutum feliciter naribus hauritur; vel nicosianæ arida folia masticantur, quin naribus foliolum aridum inseritur. & radix cyclamini naribus inditur, vel accipe luci betæ vncias quatuor, pulueris piperis, scriptulum; & tantundem ellebori albi. Sed in oculis labefactatis pax sit ab errhinis. Cera liquefacta etiam excipi potest mastix puluerisata, cu turbith, vel sinapi, aut pipere, zinzibere, vel pyrethro, aut acoto, nigella, vel oleo caryophyllorum; vel puluis adiicitur nasturtij, origani: poterit adiici aliiquid ladani. Pars huius cere masticetur manè. Lenissima est per se mastix. Parva mole masticatoria praescribi semper debent: vt & errhina. Horu vslus erit, dum iam à mole grani, que primùm molesta erat, caput liberatum videbitur: & cum iam, ab vslu apophlegmatismatum & errhinorum, sequax materia ore aut naso non amplius funditur. Sed per horum vsum videndum ne pulmonibus, catarrhorum incursionibus fatigatis, iniurij simus, nam tunc errhinis vti præstiterit. Verum disctimen non adeò à pituita est. Quare hic utiliter gargarismi præscribuntur. Accipe nicosianæ, origani, serpentili, cuiusq. pugillum; sivecum pinguium vncias duas: coque ex aqua. accipe huius decocti libram; oxyamelius simplicis vncias tres: fiat gargarismus. His includi poterunt (modo viuaciorem potentiam postules) aromata, pyrethrum & sinapi: & aquæ loco liquor stillatitus salvia, calamintha, cum scyllino oxymelite. haec calfacient, extenuant, extrahent, & abstergent. Oblinitur quoq.

palatum

Observation.

Topicæ.

Cauisæ.

palatum hoc modo: fucus accipe duas, has contunde cum paucō oxymelite simplici: adiice semiscriptulum origani, vel serpilli, salviae, vel calaminthæ. si potentius velis, iunge aromata, & sinapi illud vescū mensaque paratum. Observandum hæc commodè adferri in usum, cùm iam incisa est materia crassa. Et dum valentissimis his remediis utimur, naribusque illa forbemus, sit os aquæ plenum; ne eò ferantur. Et ab vsu horum lac muliebre, vel oleum violaceum, vel vnguentum rosaceum instilletur. Sternutamenta fiant ex elleboro albo ter siccato ex aquâ viræ, & puluerisato naribus asperso, hoc optimum est: Accipe iam dicti ellebori, strutij, castorij, cuiusque scriptulum; piperis semidrachmam: misce, fiat puluis, ex quo parum naribus penna infletur. Fit etiam tryallis vel strepton naribus indendum, vt, accipe pyrethri, pipetis, cuiusque semiscriptulu; sinapi grana septem: ladani, & cerae, cuiusq. sesquidrachmam: fiat strepton. Iam ad Topicæ, quæ foris capiti admouentur, remedia pergo. Prius egimus quâ encheiræ transigendum dum hæc materia capite gignitur, vel cùm ibi vi ternetur. Cùm vero aliunde affluit, excuti debet adituque prohiberi: hoc fit frigidis crassis, attamen vehiculo consociatis: ex quibus iam multa enarrauimus. Illud cauendum, ne hæc stringentibus frigidis utatur, sed prius oleo rosato completo: absit rhodostagma. nec etiam contineat usus astringentium ubi obstructio adest capitis: qua faciliè littit materia se iungit, eaque eorum usu increaseret, maximè dum vrente febre

sursum fertur ad caput succus. Nec stringentibus caput fatigandū, dum se in pulmones vberima effundit materies. Sin nec copia grauis, nec facilitate contaminata illa fuerit, licet eam à capite repellere; non tamen astringentibus. Qua verò copiâ ac efficacia hæc admoueri debeant, doloris vis pituitæque vberitas & capitis densitas à structura indicabunt. Mediocrē vim aceti remixti medicinis perfert pituita: nam non adeò hæc uitit dolor, nec vigiliae exanimant. Sed ramen frigidius si fuerit naturâ caput, non sustinebit immodestiorē repellentium frigiditatem: quāvis alioqui madidius caput pleniorem admittat aceti usum. Quare in admouendis capiti remediis, cerebri temperies erit vnicè perpendicularis, quod tale est ut nec valde calida, nec admodū frigida ferat: ut enim frigore materia illo concepta exprimitur, ita & calore in fluxum laxatur. Accipe olei rosati matuti vncias tres; olei chamaemelini semiciam; aceti vniciam: misce & capiti apponantur. Si plena manu affluat materia, sèpius tunc usui huius remediij incumbendum erit. Tepide admouetur capiti, nisi aer astu incanduetit. cassia cum oleo chamaemelino in omni dolore capitis valer. Horum usum inhibimus euacuato primùm corpore: nam vberimo succo refertum corpus, non aquæ fert frigidorum reprimendum que incutunt. Et tandem prouectiore iam trialo, flores chamaemelinos & melilotum, & lilia, & strobæas cum catyophyllis, & serpillum aquæ incoquemus eum betonicâ: quâ caput tepide souebimus ex spongiâ: nam, ait Arc-

ait Aretæus, cùm caput purgatum fuerit, pituitâ eductâ copiose, aquâ calidâ quâm plurimâ caput lauetur, vt diffabile reddatur. fiat id ante cœnam. & tandem hæc numerata remedia, vel solum serpillum oleo & vino incoquemus, dum euaneat vinum. ita spondylium cum anetho, & castoreo, vel aromatis, vbi digerendū : adiungere licet vnguentum de althæa. Optima est ex vino austero cocta verbena : initio morbi, ex aceto & vino: in augmento, ex aquâ & vino. Primò vtemur hederâ, serpillo, dein pulegio, lauro &c. semper humectet vnâ. & oleum ladani mirè prædest. Oxyrrhodina suturæ coronali admouentur, dein occipiti. Sed adsit CAVTIO, ne occipitio adhærent olea frigore imbuta: nam nervorum initio & spinalis medullæ principio bellum ea indixere. Si adsit obstrœctio & astrœctio, suturæ regionem coronalis illine oleo euphorbij, vel thapsiam ex cerâ impone, dum rubescat locus. vel oleo caryophyllorum illine. vel accipe olei nardi, rutacei, cuiusque semunciam; caryophyllorum, nucis myristicæ, cuiusq; semidrachmam; iridis, nigellæ, cuiusque scriptulum: bulliant, & exprime. hoc etiam vesperi paucis guttulis instilletur auribus & naribus. Naturâ enim cùm frigidum sit cerebrum & ventis expositum, non bene inde coquit, ac frigidâ languet ab intemperie; propterea calida, tenuia, & odorata remedia conferent, vt ambra, moscus, quæ suturæ illini, & naribus ac auribus inferri possunt. Ita erigent se spiritus, ac si qui adsint à frigore flatus discutiætur. vt oleum ex semine saluia, & eius decoctum,

&c. Poterit saluia cum chamæmel. aquæ vitæ immergi, & ea aqua capiti imponetur. si contumax malum, accipe olei rutacei, nardini, aquæ vitæ, singulorū vncias binas; piperis albi, sinapi, castorei, rutæ, cuiusque scriptulum: bulliant ad aquæ exhaustiōnem. Fiat emplastrum ex columbino fimo cum melle & aceto. Robur tandem concilietur capiti, vslu mithridati, aureæ Alexandrinæ, diagalangæ, confectionis de carabe tabulatae; saluia & cephalicæ res indatæ aquæ vitæ, huius manæ cochlearij vſus sit, vel etiam vesperâ. cætera diximus de intemperie frigidâ. Aér sit purus, tepeat, & perfundatur nicosianæ nido, vel ladani suffitu, aut caryophyllorum, &c. Transferat se, inquit Aretæus, ad regiones calidas & siccias. Mosci pauxillum naribus indatur, inquit Razes. oleo caryophyllorum nares illinat. Cibi condiantur pipere, zinzibere, mace, cinnamomo; hyssopo, origano, saluiâ, rosmarino. Placet Aretæo simplex cibus, & frugalis cœna: ab acribus, inquit, temperet, vt cæpis, alliis, excepto sinapi: nam stomachum firmat, & capiti gratum est, pituitam fundens ac difflans, aut ad inferiora deturbans. Leguminum pessima faba est, inquit, & eius species pisa, & dolichifar conceditur. Conferunt semina cari, anisi, & maximè, ait Aretæus, apij, mentha, pulegium: nam & odorata sunt & diuretica, & flatus inferos depellunt. Carnes, auctore Aretæo, vetustæ omnes noxiæ: gallina laudatur, & columbi, lepus. Bubula ac ouilla crassi succi sunt, ac caput replet. Lac & caseus capiti inimica. pisces laudantur saxatiles: nā marini

Piscis alij sunt pelagici, alij petræ: pelagici, qui vasto pelago ac in arenis versantur: petræ in asperis ac lapideis scopolis & promontoriis habitant: hi procellosis ventorum incursibus exercitati, putriorem carnem gerunt. vnde Celsus, Leuior piscis inter saxa editus quam in arenâ, in arenâ quam in limo: quo fit ut ex stagno, vel lacu vel flumine, eadem genera grauiora sint, leuiorq. qui in alto, quam qui in vado vixit. pipere omnia condiantur. Sumat manè aromaticum rofatum, vel pleres archan, cum paucō vino: diamoscum, theriaca, mithridatum, acorum conditū, confessio de acoro. Olera, inquit Aretæus, citent ventrem & vrinam: beta, asparagi, pastinaca caput replet, & rapum, & sisarum. Omnia bellaria capiti inimica. haec tenus Aretæus: qui etiam ait, vino vtendum esse, ad stomachi robur. Potus sit exiguis, Aretæi sententiâ. Utatur hydromelite cum saluia, cinnamomo, pipere: non ineunis morbo, sed peparsi notis effulgentibus, tenuis initio cereuilia, vel coriandratra proderit aqua. Declinante malo, auctore Raze, vinum vetus, non tamen affatum propinetur. Decoctum guaiaci laudatur cum floribus cardui benedicti. Exercitia frant recto corpore, ita iubente Aretæo, & cura fricentur: manè ambulent, & à coenâ, tutò à vento & sole. Venus releganda. marina vita, dicit Aretæus, confert, & in mari natare, & ex mari victum querere. Studeat ut venter sit memor sui officij: si immemor eius fuerit, excitetur pilulis masticinis, vel de hierâ cum agarico: vel passulis quæ infusum agarici bæbere, & aspersis melle rosato laxatio. Anticâ parte capitis pileolum gerat ex sindone, cui hæc insint: accipe caryophyllorum, beniouini, florum chamœm. stœchados, cuiusque drachmam. Studium id adsit, vt pedes caleant: nam magna est *Curopusia* pedum & capitis. Melancholica materia interdum sua crassitie caput eiusque meatus infarcit, aut flatu distendit: quod ichores ac flatus melancholici crassiores nō æquè transpirant: maximè dum viæ venarum, arteriarum, ac futuratum astrictiores vel obstructæ fuerint. Plerumque hic succus in vitio est, dum remisetur cum bile aut pituitâ, vnde flatus. Ab hac causâ enatus dolor socias trahet vigilias, ob siccitatem, cum non rigatur cerebrum anathymiasis benignitate ut decet: nec hîc dolor mole suum pondus gerit, quod magnâ nō affluat copiâ talis succus. &c, quia facile restagnat, perseverâs stabilitaque suâ quasi sede ac aulâ dominatur afflictio fixa; facies fusca est, nullū caloris efflorescit symbolum: exigua excrementorum per nates effluxio, & si qua, ea modica & nigra: præcessere causæ fræcundæ in melancholiæ. est dolor hic chronicus, & Saturni soboles: hiēn his sèpè in querela esse solet, & capitis astrictio, cuius nota est subita doloris incurso. somnia immania, & cogitationes horribiles. adde temperiem sicciam, & consistentem ætatem: nam pueri tonitrua melancholescunt. Causa auferatur doloris; tenuetur igitur, & flatus discutiantur; humectetur eius squalor; purgetur: à capite auertatur, & reprimatur, & caput aperiatur, roboretur: eius generatio accidatur, seu à

*Dolor à
melancolie.
læ.*

Signa.

*Indicationes
net.*

seu à

Prognosia. seu à toto, siue à parte excurrat. Non ita saeuus, attamen latus hic dolor esse solet: nam, inquit Arculanus, chronicus dolor fit ex pituitâ vel melancholiâ, aut à cerebro labefactato, aut abscessu qui in duritiem abit, non sine calamitate ærorum. Sed ubi veterascit, inquit Celsus, ægrè eximitur. maximè si neruosa inuaserit, longa die opuserit. Et ubi longo tempore melancholia malignitatem acquirit, sœuos etiam dolores parit. Cum hæc materia longè à sanguinis absit blandicie, venæ sectionem non postulat. Quamuis interdum sanguis in melancholiā abeat in capite iam conceptus; vredine enim potest in atram bilem, quæ tamen inter reliquas mitissima est, aduri. Cum, inquit Galenus, florida facies apparuerit, æget verò in mætore fuerit, in cerebro concepta erit torrida quædam affectio, quæ sanguinem adurit, atramque bilem gignit. Quid autem attra bilis ex sanguine generetur adusto, patet ex Hippocrate, libro De aëre, aquis, & locis, quo loco causam materialem atræ bilis, tantum agnoscit sanguinem crassum, bilem æruginosam, & vitellinam. Si talia itaque signa ex tali causâ se in conspectum dedent, licebit medianam pertundere in cubito venam aut eam quæ conspectiùs inturguit: hinc cucurbitæ ad moueantur cervici; aut frontis secesset vena. Cauteria huic malo etiam idonea, nam antiquari solebat. Nec hic etiam anodyna stupefacentia locum habent: nec enim vigilias, aut inediā, viriumue prostrationem hic dolor adferre solet. Sed simpli- citer prouisione habitâ totius cor-

poris, succus ille melancholicus à capite auertatur, & eximatur qui infedit. Primo igitur leniatur aliud, *Lentientia.* cùm ille succus, qui supernâ alio consedit, melancolescit, electario lenitiuo, vel melle violato laxatiuo, si ad atram se conuertit bilem; vel cassia cum aniso, syrupo rosato solutiuo: hæc mezenterium primamque aluum à fœditate liberant. Sin melancholica hæc eluies supernâ ventriculi parte concepta fuerit, hanc euomat: accipe iuscum pingue curvis vitulini, cui incoque maluas, nucis corticem, & raphanū. Quodsi catarrhopos succus infimâ alio confederit, enematis eluatur ex decocto radicū althææ, billy, maluæ, furfurum, brassicæ, calaminthæ, betæ, passulis cù aniso, rutæ sem. adde electarium lenitiuum, vel diacassiam, mel rotatum, oleum, &c, irritationis causâ, parum salis. Deinde paranda erit materia exclusioni decoctis, syrupisque capiti dicatis, quæque vna cum materia pugnant: ut quæ melicrato includuntur. Doctissimus Gernerus in contumaci materiâ crassâ, commendat acetum elleboratum. Detur cum syrupo de boragine, bu-glossâ, de pomis Mel. fumaria, corticibus citriorum: cum decocto ex melissâ, borsagine, corticum citriorum, & seminibus citreorum. dantur manè & vesperi horâ quintâ. Optimi sunt syrapi de boragine, de pomis odoriferis, de lupulo, melissæ, de fumariâ vterque, de eupatorio, scolopendriæ, thymi, epithymi. Alias de his in lienis corroboratione. Radices apertiuæ macerâtur vino, cum radicibus capparorum, & fraxini, & tamaricis: & additur lingua ceruina,

L 2 mercurialis,

Curatio.

Chirurgia.

Galen. 2.

Dif. feb.

11. de

tum. prat.

nat. 2.

proprh. 14

Atra bi-

lu in capi-

te gravi-

poter.

Preparan-

ta.

1. Epist.

27. Jul. 25

Purgativa. mercurialis, fumaria, scabiosa, mellea, capillaris, glycyrrhiza, passula, semen viticis, cassutha, basilicum nobile, dauci semen, thymus, cordialia, flores chamæmel. hæc coque ex aqua & vino; da cum syrupo violato. Mitigatâ materiâ recteque ad exclusionem paratâ, hoc modo eam purgabimus, accipièmus decoctum betonicae, vel hyssopi, vel nicosianæ, aut stœchados, cum passulis, aut liquiritia, vel violis & boragine, si adustior succus: huic infundemus folia senæ; vel folia senæ, aut epithymum, myrobalani Indæ vino albo immacerentur totâ nocte; illud vinum manè bibatur. vel accipe dia-catholici drachmas tres; confectio-nis hamech drachmas duas; vel, si stimulum velis, adiice electarij do succo rosarum drachmam; cum decocto florum & fructuum cordia-lium, in quo immaduere drachmæ duæ senatum. fiat haustus: sumat in aurorâ. Syrupus de pomis laxatiuus, cum decocto boraginis, & senarum. epithymū, & polypodium, cum cas-suthâ hîc recte vsum habebunt. D. Ioubertus laudat in vltimis purga-tionibus semunciam myrobalanorum Indarum & chebularum, infusa-zum apozemati: Rondeletius dice-bat, se plurimos quaternarios cu-rasse diacarthamo. Pilulae assairet, & de fumatiâ. Tandem refractario in malo, ad elleborum confugiemus: quâ arte id paretur in vsum, alias docuimus. Pilulae etiam cochiæ con-sociati extracto ellebori poterunt: nam contumaciorem hunc succum vehementius educunt pilulae, & ex abditioribus euacuant partibus. Qui itaque robore præcellunt virium,

minimè ab harum vñs recedant. Sumat manè horâ tertią vel quartâ, & superdormiat per sesquiho-ram: id enim bonis ægorum fit rebus: maximè autumno purgandi hi succi. Dein masticatoriis, vt mastice, per os expuatur materia; vel garga-rismis & errhinis: quod ferè fit ei-dem rebus, quas aliis causis ascripsi-mus, quibus interdù elleborū iungi poterit. *Capitu.* *preclaris* *purgatis.* *Cavrio.* Cavrio, nisi edomitus fue-rit succus hic, nunquam ad magna illa nos erigemus. Tandem vrinalia & sudorifica vtilissimè præscriben-tur: non enim temerè Hippocrates hunc succum *vñs* vocavit, quòd plurimo sero perfusus sit. Topica ini-tio, cùm materia adhuc in caput effluit, admoueantur: quòd illa reprimatur. Sed cùm materia hæc frigida sit, sine astrictione id agendum: nec aceto liberaliori vtendum erit: nam squalida & arida melancholia somni inopiam facere solet, nec siccum caput copioso aceti vñs gaudet. Ac-cipièmus oleum rosatum comple-tum, vel violaceum, aut chamæ-melinum ex oleo & floribus imma-turis. & etiam naribus oleum viola-ceum, aut cucurbitæ, vel nymphæ, aut florum salicium infundatur, si vigiliæ lacestant. tepidè hîc cuncta in vsum veniant: nisi æstiu tempore vñtrò tepescant. Fatus hîc maximè commodi. fiunt ex his quibus in pi-tuitâ vñtrum, vbi friget succus. vt ex decocto stœchadis, betonicae, cum nymphæ, violis, lactuca, althæa, liliis, boragine, semine lini, furfu-ribus, anetho. Tandem, si adsit adstricatio capitis, foueatur caput maioranæ decocto, vel stœchadis, serpilli, anethi, meliloti, adiectâ vio-lariâ,

Cautio. lariā, vel boragine; aut solā spongiā fone ex aquā dulci tepidā: & postea illine oleo amygdalino, vel anethino, aut ex serpillo, cum adipe gallinæ. maiora vbi de pituitâ dixi, inuenies: quibus mollius quid semper adde, ob squalorem melancholiæ. Cautio adsit, vt in catarrho acti & maligno non deprimamus materiam in pulmones, repercutientiū vsu. Sacculi & suffitius nîmis siccant. Quomodo caput postea in robur suū flecti debeat, ac relicta abigi intēperies, & quibus remediis, alias scripimus, vbi de corroboratibus caput siccū, & etiam frigidū, vt theriaca, buglos, myrobalani, dñamarg, frig. syrup. de pomis, enula camp. superbibat vinū. Si ab vredine tostus fuerit sanguis, cuncta locū habebunt quæ de biliosi curatione dixi. Aër sit lucidus, tepidus ac vapidus, fumo aquæ boraginis & melissæ; & corticum citreorum perfundatur: vel parum moscicū cum pomata nari bus indatur. & aromatum vi mode stè traiiciatur aër. Condiantur cibi melissā, buglossā, cinnamomo, aniso, menthā, sinapi. Legumina fugiat & vetustas carnes: extremitates vitulorum, & suum conferunt: bubula melancholescit vetus. petræ laudantur pisces, columbas damnat Vega, quod obseruarit peculiari ratione caput affligere. Olera non incommoda ex maluā, betā, spinachiā, latucā, boragine, asparagis. à cæpis & alliis abstineat. Vino per cibos vtatur tandem; vel certeuisiā medicatā saluiā, cinnamomo. manè & à cænā ambulent, extra ventum & solem. Si fuerit ab adusto sanguine, eadem diæta quæ biliosæ utilis erit. Aluus mollescat pomis, prunis, cassiā. Tan-

dem veniat ad decoctum saffafras & sarsæ. Per febres etiam grauissimi eueniunt dolores capitis, quemadmodum id, dum ageremus de bile cephalalgia auctore, demonstramus. Nam alienam per putredines formam induit, acerrimâque vi molestus succus caput exercet. hîc putredinis notæ se produnt. In curatione ita transfigendum, vt diximus de dolore à bile oborto; vel, si febris à pituitâ, vel melancholiâ enata fuerit, ita tractandus hic dolor erit, vt causam à quâ febris enata fuit, excindendam esse prodidimus. Maximè tamen totius corporis ratio habenda, hoc enim totum inuoluit febris. Media feriatur cubiti vena: nam iam influit materia morbifica: deinde, si opus sit, cephalica. Ea autem vbertate emittatur sanguis, quam suadet materiae copia & qualitas; morbi vis præsentis, vel eius futuri metus: modò id admiserit robur ægri, & ætas. Nam si sanguine perfusa fuerit materia, vberius educenda erit: maximè si vehemens fuerit malum. Alioqui, si viribus id negantibus, iteranda veniet emissio parciōr sanguinis: tunc enim, inquit Aretæus, non magnopere semel detrahere expedit. Quin titubantibus viribus, cucurbitis res transfigantur, quæ etiam commodè omoplatis admouentur. Hîc summâ necessitate *Opiata,* nonnunquam abripimur ad opiatorum usum, metu delirij per febrem acutam: tunc eo modo, & iis, quæ præscripsimus dum à bile ortus dolor vigilias ac delirij metum adservat, hoc malum compescemus: ne in phrenitidem sese efferaat hæc calamitas. Alioqui, si extra periculum

*Reperi-
tus.*

*Obserua-
tus.*

delirij & cum vigiliis inducit fuerint, simpliciter reprimenteribus retrudemus vapores à capite, quem admodum prescrissimus ea, vbi à bile dolet. primùm lenita, ut ibi tradidimus, alio; præparatamque materiam morbificam pharmaco excludemus. Sed in repercutientium usu summā animaduersione opus est, ne dum crisis in procinctu est, ea adhibeantur: nam hæmorrhagia prodomos talis dolor esse solet: quā si intercepitis, pro sanitate mortem adferes. Num criticus, ex signis pessimi, die, morbi decursu, & more facile animaduertes. Et stringentibus minùs vehementibus transigendum erit, vbi febrili ab æstu incanduit dolor: sed vna humectent, id enim postulat febris, & mox tepescunt & digerunt; vnde leuant tensionem eam, quæ à stringentibus medicinis durior reddetur: & omnium minimè stringentibus retundendum, si pituitosa fuerit materia febrifica: ut vbi de dolore ex pituita dictum est: attamen reprimendum. Id fiat vunctionibus aut irrigationibus. ut vnguento populneo, si flagranti ab æstu incanduerit caput: sīn mitior fuerit æstus, oleo violato, vel nymphæ, aut seminum cucurbitæ, cum vnguento rosato; addi potest succus lactucæ, vel lac muliebre, cum succo citteriorum maturorum. hoc etiam panno quadruplato excipi poterit, ut frontem & tempora cingat. vel accipe rosas cum semine lactucæ, papaveris, psyllij, fatina hordei, misce cum aquâ lactucæ, nymphæ, vel solani. fiat lacculus. aspergatur internâ parte aquis. Si non ita fortens sic vapor, ut in cor-

tidianis & quartanis, sed copiâ & crassitie infestus, addemus digerentia initio: nam mox solis his vtemur. vt oleum sambucinum, anethinum, chamæmel. si vis, misce decoctum sambuci, anethi. Si tussis fatigat, valida retundentia locum non habebunt. ab aceto, ut alijs monuimus, etiam summa cautio sit: nam somni minimè capaces facit homines. Suturæ coronali, temporibus, & fronti imponemus repercutientia ex linea meato. natibus oleum violaceum, vel roscarum, aut nymphæ hauriat: vel vnguento illinantur omnia rosato, & auribus ex eo quid immittatur, & natibus. Diæta instituatur ex febris decursu, morbificâ materiâ, & cæteris indicationibus curatricibus. Omnis capitis agitatio absit, ut etiam alloquium, & clamor, lux, & calor aëris, strepitus, odor grauis, lenientibus ducatur alius. Iam ad *medicam evocandam* redeo, de quo ante, vbi materiei dolorificæ historiam incepi. qui imis ductuum penetralibus se conrumacissimè interdū immittit. Itaque à FLATIBVS oriri etiam *Affatu doler.* capitis poterit dolor. His vel in ipso generantur capite, dum in cruditatem abducitur id: quod non difficile cumentu est, cùm ventorum incursum expositum id, & foraminibus pertusum aditum iniuriæ præbeat, ac pituitoso excremento vberimè rigata pars saepè coctionis bonitate spoliatur. aderit h̄ic dolor tensius sine grauitate, qui hinc atque inde vagatur; adeo tinnitus autium. A *Signa.* capite esse elucebit ex symbolis, quæ peculiarem eius œconomiam exprimunt; sed plerumque vitio aliarum partium euenit. statis quasi periodis recurrit.

recurrat, obstructo & astricto saepe capite enascitur. Scitè notandum, num sano, an ægro, sensim vel subito euenerit dolor. Cui sano & opus obo ritur dolor, saepe, ut afferit Galenus 6. Aph. 51. ad flatus hæc tædia pertinebunt. Indicatio hæc erit medica, ut tensio, discessis flatibus laxetur, & prouisione habita totius, studium adsit ut fundat sese capitum astrictio. Hæc cæ encheiresi qua pituitam exclusimus tractanda, & tandem flatibus discutientibus explodendus is erit, & caput roborandū. Si aliunde influit, auertatur, ciusque prouentus impediatur. non ægræ curatur, modò causa & pars vnde proficiscitur cognita fuerint. Si vetus malum, non inutiliter cauterium futuræ coronali inuretur, primù lenita alio, ut in pituitæ causa diximus. In frigidis flatibus, opiatorū nullus usus commodus: nisi dolorum sequitia cum euocet, quæ, reliquis inuiscta, vires prosternit. tunc castorium iungatur his. Præparetur focus vnde erigit se flatus, & purgetur, eo quo diximus modo, vbi de pituitâ & melancholiâ. ut etiam quæ de masticatoriis, gargatismis, & errhinis hic pertinent. sinapi hæc utilissimum est, mastix cum cerâ & sinapi masticetur; poterit aspergi piper. Cum in capite enascitur flatus, quia à frigore id potissimum fit, sint leptomera remedia, calida, & odorata, ut ambra, moscus, oleum seminis cumini, salviæ. Hæc non solùm futuræ coronali illini, verum etiam naribus, & auribus immitti debent, ut etiam castoreum coctum oleo anethino vel chamæmelorū. Sed primò amygdala amaracum oleo anethi & aceto contun-

dantur, & linteolo fronti inducantur: dein adde serpillum. Et euphorbium ex oleo rutæ futuræ coronali, cum aquâ vitæ imponitur. Et primù foue caput spongiâ mersâ decocto chamæmelorum, meliloti, anethi, stœchados, salviæ, maioranae, serpilli, betonicæ, rosmarinij, spondylj; quod etiam cum castoreo in oleo anethino coquitur. Si ab humidis abhorret æger, vtatur fôtu ex milio & chamæmelis. ut, accipe milij & florum chamæmelini, cuiusque semimanipulum, fiat sacculus interfutus, ut decet: iungi poterit calamus, galanga, origanum. Roborantia ibi enarrauimus, vbi quæ caput frigidum, & etiam humidum firinant, descripsimus. Diæta eo cultu prôponenda, quo hi qui ex pituitâ dolent vtuntur. Sinapi tingantur carnes & pisces. Sed ante omnia accurate perpendendum, num idiosopathiâ laboret caput, an sympathiâ: nam assiduus nonnunquam dolor ex syntimoriâ & contagione aliarum partium euenit: cum vapida assiduâ materia ab aliis emittitur partibus. Et vicissim recrudescit spaciis quibusdâ dolor, violatâ in capite vno ne: nam fractâ œconomia capitis, flatus inde surgere solêt quibusdam in interuallis. Quare hic nodus hæc soluatur. Si fuerit per idiopathiam, ferè habet coniunctum tunc dolorem ceruicis, malo communicato rachide. Si contagione alterius obnascatur dolor, primò in querela fuit alia, præter caput, pars, cui supernatis fuit capitis dolor. præterea ille dolor qui extra caput est, longè acerbius vrit cephalalgia: & vna eo insurgente, hæc increvit. Cum itaque con-

*Num idia
pathiâ vel
sympathia
euenias
dolor.*

Cum ab
aliis par-
tibus.

que conceptum capite malum, ab alterius partis morbo fouetur, vel causam suæ generationis in aliâ parte habet, eius iniuria arcenda. Hic cautè notandum, quæ partes, in quas promptè se exonerent: quod vñi, & partium ex consociatione innotescet. Caput in confessionem maximè rapi solet ab hepate, liene, vtero, ventriculo. Si à ventre, dolor, inquit Razes, placatur à cibo illicò, & inediâ exacerbatur: dilatâ nondum bile. Hi à cibo si teneantur aliquantulum, illâ morâ, maximè morosi euadunt. torus his habitus plerumque biliosus est: alij quibus à pituitâ grāue euadit caput, nauseabundi sunt, à cibo dolent, omnia phlegma monstrant. Et solent ab hepate potius biliosi, & à ventriculo pituitosi succi prouenire. Fit autē s̄epius hæc afflīctio, ob neruum sextæ cōiugationis: & tunc mordetut à bile, ac nauseâ affligitur ventris os. Et interdum ob continuationem quæ ventriculo est cum cerebro id fit, sine ullo materiæ refluxu. Interdum sumi per œsophagum irrepunt in caput, traicientes se per odoratus organon: interdum etiam ab externis tunicis efferuntur ob arterias in cerebrum. nulli autem parti iungitur, caput maiori consensu quam ventriculo, ob neruum illum: & vtero ob spinalem medullam, cui validis ligamentis nectitur, quare sine materiâ effusione hæc sola partes in sympathiam abripiunt caput, cùm acrimonia vellicantur, aut copiâ tenduntur. Si ab vtero per spinam occiput afficitur, & menses his sustuntur, vel immodestius offenduntur. Si à liene, vel hepate, illa in vito sunt, ac ibi primū quicq[ue] cl

fuit. Utileiter capiti topica admouen- *Curatio*; tur, dum inferiora purgantur, ut ram facile non admittat vapores & suc- cos. Si bilis vel pituita ventriculo concepta fuerit, purgetur, ac ventri- culus roboretur: famem vitet. Si ab hepate, eius intemperies flectatur: nam, vt ait Galen. 3. De locis affect. qui hepatis habent calidum & san- guinem tenuem, repletur his facile caput, & obstructio, si adsit, aperiatur, & euacuetur vt decet. Idem de liene dico. vt autem in vtero transi- gendum, ubi de mulierum morbis, docebitur. Facilius eluitur hoc à ca- pite malū, quam si à peculiari ægrotatet vitio. Num verò secunda vera, *Chirurgia* & quâ copiâ sanguis elidendus, & *Exstirpatione* quâ tecmarisi, iam s̄epius dixi. Sed quænam vena, dum à sympathiâ dolor est, erit ferienda? Si, auctore Abincenna, hic vena aperienda, tunc si virinque vrgeat matum, vt & pars vnde doloris focus, & caput æquè excrucient, medianam solue- mus venam: quæ & caput, & iecur, & thoracem, & lienem euacuat. Sin ad caput maximè opera vertenda sit, soluatur cephalica. Quodsi pars quæ in caput effundit hanc eluiem præcipuam euocet curam, & si supra renes posita sit, axillaris interior scindatur: vt si iecur fuerit, dexteri vena; si lienis sinistri pertundatur: nam vterus malleoli vel pedis venam postulat. Cruribus non incommodè hic cau- teria inutuntur: nam reuelent, & edificant vñam materiam. De dolorem mitigantibus, & retundentibus suc- corum impetum ad caput, iam in aliis prolixè differuimus. Nam si à bile, vel acerrimis vaporibus enatus fuerit dolor acerbissimus, qui ferendo illæsa

*Dolorum
mitigan-
tia.*

illæsa virâ non sit, ad narcotica, cā
encheiresi quam diximus vbi de do-
lore à bile, veniemus. Alioqui, ex
humoris morbifici qualitate, retun-
denta capiti applicabimus: si vapor
vel succus pituitosus, iam de eo, vt
Lamentia. & de ceteris, docuimus. Si materia
in ventriculi parte superiore fuerit,
quod à bile ferè fit, & cardialgia
aderit, nausea, amator, oculorum
marmarigæ, eam euomat: maximè
si æger vomit ex facili, quales sunt
illi qui amplio sunt pectori. Si bilio-
sa fuerit materiæ, sumat ius pingue
carnium, ad libram: si pituitosa,
adde oxymelitis, & succi raphani,
vel corticis arboris nucis, cuiusque
vnciæ, vel accipe agarici albi drach-
mam, radicum raphani semunciam;
ficus tres; sumat huius decocti vnciæ
septem: oxymellis, olei oliuarum,
cuiusque vnciam: misce, & pleno
ventre sumat. azari radices ad drach-
mam addi possunt. Quòd si excremata
bilioса infernâ ventriculi partem,
& intestina prima occupauere, sol-
uemus vncias duas vel tres syrupi
rosati laxatiui in decocto endiuæ,
tamarindorum, myrobal. vel cassiam
dabimus cū pulpâ tamarindorum.
vt, Accipe cassiæ coctæ ex infuso ro-
sarum vnciam, vel drachmas sex;
pulpæ tamarindorū drachmas duas,
vel tres; anisi crasso modo puluerisati
scriptulum: fiat bolus, qui asperga-
tur saccharo: vel, si potulentum ma-
lit, cum aquâ endiuæ fiat haustus.
sed facilius ita trâsigetur cum man-
na, quæ liberalius se fundit. quare
iussu, pulli, herba vel semen endiuæ
coqui poterit, cum tamarindis,
illi decocto illiquetur manna. si tu-
nicis i... sedit, hierâ exime. à pilulis

aureis hic abstinendum, nam nocent
ventriculo: at pilulae sine quibus,
concedi possunt. Sin ab intestinis
biliosum irrepatur in caput extremen-
tum, fiat enema, ex maluæ, viola-
riaque & hordei decocto: vel, si lan-
guent intestina, ex iure pulli, cum
oleo violato, saccharo rubro, ouo &
panco sale. vt, accipe iuscum pulli vnciæ
nouem; olei oliuarum vncias
tres; salis semidrachmam: fiat ene-
ma. Quòd si pituite scat ventre con-
cepta materia, nec supernis partibus
vomibundum hominem reddat, sed
potius ad fundum ventriculi, ini-
tiisque intestinorum recesserit: acci-
piemus mel mercurialatum, vel ro-
fatum laxatiuum: & cum speciebus
hieræ fiet bolus. vel pilulae mastici-
nae, & de rhabarbaro præscribantur,
vel sine quibus abstine à cochiis. Sed
si recessit hæc materia ad intestina
inferna, enemate eluantur, ex deco-
cto mercurialis, betæ, hyssopi, furfu-
rum, brassicæ: adde mel rosatum,
oleum, hieram, & salis momentum.
Cùm verò melancholescit superio-
re ventriculi parte detenta materia,
euomat, &c, vt hoc liceat commode,
iuscum sumat vituli, in quo coquat
maluam, raphanum: da cum oxy-
melite Gesneri. Sin supernâ alio &
ad intestinorum principia obhaferit
materia, & si ea ad atram abeat bi-
lem, dabimus mel violatum soluti-
um, vel electarium lenitium: vel
cassiam, aut syrum rosatum solu-
tium. Si infimæ alio obhaferint,
fiat enema ex betæ, maluæ, furfu-
rumque decocto: huic adde ele-
ctarium lenitium, mel rosatum,
oleum, & parum salis; vel glans fiat.
Purgatio itaque ventriculi, dum hic

A pitui-
*ta.**A melan-*
cholia.

A vīte.

calamitatis huius fundus, profligatio doloris capit is erit. Si a bile venter fatigatus fuit, dabimus, iam euacuato, micā panis infusam in succo agresta, aut vino granatorum: oxygala, liberalior victus, mora, cerasa, pyra, aurantia mala, acetum, omphacium, limonia, vel conseruam rosarum. haec, inquit Aretaus, cottidie obiecti debent, antequam dolor inuidit. Quidam addunt species diarrhodonis abbatis, optima est lactuca cum aceto cocta. Sin ab hepate, liegne, vtero increuerit malum, his visceribus medicina adferatur. Si sumi quidam à pastu caput inuadant, accipiemus coriandri parati ad usum semunciam: rosarum rubrarum, coralli rubri, cuiusq. semidrachmam; cinnamomi scriptulum; conseruæ rosaruū vncias tres: fiat puluis; vtatur à pastu cochleatis mēsurâ. In pituitâ, vel melancholiâ, diagalanga, diacyminum, pleres archon, diatton piperion, aromaticum rosatum. cibi aromatis condiantur. Plurimæ res que fortis sunt, quarum tamen beneficio vita interdum carere nequit, dolorem capiti accersere possunt. Qualis est cibus flatibus plenus, pleniorque cibus: aromata, quæ vaporibus caput opplent, vt scribit Hippocrates, οὐδὲ πάντας τούτους, καὶ γενέσιας ἐπιποτεῖ. motus corporis & animi à cibo: & cuncta ἀθρόος incurrentia à foris. A morsu animalium, ebrietate, iectu, casu. Si à vento indoluit caput, is maximè viam inuenit per nares & aures. Si naribus conceptus sit, his impone oleum chamælinū, anethinum, cum pauco oleo rosato maturo, vel cum vnguento rosato: maxime si calidus is fuerit ventus. Si

per aures inuasit, hæc tunç illis immittantur: & caput rigetur oleo chamælino, vel liliorum alborum. Ita calido etiam à vento oborto malo, ab astringentibus temperat se Abincennas. Dum verò à frigore dolent, castoreum, muscum, ambram naribus indebat: nos guttulas oleorum, leptomeria insignium, aspergimus pomata: vt oleo cumini, sceniculi, lauti, anisi, caryophyllorum, florum chamælorum: &, vbi de flatu dolorifico, cætera diximus. Ab ebrietate si illatus sit dolor, non priùs quam aut vomitu concito aquâ tepidâ cum oleo, aut alio solutâ onus positum fuerit, capiti remedia imponantur: dein parum dormiat. A somno oleo rosato maturo caput imbuatur. Si perseverat dolor, auctore Abincenna, postposito rosato, potius chamælino illinemus, aut lilio, vna cum succo brassicæ. aut folium brassicæ ab igne flaccescens, rosato vnguento imbūtum, vel aquâ maceratum calidâ rosatâ, capiti imponatur. Si σύνωσις causam dederit (quâ pulchritè ab ebrietate discriminat Plutarchus, tertio Symposiacon, & libro De loquacitate) eodem modo mulceatur. toto die à cibo vacet: vesperâ hordeo vratur, vel auenatâ pulte, vel lacte acido, vel piscibus pelagicis, lactucâ, brassicâ in acetariis, ceruisiâ. Brassicæ folium rosato vnguento illitum imponatur capiti. à tertio die chamælino vténum, & balneis. A dactylis abstineat, inquit Nonus, nam naturæ quadam peculiari vi cephalalgiam gignunt. Cùm ab aromate dolet, contrariâ vi recreetur cerebrum: vt si à mosco, olfaciat caphuram, vel aquam aut acetum

*Trogo.**A causis
externis
dolor.**S. Aph. 2**A vento.**Abstrie-
tate.**causat.**Ab odera.*

acetum rosaceum. & si squalor contractus fuerit, viola aut nymphæ nates feriat. cùm diuturnior est dolor, abigitur vt calida intemperies. Si à luc venereā, hepatic recretetur, oleagineo succo guaiaci. A vulnero ni relinquatur exitus infimâ parte, quo elabatur pus, arroditur craniū: & nonnunquam per futuram influit pus, hinc dolor & inflammatio. Hic laxandum sine calore, vt emplastro ex hyperico, vel de betonica. vide Holerij Chiturgiam de dolore. His peractis, pus signatur, & detergatur. Sed lenitâ primū aluo ad lectio-nes veniendum. A musculis, inquit Aretæus, cauendum, metu conuulsionis. Quidam, inquit, ad os suturæ coronalis aperiunt: quidam ad diploēn: alij ad meningem usque, in inuidis doloribus, robustis ægris, & animosis. Ab iictu si dolet, metu inflammationis aperiatur (si vires & ætas admiserint) vena: alioqui aliud ducatur. Et locus rosaceo madescat; dein chamæmelino, vel cataplasma-te ex hyperico, meliloto, chamaem. rorismarino, ex aquâ & vino: vel fôtu. Si ad periostion peruerterit plaga, scalpris radendum os, deducto pericranio, & inspersâ solâ iride Flo-rentinâ: eam usu compéri omnium felicissimè ossi aspergi: nam gummosa cætera nigrum reddunt os; hæc autem candidum ac odore gratum. Inflammatione vero foris incipiente, optimè talis curatio qualem in pueris capite contusis doctis. Arantius præscribit, in fine commentarij sui ad librum Hippocratis De vulneribus capit. Nā veteribus etiam, ubi ruptis meningibus, acerbis dolor conuulsionis ac delirij metum.

ad fert, & mortis, oleo dulci tegitur caput, vt nerui laxent se; & acetum cum rosaceo imponebat Archigenes, integro cranio: mox in statu solo oleo, vel emplastro viendum in declinatione, vel chamæmelino. Quies adsit, sobriè viçtitet, euacuationi studeat. Vaporem eructantes cibi, vt cæpæ, legumina, lacticinia, fructus oleosi, vt nuces, herbae odoratæ & petroselinum, & graues odores, au-ster, vehemens sonus, gyratio motioque vehemens, fœcunda sunt in dolorem capitis. His adde animi pa-themata, vigilias, iram, curam grauem, inanitio acriorem sanguinem producens. Nam omnia euaporantia capiti sunt dolorifica. A Sole illato dolore, si insigni turbatione agitetur corpus, purgandum erit, sua-fore Abincennâ: si igitur nulla inde trepidatio oriatur, de purgatione ocium sit: & vt simplex intemperies calida castigetur. Et à frigidorum foris usu Paulus ad tenuia venit, vt serpillum. Cùm dolor fronte aut vertice fixus, aut temporibus hæse-rit, hac arte reuellunt eum in occi-pit. Accipiunt crudam partem car-nis bubula, ex natibus, pollicis ma-gnitudine, occipiti imponunt spacio quinque vel sex horarum: idque re-petunt, priori carne deposita. Sed à fætore caue. Alij accipiunt duo vel tria albumina ouorum, remiscent abrotani manipulum: hoc dicunt eo trans ferre dolorem, quo cumq. loco capititis admotū fuerit. hoc quidam in peste feliciter utebatur. Aliud: Accipe nucleorum persicorum, se-minis papaueris albi, cuiusque vniciam: ht puluis, aquâ excipitur, vt cohæreat, pepli, capiti admouetur.

Empirica.

Alij autem Alexandrinam capiti illinunt. Cunctis, progressis aliquantulum doloribus, hoc cōfert: Accipe succi chamæm. vncias duas; rosarum succi 3 j. succorum ruta, betonicæ, cuiusque drachmas sex; lucci radicum althææ vnciam; olei rosati omphacini lib. j. alabastræ optimi puluentati vncias duas. cum cerâ albâ q. s. fiat vnguentum: alabastrum maceretur 24. horis in oleo. Interdum semunciae huius vnguenti addimus grana tria opij. Interdum miscemus muccaginiæ fœnugraci, lini, seminis meliloti, in æquali copia, cum oleo liliino. Modicè laxando digerunt, oleum liliinum, chamæm. meliloti, lini, sambuci. Somnum prouocant hoc modo: Accipe opij scriptulum; caryophyllorum olei guttas v. dissolue lacte muliebri, vel aquâ rosata, & naribus, & pulsibus illinatur. Observatio de cephalæa, in qua curatione ana cephalæa fit.

Hip. De morbu 1. *vñtā tōtās.* Fit à materia quæ in vitio est copiâ, vel qualitate, vel his iunctis. Materia autem haec mixta est ex calidâ & frigidâ: hoc est pituitâ & bile: vel melancholiâ & bile; hi in longo malo, malignè melancholescunt in crassum viscidumque succum. Interdum sanguis iungitur: notæ indicabunt, ex calore, colore, dolore, diætâ, ætate, naturâ. Interdum à vaporibus fit vterinis,

mordacibus & tendéibus; hi facile evanescunt, & recrudescunt. Indicatio cutatua erit roborâdi, incursum succorum, à toto vel parte aliqua accidendi, mandans si adsit pars curandi: nam effert interdum se immaniter dolor, ex occasione noctâ frigoris, caloris, iræ, & cæteris quæ caput æstu perfundunt: &, inquit Nonus, strepitu, clamore, splendore, vino mero, & apepsiâ. Hoc sit attracta materia ab imbecillo cerebro, eave ibi commota. Nam Cassius in problematibus, vbi querit, Cur capite dolentes plus sentiant doloris expergefacti? Quoniam, ait, moto capite, maior sequitur materiei fluxus, obstruktionesque adauget. Si à congestione, sensim euacuetur, & cerebrum roboretur. Cephalæa & hemicrania eisdē remediis cedunt: nam solâ sede differunt. Seca cephalicam: dein purga clysmo cum hierâ: postridie da hieram cum agarico trochiscato, si pituita morbū fecit. si bilis, da pilulas aureas. Dein prepara pituitam decocto hyssopi, origani, majoranæ, betonicæ, radicibus fæniculi: propina cum oxymelite; detur in aurâ, & superdormiat. Tandem ad elleborum ibis extractum: vel pilulis vtemur cocciis, vel euphorbio ad drachmæ dosin, ex cassia drachmis tribus, vel quattuor. Deinde repercutiendus succus, qui à toto, vel parte aliquâ influit, cum iam mediocriter euacuatum est corpus: nam vñtâ roborant caput, & exprimunt infusum succum: de his antea sat is. A merè frigidis abstine, id est, actu & vi, nisi effera vis bilis, æstas, & robur illa velint. Ego vnguento vtor rosato, cù oleo violato;

addi-

addi potest succus hederæ, & limonum. Dein, turgidis venis, eucurbitæ, vel frontis venæ sectio debetur. Hinc erthinum fiat, si pituita congesta capite sit, ex succo radicis betæ & anagallidis cætaleo flore, vel cyclaminis : his immacerare licet claterium (quod quidam ex lacte naribus sorbet) vel turbith, &c. & pennæ attrahatur naribus liquor. quidam fortissima purgantia ex aquâ coquunt, in eundem vsum. & pyrethrum masticent. A cena detur theriaca noua cum conseruâ rosarum. Foueat caput decocto chamæm. & vngat oleo cham. terpillum interdu adiice. tandem ad euphorbium surge. Accipe olei chamæm. vnciam; euphorbij drachmam; olei caryophyllorū 3 ij. misce: vngat caput, frontem, & tempora. Tandem ad sinapismos curatio erigēda. Mulier, dicit Paulus, multos ita curabat; radicem cucumeris asinini, & absinthium hydrelao incoquebat, donec liquecerent. Primū caput hydrelao fouebat; dein ex his emplastrum derañæ capitis dolenti parti admouebat. discutit & roborat, vel accipe rutam & folia lauri, coque in oleo: colatura vncis duabus adde vitrioli Romani vsti semidrachmam; croci semiscriptulum; aquæ vitæ drachmas duas; cere parum: fiat vnguentum. Hæc sunt remedia dolorum capitis. at, inquit Atetæus, quibus hæc non conferunt, hi veratto vtantur: & inquit, quæ toti capiti remedia conducant, ea singulis eius partibus adhibere bonum est; quare heterocrania, &c, iisdem sanabitur. Alius cottidie respondeat, nihil longis cephalæis salubrius: & his vino nihil nocentius.

cruditates vitanda. Arceant à mensâ petroselinum, brasiliacum, lactucam, daçtylos, amygdalas, nuces. A cibo pyrum, vel malum cydonium sumat, vel saccharum rosatum. manè sumat theriacam; vel, si mulier, auream Alexandrinam, vel tripheram Persicam. Problemate iam hoc, hoc caput, de dolore capitis finiamus: *Præblema.*
Cur anterius pars caput plenumque dilecat.
 Cur maximè doloribus fatigatur antica pars capitis? An quia pituita plurima ibi congeritur, vbi sua effundibula habet nares, palatum? Præterea si à sympathiâ aliarum partium fatigetur, vt à liene, hepate, dia-phragmate: ab his vapores & suc-
cos accipit: quod facile facit hepar per venam cauam: lien per arteriam aortam. Ab his itaq. focus, in capitis imbecilliorem partem eructatur materia. Hæc enim vasa ad iugulum diuiduntur, & capiti dextræ & finistræ parte immittuntur. Quare quod ex liene veniet, non feriet potius sinistram, quam dextram capitis partem, vt nec quod à iecore importatur, peculiariter dextram magis fatigibit. Nam hæc inferuntur per viam communem: quamuis alioqui illa rectitudo vera assenseretur, si per colligationem & continuationem consociarentur hepar & lien capiti. Sed clæræ per vasa materiæ, in sinciput exutiuntur maximè: arteriæ enim rectâ èo cursum suum flectunt: & dum sanus est homo, sese traicere per hanc regionem vapores solent, vbi suturæ laxissimæ, os tenue & possum: præterea in anticâ hac regione suturatum, plurimæ sunt membranæ quæ meningem pericranio jungunt: accedit quod venæ ibi terminantur. Hæc ita eueniunt, modò nullæ

M 3

nullæ

Nota

*Mpn impf id sp
dm a mnhfo c*

nulla sit excusatio infirmioris alterius partis: nam haec potius accipiet iniuriam exclusi succi. Attamen occiput peculiariter ab utero affligitur, ob syntimorian quâ illi necatur per spinalem medullam: modò non vaporibus inde etatis hoc fiat: sed à partium continuatione. Capitis dolorem, inquit Marcellus, quamuis veterem & intolerabilem, protinus tollit, & in perpetuum remediat torpido nigra viua imposita ei loco qui in dolore est, donec desinat dolere, & obtorpescat pars: tunc enim illico remoueat: vix ad duas træsve torpedines respondet curatio, id est torpor, quod signum est remediationis. Hoc idem testatur Scribonius Largus: Pueris, inquit, lini semé ex aqua imponatur bregmati. In aliis, fotus ex decocto capitum papau, & lauri, quin pueris cucurbitæ viridis ramæta capiti imponantur. Cutriones oleo incocti, inquit Aëtius, prosut: oleum inlinatur: & dicit, hemicraniam curat euphorbium cum aceto, aduersæ parti initium. Antiquitas superstitionis remedia plurima habuit: nam scribit Cassius Dionysius *γεωπονικῶν* libro nono, ubi meminit certaminis Neptuni & Mineruæ, in condendis Athenis: Postea ait, Victoribus corona ex olea dabatur: &, inquit, physica ratione cephalalgiam leuat: folio autem oleæ inscribebant *Ασηπά*, & capiti filo alligabant: literis tribuentes, falsâ superstitione, quod oleæ viribus debebant.

CAPVT. X.

De PHRENITIDE.

HACTENVS de dolore cutis capillata, & pilo caratis, pericra-

nij, calvariae, diploës sive diploidis; intenso, remissio, graui, acuto, omniamq. grauissimo duræ meningis. qui, ut iam diximus, *capitis proprius* est, sicut delitium cerebri, de quo iam. Insania autem varia sunt idea, meatem variis vanisque imaginibus addicentes, vnde & loqui & agere ægros aliena cogit. Verum ex insanientibus alij quidem hilares, alij tristes sunt, alij inter loquendum despiciunt, alij futore aguntur, alij simulationem atq. artem adhibent, vt post custodibus inferre manus valeant. Est & altera species quæ ferè inuidit sine febre; post verò, vt Celsius ait, febriculas excitat, consistitq. in tristitia. Tertia species eorum est, qui aut non falluntur mente, verùm imaginibus, quæ obiciuntur: vt de Aiace, de que Alcmæone poëtæ tradunt: aut ex animo quoque despiciunt. Ita varia est deliriorum idea, pro variâ suscipientis & efficientis causæ naturâ: sunt enim deliria alterati, & quasi morsu quodam lacefitti cerebri, & repleti symptomata. Sic lethargicorum deliria sunt cataphorica, & cum citâ obliuione cœuncta, ex pituitâ putri. Comatosorum vigilum typhomania ex pari copiâ pituitæ & bilis. Phreniticorum perpetuae cum vigiliis & febre dementiæ, à proritatione bilis flauæ, in cerebro stabulantis. Fanaticorum insaniae, quas phrenicas manias vocamus, delirij plenæ sunt, vt qui omnino de potestate mentis exierint à bile atrâ, quâ genuit flaua: quod illius quam huius multò sint actiores mortis. Vnde his dementiae summa sunt omnia, quæ cernuntur in cœptis immannibus effectorum fanaticorum. Sic enim

*phrenitici
ut vndeat
fanatici.* enim homines è phreniticis enadūt fanatici: quoniam æruginosæ bilis, quam vomunt elapsam è cerebro in ventriculū, facilis esse solet in atram mutatio. Atque vt bilis flauæ, ac inde mox æruginosæ, symptoma in cerebro est phrenitis: sic atræ mania, ob morsus acrimoniam. *Nugigarrulorum* dementiae sunt à sanguine non ita multum acri, nec multa bile perfuso. Melancholicorū est silens ipsa dementia, vt phreniticorum garrula: quòd illa sit ab humore melancholico, mœroris & metus parente. *Medici* cūctas has insanias distinguunt in phrenitidem, maniam, & melancholiā: nam, vt ait Celsus, Insania commune est vocabulum ad maniam, phrenitidem, & melancholiā. Hanc distinctionē ab Hippocrate mutuasse videtur: nam mania siue insania trīplici ratione accipit ab Hippocrate, vel pro valido delirio, vt primo Prognosticōn, vbi ait, si in hypochondriis incendio conflagrantibus, ac tensis, & dolentibus, pulsus insit, ac oculi volubiles & instabiles fuerint, μανία τέτοις ἐλπίς, id est, phreniticos eos fore metus est; cùm nempe flaua bilis, à flagrante æstu, in atram degenerauit: vnde extrema insania. ita eodem libro vbi de dentibus, ait, Dentes stridere per febres, μανία, id est, insania: præludium. Hæc dici potest mania phrenitica (vt etiam μελαγχολία ἔκστον, id est, egressionem melancholicam dicimus, cùm quispiam è melacholico euadit fanaticus) quam genuit bilis atra, ex flauâ bile perustâ, quæ atrociora pathemata adferre solet, quam ipsa phrenitis vnde ortum habuit cum febre. de hac maniā phren-

niticā loquitur Hippocrates, Phrenitici sputatores fanatici: etiāne tremuli? Nam à phrenitide sauiore ad maniam facilis egressio esse solet: vt penè miraculo acriperit Hippocrates, quòd illo calo pestifero, ne vnuis quidem phreniticorū qui tunc ægrotabant, evasit fanaticus, vbi ait: εἰ δὲ ἡ ξενάρη φρενίτικὴ ἀδεῖς. Secundò sumitur mania ab Hippocrate, pro delirio sine febre, à calido succo, vt in iam adducto loco: qui non insaniunt mania illa feroci phrenitica; sed leuiore ac melancholicā, ex quā propriè fanatici nominantur. Tertiò, pro delirio sine febre, à succo frigido melancholico, & dicitur propriè melancholia, vt 6. Aph. 21. Nos iam hīc agemus de phrenitide, & de maniā phreniticā. *Phrenīs* nomen habet à difficultate mentis, inquit Cælius Aurelianus, sicut dysenteria, *Numen.* & dysuria, quòd vrinam vel ventre impedian. Phrenas enim Græci mentes vocauerunt, quām impedimentum phrenitica ingerit passio. Est itaq. vox à symptomate desumpta: quia ex re notissima vulgo, plenumque accidentia nomina sortiri solent, ita etiam hic affectus, nomen à symptomate accepit, hoc est, à delirio, id est, à depravata mētis actione: sed delirij causa est morbus. Galenus vocat Delirium perpetuum. Abincenna vocat Sirsen calidum, id est, apostema capitis calidū: ad differētiā lethargi. Et est vox Persica, dicit Abincenna, sir enim Persis est caput, & sen est apostema: vt birsen; bir peccus, sen apostema. Arabes vocant Karabiton, id est delirium perpetuum. Per Cibarren intelligit Abincenna phreniticam maniam, quæ fit à retor-

*Quid.**Definio.**Memoria
manatur.**Historia.*

à retorridâ bile; quam Trallianus vocat phrenitidem fetinam. Est autem Phrenitis deliriū insigne, mentis excessum habens, deliram actionem, palpitationem scilicet, linea & operimenta indecorè nec necessariò colligens. Adebat enim delirium perpetuum, cum vigiliis, febre acutâ, & ferocitate, quod in cerebro sedem habet, bile perfuso. Quare hanc ita

definimus: PHRENITIS est functio deprauata principum omnium facultatum cerebri, nata à cerebri immoderatione, quæ originem traxit à phlegmone meningum. Principes facultates (cogitatio & imaginatio maximè) deprauantur: verum memoria percellitur tantum: nam pertinet matulam, micturiunt, & mingere interim non meminere. Quam variè hæ percellantur facultates, historiis id eleganter depingit Galenus libro quarto De locis affectis, capite primo; vbi de seipso, & de lanifici filio præcipitato: & libro De symptomatum differentiis, vbi de Theophilico medico: & libro secundo De motu musculorum, vbi hæ historia:

Nouit, inquit, quendam per tredecim dies delirasse, hoc pacto: putabat se Athenis, non Romæ iacere: cerebro autem familiarem puerum reuocans, iubebat sibi, quæ ad gymnasium pertinebant, afferri: & paucâ intermissione factâ, Heus, inquit, Ptolemaeum dico, decreui in gymnasio diu lauari; ac nonnunquam exiliebat interea, atque indutus ibat rectâ ad ostium aulæ. Ac quum retinererent eum, qui intus erât, & exire prohibebant, cur sisteretur ab eis percunctabatur. Hi vero (nihil enim licebat nisi vera proferre) febricitasse

cum affirmabant, & nondū febrem abiisse. Ipse ad hæc valde modestè respondebat, scire enim ipse dicebat, quod adhuc restibiles quædam reliquæ febris perseverarent, sed eas esse penitus exigua, nec verendum ne à balneo laderetur, ortam enim sibi præsentem febrem ex itinere. An non recordaris, cōuersus ad puerum dicebat, quod laboriosè iter heri fecimus à Megaris Athenas? Talia cùm diceret ac faceret, hemorrhagiâ liberali ex natibus oborta, totoque dein corpore effuso sudore, evanescit. Propterea ad cerebrum, & non ad solas meningas hæc fera symptomata duxi. Etenim in cuius bonitate consistit trium facultatum integritas, in eiusdem vitio hæret earundem facultatum depravatio. at in cerebri bonitate, & non in membranis vel ventriculis, consistit earum facultatum integritas: quare in eiusdem vitio, scilicet temperamenti alteratione, & habitus mutatione, consistet earundem facultatum depravatio. Hæc cerebri intemperies originem trahit à meningû inflammatione, & maximè tenuis meningis: nam hæc non solum ferit cerebrum, sed ita intertexit cerebrum, ut nulla ipsius deprehendatur particula, quæ membranâ hac careat, ut asserit Galenus libro octavo De vībus partium corporis, capitî secundi ad finem. &, inquit, disserens contra hos qui cor refrigerati à cerebro dicebant, tenuem meninga calidam esse confitentes, rigatam vasorum sanguigerorum copiâ, audetis adhuc cerebrum pronunciare frigidum? Quare nos dicimus membranas cerebri inflammari, & cerebrū solum

in intem-

*Cerebrum
hic non ne
cessario
inflammari.*
*Cerebrū
hic affec-
& vnde.*

adè vt & futuræ rumpi videantur ex inflammato cerebro & membranis. Hic solum adest vera phlegmone cerebri & meningum: nam de hac loquitur Abincenna, qui reprehendit ibi sui æui medicos, qui existimabant cerebrum ab apostemate immunc esse: nam dicit, cerebrum viscosum est & lene; igitur potest tendi; quare & inflammari. Quæ tamen tensio, ut iam dixi, in molli hoc viscere, à tenui materiâ, locum non habebit, nisi in saeuissimæ hecticæ q. phrenitidis vigore. De hac inquit Abézoar, grauia & calamitosa trahit symptomata, adeò ut celeri pernicie curationis spē anteuertat: nam motu ægri spoliantur corporis, titubatque vis totius corporis. & ut breuiter dicam, inquit, firmato ita apostemate, penitus moritur; quare dicit, curationis curam accido. nam dixerat antè, si spes foret curationis, ea esset in phlebotomiâ, & tenui diæta. Hæc itaque causa fuit, quod phrenitidem per intemperiem definierimus calidam & squalidam cum materiâ, quæ verè substantiam cerebri affligit; cum adsit perpetuum delirium: citra alterius partis extra caput positæ affectū. Nam phrenitidis locus afflictus, idem est qui lethargi: igitur cerebrum occupat. Propterea dicebat Trallianus, in verâ phrenitide inflammari cerebrum, nimurum in hecticæ phrenitidis vigore; aut eam quæ cerebro adest membranam. Saeva itaque phrenitis (non loquor de saeuissimâ hecticâ cum ad statum venit) causam ducit ab intemperie cerebri calidâ & siccâ, cum materiâ, quæ causam ducit ab inflammatis meningibus, maximèque tenui. Ha-

N

Etenus

Gauſe.

Galen. 2.
Loc. qf. 9
& 13.
Meth. 3.
9. 5.

Galen. 2.
Loc. qf. 7.

3. Epid.
bif. 2.

Ctenas qualis affectus sit phrenitis: iam de eius causa, & quænam pars cerebri affligatur: de his, inquit Trallianus cuncti dissentunt. Hic adest inflammatio à sanguine feruente, qui nempe sanguis biliosus, hoc est, bile perfusus: vel bilis sanguine perfusa, est inflammationis huius causa continens. malignus certè hospes: nam insanæ cacochymia, malignitate ceteris omnibus antecellit. Morbificus itaque humor & causa efficiens est bilis sanguinea, cuius proprium symptomæ in cerebro, est ipsa phrenitis: quemadmodū bilis atræ, excessus melancholicus. Quoties itaque ad præparationem suscipientis causæ, accedit vis efficientis, repentina inde efflorescit mali generatio, quæ vel lenitate vel ferocia sui parentis ideam genuinæ refert: ut mox dicam. Dixi sanguineam hinc in vicio esse materiam: quæ si à sanguinâ indole abiret, potius erysipelas faceret quam inflammationem: sed erysipelas potius peripheriam ferit, nec ita traicit totam partis substantiam: at hinc tenduntur meninges. Propterea Razes dicit, ex oculis, à sanguine tubulis, phrenitidem arguit, quare iure vocari potest inflammatio erysipelatodes. Fit nonnunquam & ex pallidâ bile retorridâ. Attamen siccum trahit ubique sanguinem feruentem, qui varie incurritur à bile flauâ cacochymia foedata, aut pallida, vel à retorridâ efferataq. bile, quæ etiam efferata insaniam infert, quælis Hermocratem fatigauit. Hinc dicit Celsus, Ex phreniticis alios esse hilates, alios tristes, alios faciliter contineri, & intra verba despere: alij consurgunt, & violenter quædam

manu faciunt: atque ex his ipsis alijs nihil nisi impetu peccant, alij etiam artes adhibent. Nam quæ à pallidâ bile est, mitior est, nec tam validas trahit febres: at quæ à flauâ bile, ferocior est, & maiorē habet febrem: at illa quæ ab excoctâ bile, omnia immanitatis plena gerit. Quare sanguinem melancholescentem à suâ face, & pituitosum ab hac iniariâ vindicamus. Nisi quis dicat cum Tralliano, acerrimam bilem à pituitâ dilutam insaniam hanc etiam adferre. Sed ipse respondet, eam falsam esse phrenitidem, in qua homines simul vigilantes somniant. Et nos dicimus sanguinem admixtum esse iniuriis biliosis his: nam adest inflammatio, nec nos fallit in hac consociatione sanguinem à bile superari; si non mole, certè vi; quin foedâ cacochymia efferata cum sit, suâ vi cerebrum vibrat. Propterea recte scribunt auctores, in verâ phrenitidebilem luxuriare: nam collineant adsuccum exsplendentem præ cæteris. Attamen doctiores non excludent sanguinem, ut qui fatentur inflammationem adesse, aut phlogosum. Morbificam iam materiam habemus. Sed quare haec materia sanguinea fetuida, patens inflammationis, infundit se in illas membranas quæ habent cerebrum? Tribus modis fluit humor, orgasmo, doloris vis, vel pars continens exonerat se in contentam. Propterea dicimus, hanc inflammationem fieri exclusione, vel attractione. Si exclusione, igitur aderit pars suscipiens, & mittens, & ductus per quos ruit, & materia ipsa. Partes suscipientes hinc sunt meninges vulnere debilitate, aut languentes ab,

tes ab ortu primo: maximè si improba accesserit vite ratio. Hæ membranae quod longius à cerebro recesserint, hoc minus periculi habent & furoris; vt si maximè occupata fuerit dura meninx, minus periclitabitur æger, quam si tenuis meninx maximè obsecra foret: cum hæc vbiique inequitet cerebro. Cum enim hæc validè inflammata est, non longè ab inflammatione aberit etiam cerebrum. Ruit materia per ductus venarum & arteriarum. Materia est sanguis biliosus, vel bilis sanguinea. hæc materia cacochymiam insigne p̄gat: quin nonnunquam tantâ pernicie tacta, vt verè veneni faciem induat. Ita scribit Galenus tertio libro Epidemion, perniciosa phrenitidem fieri ex materia quæ spirat lethale venenum. & subdit Galenus, miri quid esse, quod sani homines in phrenitidem abripiantur, & ante septimum diem eius vi pessundari. Scripsit ibi Hippocrates, phreniticus quarto die obiit. Mirum profecto, quod commode degentes, præter vlla præludia, & sine aliquâ præsensione in tantam calamitatem trahantur. Sed admiratio cessabit, si crediderimus morbos subitò gigni posse, quamuis causæ sensim inualescant, & malignitatem bibant. Non enim efficientis causæ tam est subitaria generatio, quam affectus ipsius inopinata irruptio. silenti enim pede repunt causæ, vt eleganter Hesiodus,

— Morbi noctesq; diesq;

Sponte sui sine voce ruunt, namq;
ab Ione summo

Abl. ut. est illis quecumq; poëtia fundi.
Idem illud dixerat Hippocrates. de
membris, x. 231 μηδέν τοντα γίγνεται, δόπων

ēsq; πάρον, id est, paulatim collecta vis, confertim exsplendescit. Hoc lucide cluerit in mortis à rabido cane: nam illud venenum semel infusum consentaneum est non ociati, licet multis mensibus sileat: at tandem hi aquæ in odium incurvant, & postea breui moriuntur. Ita venenum rabiem inferens vites acquirit eundo: & vbi eò peruenit, subito enecat. hoc modo fœda cacochymia interdum in febrini & phrenitidem subitè exilit, dum effera bile perfusus sanguis orgasmo quodam ruit, in cerebri membranas se effundit. Mittentes inter partes est hepatis; & etiam cor: nam, vt putat Alhasara-nia, fit cum sanguis abūdat in corde, qui sursum repit: vel totum corpus cacochymia contumaciam emittit hanc calamitatem. nam plethora ab hoc crimine aliena esse solet: nisi causæ sanguinem inflammantes accesserint. Sin meninx sanguinem attrahat, id fieri ob eius dolorem vel calorem: & propterea corpora calentiora & squalidiora natura, vel ab usu terum siccatur, huic morbo, maximè in iuuentâ, exposita sunt. Variâ nonnunquam facie incurrit phrenitis, vt vel formâ, loco afflito, aut causâ efficiente discriminatur. Formâ; nam diximus phrenitidem esse functionem depravatam. Vel enim leditur imaginatio, perseverante in officio cogitatione & memoriam: aut cogitatio labefactatur, integrâ imaginatione & memoriam; vel tandem imaginatio & cogitatio oblitorantur simul, superstite & cimicante memoria, vt prius diximus. Inconclusa itaque memoria perducat ex Aëtiâ sententiâ: qui eam adeò

Differ-
tia.

A formâ.

z. Loc.

af. 2.

infractam afferit, ut eā percunte, & ratio & imaginatio vñā euaneantur. Dubia profectō sententia: quin percelli eam validē nōnunquam videamus, quum mox, à datā matulā, mitionis obliuiscantur. Attamen prudenter hoc afferuit Aëtius: nam loquitur de principibus facultatibus cerebri, quatenus propriā ratione, & non per aliud perueruntur. nam memoria cūm propriā ratione lēditur, id à frigore patitur; quod hic abest. Mytiades vaporum in phrenitide caput opplent, vnde mille phasmata occurunt memoriaz: hinc lēditur memoria *χτισμένης*: secus sit in imaginatione & cogitatione. ita ducuntur differentiae à formā. Secundō differunt phrenitides, loco affectō: nam vel totum cerebrum, vel eius pars occupata est. Si pars cerebri, ea erit antica, postica, vel media. Scio hīc disputari, vtrum principes facultates capitatis, sedes in cerebro habeant varias, nec ne. Et quamvis hāc quæstio ad signorum dignotionem faciat, parum tamen utilis est ad medicinam faciendam: nam quæcumque sedes affligatur, semper tamen remedia suturæ coronali debentur. Ut breuiter transigam, Arabes, & inter Græcos Aëtius hanc hypothesis indubitatam sumūt. non tamen veterum Græcorū quisquam ita existimasse videtur: sed horum sententia fuit, quod facultates cerebri percelluntur modò leuius, modò grauius, vt cause morbificæ fuerint vel tenuiores, vel grauiores: vt si fuligines tantū perfuderint cerebrum, fiet solius imaginationis depravatio: si inflammatio aut acerbior causa fatigauerit, flectetur in errorem.

*Aless.**Quæst.*

Aninc.
1. i. doct.
6. 5.
Auerb.
3. Collect.
40.
Aët. cap.
de phren.

cogitatio &c. Recentiores Græcos fortè abduxit in hanc sententiam Galenus, qui scribit libro primo *Prorrheticon*, & libro quarto *De locis affectis*, cerebrum cūm affligitur apud anticos ventres suos, lēdi imaginationem: sin illi medios secum ventriculos trahant, perueri & cogitationem. quin Galenus primo *Prorrheticon* querit, quid tam variis symptomatis ludat phrenitis: curque modò imaginationem, modò cogitationem, & memoriam eludat? Hoc euenit, inquit, ex humoris raptu ab vñā in aliam cerebri partem. itaque hoc fieri ait, ex variarum cerebri mansionum irritatione, & alteratione prægrandi, vnde successiva opera *quartas*, *inqiuiri*, & *memorandi*, id est, facultati apprehendi, judicandi, & memorandi. Ex his elucet, non temerè in hanc sententiam itum esse. Resistere tamen videtur Galenus tertio libro *De locis affectis*, capite septimo, vbi scribit anticos cerebri vetriculos planè despiciendos esse. Sed, vt verum fateamur, ibi agit Galenus de spiritu animali, non quatenus est instrumentum principis facultatis, sed sensus & motus: cūm cuncti nerui ex posticā emanent parte. Sileant iam auctoritates, quidnam ratio contraria efferte possit videamus: illa dicet, Si principes facultates quae in cerebro habitant, varias mansiones occupant, igitur unus idemque homo poterit ingeniosus esse, vique imaginandi excellere, & etiam memorandi potentia alios anteire: at plerumque ingeniosi immemores sunt: quin non raro memoriā validē exsplendente, torpescit imaginatio. Respondebi-

aph. 27.
cap. 2.

*Galen. 4.
loc. aff. 1.* spondebimus, cerebri ventriculos maximā contagione inuicem consociari: & hinc iure sit, vt cerebrum quod anticā parte madescit ac molle est, valeat iudicio: sed cūm hæc mollices serpat etiam in cerebri postica, sit vt quidam euaniā memoriā ingeniosi sint. Sin euenerit, vt homo memoriæ gloriā singulati valeat, ob cerebri partem posticam sicciorē, poterit ea siccitas abire in anticā, unde iudicium labefactabitur. Hæc causa est cur ratiō ingeniosi, memoriā excellant. Sin omnes cerebri māsiones optimè comparatam temperiem gerant ad sua munia, feliciter ibi anima habitabit. Redeo. hoc modo à loco affecto differentiæ sumi poterunt veræ phrenitidis, hoc est, cuius in capite mansio: de hac hīc agimus potissimum. nam ex aliis partibus afflictis etiam insaniam nonnquam oboritur. videtur, inquit Aretæus, frequenter euenire phrenitis ex inflammatione diaphragmati, & Hippocrates eam describit tertio *de i. v. r. v. v.*, folio centesimo decimo sexto, lineā decimā octauā. Annotavit etiam Galenus insaniam fieri ob affectum oris ventriculi, & à febribus ardentibus, & à pleuride, & peripneumonia: idem censet Aretæus. Profectò apud veteres variæ admodum sententiae fuere de vero loco ac parte affectā in phrenitide: nam, vt auctor est Cælius Aurelianuſ, aliqui cerebrum pati dixerunt: alij eius fundum siue basin, quam lessi onem vocat Cælius: alij membranas: alij & cerebrū & eius membranas: alij cor: alij cordis summittent: alij membranam quæ cor tegit: alij arteriam *æoptlū*: alij venam cras-

sam: alij diaphragma. vis breuiter? singuli cum locum pati dixerunt, in quo animæ regimen esse suspicati sunt. Sed nos scimus animæ regalia in capite constituta; exinde mentis alienationem capitis offensā fieri asseueramus. Tertiò, à causā efficiente sumuntur phrenitidum differentiæ. *A causa
efficiente.* Hæc autem est vel proxima, vel remotior. Proxima est sicca calidaque cerebri immoderatio *εγχειριδια*: alioqui non foret morbus. Estque hæc cerebri intemperies in habitudine, vel in habitu. Si in habitudine, fit *1. Prorr.
33.* phrenitis quæ à Galeno dicitur tumultuosa: nondum, inquit Galenus, qualitate eius cerebro commissa ac confusa. Sin in habitu hæc fuerit intemperies quæ cerebrum fatigat, fiet hecphatica phrenitis: & hæc eueniet cum, vel sine téssione: hæc cūm nondum ad statum venit; illa, in vigore aderit, & sine vlla salutis spe. Remotior autem causa efficiens est materia sanguinea transfusa bile. Sed quo modo hæc materia capite concepta fuit? Dico phlegmonē adesse, quare & sanguis incurret mixtus pallidā, vel flauā, aut retrorsidā atraque bile. hinc variæ idæ phrenitidis. Sed cur cursum suum flectit in caput talis sanguis: & quis est modus generationis phrenitidis? Certè omnis humor tribus modis fluit, orgasino, doloris vi, vel pars continens exonerat se in contentam. Propterea affirmamus hanc inflammationem fieri transmissione, & attractione. Si transmissione, igitur orgasmō effera ruet materia; vel pars eam excutiet aliqua. Si attractione, id fieri vi doloris, vel caloris. Hæ itaque differentiæ nascuntur ex inflammatione, in quâ

Differ-
entia com-
munes.

notamus vel materiam influentem atram vel flauam; aut modum generationis, qui fit attractione, vel transmissione. Quantum ad differentias communes: est vitium compositum, nam est calida, & squalida, cum febre affectio. Est recens natum malum, nunquam antiquum: ob summatam vim morbi, & phlegmones ferociam, cerebrique nobilitatem. Est solutum, facile malum: nam bilis pungit naturamque stimulat ad suos conatus edendos: sed tamen periculumque funestum est malum: quod virulentia sua pepasni expersa est bilis, cuius ferocia labefactatur animalis vis, & cor. Vehemens malum, nam cerebrum naturâ algens ac madens longè his extra lineam suæ temperiei abripitur: validæ igitur intemperiei inuoluntur nobilis pars, cuius officio vita carere nequit. Mali moris malum, petennans & acutum. Dico acutum, non enim omnes phrenitides sunt peracute: sunt enim aliae peracute, quæ intra primâ hebdomadâ terminantur: aliae acutæ simpliciter, ut quæ ad decimum quartum suam absoluunt historiam: aliae non exactè acutæ, quæ in vigesimum diem excurrunt, ut plurimum tamen septimum transeunt, cum febres non adeò vrunt; ardētissimæ enim sexto interimunt. Libro tertio Epidemiōn, sectione tertia, varietate inueniuntur: nam Dea lysis vxor vigesimo primo obiit: alia puerpera, decimo quarto: aliis vnde decimo: quidam tertio: & Galenus quosdam quinto obiit se scribit. Specie enim breuis est morbus: qui tamen ad vigesimum potest abduci diem: ut nemp̄ eius fuerit vehementia symptomatumq.

vis. Est vitium totius corporis, ratione febris, est parti occupata non analogus affectus: humet enim & alget suo genio cerebrum, est vitium ex idiopathia. Hæc de Differentiis. SIGNA alia ostendunt phrenitidem imminentem, alia praesentem: habet enim quosdam gradus, ut primò, τὸν ἀρπτόν, id est, delirium: secundò, παρεγοστόν, id est, luculentis quibusdam notis se ostendens delirium: tertio τὸν ἐκσανθυδάτον, id est, excellum melancholicum. Imminente agnoscamus ex pulsu duriori, teste Galeno libro quinto De locis affectis, capite tertio: aderit perennis febris, quæ tamen ægrè se in superficiem corporis effundit, inquit Autelianus: vultus subinflatus siue plenus: vigilie iuges, quæ cerebrum iam siccari & in astum abripsi denunciant: aut, si obrepit, turbatus somnus, sic ut intertupia quiete, subito cum impetu è cubili profliat, vociferetur, ferociat: nam vapores caput turbantes, laborem hunc faciunt: unde interdū effrenis æstuat, & clamat: & insanæ quædam turbulentæ signa se aperiunt, mentis sollicitudo, ac prauitas sine ratione: iactatio cum assidua capitis commutatione. Aliquando etiam sine causâ hilaritas, oculorum rubor cum leui lacrymatione, & circumiectio manuum sine dolore, articulorum frigus sine febili tremore. Aliquisbus etiam sonitus capitis, atque aurium tinnitus, praecordiorum etiam tensio, visus attentus, vel frequenter palpebrans. His addit Trallianus futuræ phrenitidis signum, quod agri yaticinia loqui studeant. Sed vanè hic & fanaticè, aliterque quam in syncope

SIGNA
imminen-
tes.

Gal. 5.
loc. 3.

Caelius
Asrel. 1.
Acut. 2.

syncope vel causa: nam, inquit Areteus, in cordis affectu, sensus aciem exquisitiorem habent, ut videant & exaudiant plus quam antea. mente etiam sunt firmiore, & animo puriore. hinc non solum presentia declarant, verum etiam futura verissima diuinatione praedicunt, & capite quarto mira refert de causa implicitis, resoluto iam corde. Sed in inundante phrenitide, vaporum incursum perueritur mens: adeo ut ea quae iam dicuntur, mox obliuiscantur, ita ut quae iubere inceperant, aliae cogitationes interecipiant. quae primum premebat euanuit sitis: translata bile ab alio ad caput. Razas inquit, si cum vehementi febre adfuerit grauitas capitis & oculorum; cum faciei & oculorum rubore, cum tensio dolore capitis; si horreat lacem: pulsus velocior & frequentior: incipientis phrenitidis haec notae sunt. His itaque presentibus, metus adest iam iam futurae phrenitidis: maximè si his accesserit dolor occipitis: nam iugulares venæ duos ramos in occiput effundunt. His si sese intinxerit cervicis ab occipitio, & secundum vertebras summas dolor, firmabit coniecturam: nam hic grandes arteriae & amplæ venæ sternuntur, per quas se in caput sanguis effundit: & in his prima seditionis conspiratio seruet. Nunc si tempora saliant, in hypochondriis lentiat æget aut medicus pulsum, cum oculis vagis, iam iam θόρυβον dabit, inquit Hippocrates. Addit Abintenna faciei citrinatatem præambulonem. Quare cum ægri in his præludiis delirij, non invenerit, id est, occiput, dolere dicant, phrenitidem praedicite: potissimum si se

his cōsociat lotum clarum & aquatum, quod antea turbidum fuit: etenim turbulentia turbationem seri sanguinis denunciat à flatulento ipsitu & calore præter naturam: at claritas, translationem humorum morbiforum in caput denotat: ut in Polyphantio. Quare urina tenuis varia significat, ut sunt eius causæ diuersæ: nam aliis insaniam denunciat, ut hinc, ubi ad præparationem causæ suscipientis, id est, cerebri à spiritu flatulento multum vexati, accedit vis efficientis, per anathymiasin & perustionem bilis in alio stabulantis: tum, ut dixi, per eius translationem, quæ crudo adhuc morbo, ingens delitium adferre solet: at si cum pepasco fuerit, hæmorrhagiam prænunciabit. Itaque enumerata hæc symptomata repleti capitis, si perturbationis criticæ excusatione non habeant, neque ad crisiin apparent: erunt signa futuræ iam phrenitidis. Sed ineuntibus iam morbis, nulla crisis: propterea que nec illa perturbatio, sperabilem hic eam facit. Se nibus urina tenuis, criticæ ad dysenteriam appetit: saepè etiam prænunzia esse solet ~~et~~ ^{et} per decubitum in longis morbis: sed talia non hinc. His iungebant Asclepiadii scelatores aëris ~~et~~ ^{et} atmosphaera, & antecedentes causas, & naturam, & ætatem, ut astatis fine vel autumno hæc frequens passio: à vinolentiâ, vigiliis, sole, si mente mobilis, iracundus, doctus, debili capite, inuenis, in morbis facilè menti si excidat. ex multis his concurrentibus praesiendū. Praesens vero phrenitis qualiscumque quoque illa fuerit, siue primigenia, siue secundaria, quatuor præcipud notis.

7. Epid.

Galen c..
iuxta. affecti.Cariss.
Aurel. 71.
gen. 22.Signa præc
sentia.

notis apud Hippocratem innotescet: dissimilitudine morum, verborum absurditate, indecora corporis compositione, & doloris *αὐδησίᾳ*. De I. morū dissimilitudine loquitur Hippocrates primo Prorrheticon: ex composito & modesto homine fetox responsio, malum. Vbi Galenus in Commentario dicit, Cui propria natura composita est, is non solum cùm desipit perniciosa habere afflictionem demonstrat, verum etiam cum ferocitate respondens, propè ad phrenitidem accessit. Est enim ferocitas, habitus animi, quo ex professo aduersamur consiliis & officiis cuiilibus: vel, temeraria propensio ad excessum ferinum, quo truculenti sunt homines & efferati. quare scripsit, ἐν κοσμίῳ δεροῦσα θάτερος ναύος, id est, moderati hominis proterua responsa; mali sunt ominis. & in Prorrheticis, αἱ ἡθοὶ ἀλιγότεροι δερπόντες θεωρότες, id est, proterua responsio vel ad exiguum usurpata tēpus, ferocientis est indicium animi: nam mox erunt illa delitia immanissima & ferina. Ferinas phrenitidas vocat, in quibus vociferantur, II. calcitrant, mordent obuios quoque acsi inimici forent. Secundò, verborum absurditate se prodit præsens phrenitis: nam fatuitas, siue hugatum garrulitas, phrenitidem planè denunciat, vt testatur Galenus de vxore Dealcis, quæ modò garriebat, modò silebat. vbi inquit Galenus, τὸ μὲν γέ, λέγοι πολλοί, φεριτικό. τὸ δὲ στυῶσαι, μελαγχολικόν. id est, nam garrulitas ipsa erat phrenitica: silentium autem, melancholicum. hæc spestantur in risu etiam inani, qui à depeauata imaginatione & cogitatione

*Comment. 2.
aph. 9.*

I. Lib. 25

*3. Epid.
ſect. 3.
huiſt. 15.*

nascitur. Tertiò, ex indecora corporis compositione præsens internoscitur phrenitis, auctore Hippocrate libro primo Prognosticōn, vbi ait, Quodsi in ventrem iaceat, cui dum bene valeret, insolens sit ita dormire, delirium quoddam id præseferit, aut dolorem partium aluminarum. Quartò, præsentem phrenitidem notamus, ex falsò credita doloris vacuitate. hoc eleganter Hippocrates, Qui laborantes ex aliquā parte, hoc est, quæ pars causam habet quæ dolorem infert; & dolorem ferè non sentiunt, hoc est, absentia si adsit doloris, præsente ac urgente etiam doloris causā, & illas causas dolorificas non apprehendant: mentis ægrotæ nota est, id est, sensus communis, & imaginatio impedita aut debilitata est: ita, politico more loquendi γράμμα vocat. Ut enim dolor sentiatur, oportet qualitatē rei dolorificæ impressam sensoriis instrumentis, communicari sensui communi, qui iudicat passiones factas in sensoriis instrumentis: sed hic multis vanis imaginibus impedita est imaginatio. Quare, cùm premere re aliquā molestā, non sentiunt: vel cùm laborant partes rebus naturæ necessariis, harum inopiam nō percepérint, significatio fit; distractos spiritus nō representari imaginatiōni. Ut si spirat magnum & rarum: nam hoc est delitij proprium signum, quod tantum in illud cadit, non tamen inseparabile. quoniam in summā spirandi necessitate quam febris acuta inuenit, & pari spirabilitum instrumentorum libertate, quam magnitudo ostendit, sola voluntas in causā est quamobrem talis respiratio rara sit, quæ

*Galen. 5.
loc. off. 3.*

quæ debuit esse frequens. Est enim tum æger sui negligens neque memor, & cuius voluntas non antea erigit se ad suum munus, quām acrior sentio excitata fuerit in phantasiā per incrementum necessitatis. Quod elucet in rusticis, qui attoniti stupent visu tabulae politissimā arte depictā, quam dum hiante ore magnaq. animi contentionē intuentur, non antē respirant, quām nimia oppressionē propemodum suffocati ad se redierint. Nam phrenitici cur aliqui non frequenter respirant? adest enim summus corde conceptus calor, qui frequentem euentationem petit: nec impedit pectus ab inflammatione liberum; quod ita sit, nobis indicat magna quæ his adest respiratio: igitur hīc raro respirant, quia delirant, & non sentiunt cordis oppressionem: quare spiritus animales non transmittuntur ad pectus & diaphragma: sed ad locum ægrum harent: propterea Galenus vocat quasi quandam obliuiscientiam. Eadem ratione phrenitici βερχωδοι dicuntur, id est patum & raro bibentes ob depravatū communem sensum: ex quo efficitur, ut rei molestæ sensio nō excitetur ē τῷ φαντασμῷ, nisi raro admodum, cùm scilicet per accessionem causæ sitiferæ, phantasia redditur αἰδηπικότερος. historiam habemus in Philisco, Sileno, Dromeade vxore: nam in Dealcis uxore magna & rara spiratio successionem habuit parvæ & raræ: quæ interitus iam iam futuri nota est, effectis iam viribus. Ex dictis iam quattuor symbolis facile deprehendit præsens phrenitis: ad quæ varia symptomata referri possunt: qualia hæc quæ

iam dicam. Cùm dicit æger se ea vidisse quæ non vidit: propinquæ rei si adsit obliuio. nam, vt inquit Celsius, tum demum phrenitis est, quum continua dementia esse incipit: aut quum æger, quamvis adhuc sapiat, tamen quasdam vanas imagines accipit, & intra verba despiunt: Perfecta est, vbi mens illis imaginibus addicta est. Quare hæc rectè nota sc̄ maximè ad curandum facit: nam vt canit Q. Screnus,

Non semper præsens dolor est sanabilis: ergo

Cura magis prodest venturis obscuris morbis.

Imminens enim est phrenitis, cùm adhuc influit materia in caput, nec dum firmata cùm est materia in aliquā parte. Postea cùm intemperie suā exuitur cerebrum, euidentes notas præfert. Facies saturato rubore suffusa, vultuosa, & aspectu terribilis. Maximè obseruari debent oculi: etenim per sanitatem limpidi spiritus animales, oculos peruidunt: at incipiente phrenitide, miscentur vapores acres: &, inquit Galenus, cùm in cerebro biliosus succus abandatur, accedit rapida febris: oriturq; tunc fumus, ut in lucernis ab oleo, qui per vasa quædam ad oculos tendens, phasmatum causa existit: & efferantur oculi. nam vnde incipiunt intueri insuetu[m] aspectu: & oculi cruēti turgent, non sine scintillante igne vagi; & toruum inspiciunt squalentibus oculis, exertis, & truculentis. Quare delitij notæ potissimum lacent in depravato & feroci oculorum motu: ut est facilis mutuaq; οὐδὲ γάρ ἡ μονίμως sympathia. Circumspiciunt, & crebros quoquo-

O uersum

uersum cinct coniectus. Atque id faciunt vel sponte sua indecorè, vel iniussio motu penè inuiti. Tale si quid ~~adversus~~, indecorè id faciunt signo dementia. Tales oculorum coniectus Poëta memorat in Didone furibundâ, & cœptis immannibus effera contra Aeneam. Vident ut signa insanit se prodant ab oculis? nam omnium proximè absunt à cerebro. rectè Hippocrates, rāxorrā, ἢ τὰ ἕγγον, ἐπόμητι τὴν μάζαν, id est, communia & proxima, omnium prima & maximè afficiuntur. Insolens itaque & vaga oculorum mobilitas flammorum, ac squalidorum suspecta sit: squalent enim siccatis membranis & cerebro, unde aluntur & siccum suscipiant. Hōs rāger crebro perficit, modò siccos, modò lacryma perfusos acri. Lucem quoque aut tenebras si fugiat (exhaustis spiritibus & succis) cum fixo visu atque sine ullâ palpebratione, aliquando etiam manuum ante oculos præmissis, quasi aliquid apprehendere, vel detrahere volentium, quod aut inhalasse oculis, aut amè volare & grotanti videatur: nam in oculis patates tales fuligines vident, quas foris effè existimant: propterea & carphologia, & crocidismus ad-sunt. Febris etiam indicat eius præsentiam: nam, vt ait Aëtius, rārò ab initio adest febris; sed die quarto, quinto, sexto, quin & seriūs incipit: & ferè cum ipso periculo incidens: at quidam septimo, vel nono delirare incipiunt. Cūm autem præsens est phrenitis, aderit febris, quæ, vt inquit Cælius Attelianus, est intra diarium unum tempus in orcepedina-ta, vult dicere, in phrenitide paro-

*Accessio-
nes habet.*

*1. Aut.
3.*

niuus

xysimum efflorescere tertio die: nam ita euenire magnâ ex parte ait Galenus: dicit magnâ ex parte, etenim fit de quarto die interdum accessio in quartum, si ex atra reterrita q. fueritabile. Adebat horror brevis, vt ait Razès. Cum risu tacito, aut cū cachinno & cantilenâ, vel cum mæstitudine, silentio, aut murmure, aut vagitu, vel leni secum missatione, vel indignatione, vt in furorem exiliens difficultè teneatur, omnibus iracundus, vel sese percutiat, aut vestem suam vel propinquantium scindat; alloquentibus si non respondeat: nec poterit, nec cibum postulet: si ore datum cibum contineat, & paululum post eum proiiciat. Vigilæ iugæ necessariò ad-sunt, aut patuus & turbulentus somnus. Genatum rubor quem interdum excipit pallor: capitis siccitas, quæ statim ebibat somenti liquorem: denium stridor: guttæ sanguinis levissimæ per nares, capitis frequens acclinatio, cum aurium intentione, vt aliquid audire videatur: raptus cooperimentorum à pedibus ad superiora. Tandem cadauerosa facies, manuum tremor: præcordiorum vehementis tensio atq. ad superiòra adductio, impedimentum loquitionis, singultus. Pulsus creberimus atque submersus, & tremulus: & imbecillis, aliquando etiam desciens, & in similitudinem oleo defecti luminis marcescens: parvus ex imbecillitate: rārò magnus, nam rārò est mitis phrenitis: & si fuerit magnus, durus erit, quia membrane sunt occupatae: creber & celer, quia auctor est necessitas. Interdom, vt feti-bit Galenus, sit pulsus subtemulsi; quia facultas adeò languet, vt corpus arteriæ

*Galen. 4.
de caus.
p. 14.*

arteriæ illi graue sit, talis pulsus notat phrenitidem quæ est proxima syncopi: & pessima illa habetur, à prostratis vitibus. Tandem accedit pulsus cum quadam conuulsione; ob phlegmonem membranis conceptam: hinc durities affunditur arteriis, si quid vndosi haberet, hoc ei euenit ex substantiâ molli cerebri. Plerumque vera phrenitis, in quâ idiopathiâ affligitur cerebrum, perpetuum habet delirium, quod sensim nascitur & desinit: non subito & assatim ut deliria febrium ardentiū, pleuritidis, peripneumoniae, cardinalgiae, tactus hebescit, ut & reliqui sensus: obliuio mira, ut matella petita, meiere obliuiscantur. lingua, inquit Razes, nigra, aspera. Hæc sunt pauca & mitia etiam impendente phrenitide, sed grauia & plura eā præsentē. Interdum etiam adest quidam ptyelismus, cùm sputādi finem non faciunt indecorē. tametsi & necessitas quædam sputandi non raro idem denunciet, cùm exudante quodam ichore à cerebro inflammato, bullæ minutulæ assurgunt in ore & linguâ, tum idem serum mouet saliuam, prolapsum in alium, cuius è fundo prorepit ad saliuandum per tunicam eius, palato, faucibus, & linguæ intextam. Explicasse satis me puto quibus ex symbolis in præsentis phrenitidis agnitionem venientium sit. Videamus iam quidnam subsidijs ex agnitâ morbi historiâ adferre & sperare liceat. Cùm itaque phrenitis sit symptoma quod nascitur ab intemperie cerebri, orietur indicatio alterandi, cumquæ hæc sit calida & sicca intemperies, refrigerandum erit & madefaciendum. Sed

quia intemperiei sociatur materia, primùm erit euacuandum. materia autem est inflammationis, in quâ efflorescit vis caloris, ac vberitas sanguinis biliosi: quare temperandum & euacuandum. Materiæ morbificæ indoles hic notanda in substantiâ, qualitate, copiâ, & motu: nam cùm intemperies adsit cum causâ, à cause excisione auspicâda curatio. Materia si substantiâ in vitio sit, ut cùm venenum ferè spirat, aut si copiâ fatigat, euacuanda. si qualitate alteranda, si motu, cogitandum de influxâ, fluxurâ, & de eâ quæ partim influxit & partim influit. Si influit, aderit indicatio reprimedi. Quodsi partim irruat, & partim iam infedit (quod elucebit ex symptomatu incrementis vel decrementis) notabitur num in caput ruat emissâ à toto corpore, vel à peculiari parte, aut congestum sit in capite. A toto si irruat, illud euacuandum: & vt recessit humor à sanguine, ita patciūs educatur. ut si pituita salsa mixta sit sanguini. Si à parte, illa euacuanda, & renocanda ad carceres hos erit, vnde profecta fuerat. Sin in capite congesta fuit, cucurbitis exugenda. Fluxa materia vel hæret venularum anfractibus, vel in aliis effusa est, aut imbibita poris in molem effert partem. In primâ, deriuandum repellentibus: in aliis resolutioni & scariificationi indulgendū. Cùm materia fluxura est, sese effundet vel attratione, vel translatione: vtraque erit renellæda. Ratione doloris cùm prolectatur materia morbifica, ille mitigetur: si iniuriâ caloris, refrigeretur. A transmissione si irruat, occurrendum mittenti parti: propterea

O 2 nonnun-

nō nonnunquam in frigus abducimus, hepar, totumq[ue] corpus. Primum tamen totum purgetur: nam materia orgasmo efferata est: & obaixè alterandum. Ita à morbo, & causā morbifica elicitur remediorum census. iam ad alias indicationes pergendum. Num morbus in decursus sui principio, aut medio versetur explorandum: & num ex idiopathiā vel concordiā affligat: an sit vera phrenitis. Dein examinanda partis affecta substantia, functio, connexus, sensus, situs. Meninges affliguntur, (sensilis pars) propterea miti medicamine percellendā: sed leptomeriā valeat remedium, nam cranio testae sunt hæ membranæ. Cumq[ue] vna cerebrum laborat, à stricto medicaminum gelu abstinentū, & spiritus recreandi odoriferis, studendumque ut palato naribusque ritè excludatur materia capite concepta. Tandem indicatio à virtute ducta perpendicularatur: nam ea, si prostrata, totam ad se elicit curam, valida, negligitur, medio modo affecta, altero oculo obseruatur. Si breuis futura, tenuissimè habendi: nec coqui poterit materia; sed ilicò (quia effera) extrudenda. Si aëris incanduit æstu, strenuò agēdum. Ut breuiter dicam, repelle, reuelle; dein altera partem: tertio, quiescar, ratione virium: nam cùm phrenitis sit inflammatio, oportet scire quā arte curetur inflammatio: & ei tunc iungat cuncta illa quæ suadet & admittit pars occupata. Ut cùm adsit materia quæ influit & facit inflammationem, si à toto effunditur, illud vacuetur, illaque reuellatur: dein ad influxam pergendum biliosam materiam, quæ iam poris recepta est, per

*Anas.
phaleofis.*

exiles venas, quas distendit: hæc euacuanda repercutientibus, & cucubitatis, sanguis fugis. partim exudans, cùm venulae hanc amplius continere nequeant, vnde traiicit partes easque rigat: hæc digerenda. Intemperies vero annixa castiganda. Has indicationes ex naturâ partis moderabimur: ut hic principi parti iunctæ sunt mēbranæ affectæ, & naturâ frigidæ, & membranæ sunt valde sensiles: attamē validis ossibus operatae, additæ aëris conditionem. vacuetur itaque vna, & purgetur: vena, & aliud: habita tamen ratione febris. Hactenus ex naturâ huius affectus proposuimus quidnam agēdum sit; sed antequam in rem eamus, perpendicularis, num illæ indicationes, ex ^{Tregua-} ^{fin.} affectu morbisico sumptæ, felici euentu in usum duci possint: frustra enim de curatione transigemus, si illa inanis futura fuerit. Hoc intelligemus, sumptis indiciis ex morbo, ægro, tum à parte affecta. Quantum ad morbum, si eius conuertis speciem & essentiam, morem & magnitudinem ad ægri vires, intelligemus phrenitidis summā vim: nam, ut scribit Trallianus, Phrenitis, ut omnibus in confessu est, ἡ οὐτάντων τεθάντων, id est, acutissimus periculiisque plenus affectus. Scies itaque num euasurus sit, si vires morbo contuleris: quod elucet ex signis coctionis & cruditatis: & notabis morbi mores ex epiphænomenis signis. de quibus abunde in Methodo nostrâ. Quamuis enim usque ad vigesimum diem suam historiam trahat phrenitis, nonnunquam tamē ea vis est venenati succi, ut quarto, imò & tertio die enecet. <sup>Lub. 3.
cap. 4.</sup> quod!

quod euēnit phrenitico apud Hippocratem. Attamē non omnis phrenitis est insanabilis : quare exactè perpendi debet vis symptomatum & differentiarum. Symptomata hīc sēpe calamitatē intentant: propterea affirms Galenus, plurimos phreniticos pessundari ex perennibus vigiliis, quæ non minus *άδυτης διατροφής* corpus exauriunt, ac assiduus corporis labor: nam perpetuō se iactant loco stare nescij phrenitici. Præterea somni magna vis est pepasco ad crisiū, & vnde firmissima crisis ostēditur : idque cūm aliās, tum verò in ecstasi, in quo infelix animi vix vñquam

Soluitur in somnos, oculisve aut pe-
ctore noctem.

Accipit:

vt Poëta cecinit de Phœnissâ. Ac beneficium somni testatur illa vox Hippocratis, Ibi somnus benignè facit, vbi delitium inde quiescit. &, quæ in phrenitide memorantur insomnia, boni sunt ominis. & somni *στρεναίας*, id est, arctiores, nec turbulenti, qui serpunt gratissimi, curasque leniunt, & corda oblita laborum præclarè ad salutem faciunt & apparent: nam inde fit significatio redintegrati cerebri, & sanæ mentis, nec amplius perturbatæ, quodque absit acris tetraq. anathymiasis. Sanabile itaque malum: & Alexander Trall. se multos curasse testatur: & Hippocrates asserit multos, in eā tempestate, phreniticos euallisæ; & multos cecidisse. Symptomatū frequens mutatio hīc mala est: nam tunc feritas causæ phreniticæ peragrat omnes cerebri mansiones: cūm orgasmus materiæ effere mutationi-

bus creber est, crebrumq; facit transcursum ab vnā parte in aliam. Et talis motus materiæ tenuis, actis, calidæ, fit ineunte morbo. Si itaque ineunte phrenitide, symptomata iam terrificæ, crebrò mutentur, vnde varietas in videndo, audiendo, imaginando, ratiocinando, & memorando, feritatem materiæ denunciant. & phrenitidis incrementum cernitur in actionibus ad summum deprauatis, *τὸν ἀγαμονικόν, καὶ τὸν θυμοτιθεντόν,* id est, principis, irascibilis, concupiscentis: quæque *ἐν τῷ στρενεύειν*, iam factæ sunt *θνεατικές*. vt in muliere Thasia morosa, quam vocat Hippocrates *θυράντη*; & in Dealcis vxore. hæc enim repentina phrenitidis symptomata sunt ex inueteratione causæ phreniticæ: ob eamque causam peiora: sicut sera rabies à mortu rabiosi canis immissa. & victa facultas triumphataq; à morbo iacet. Præterea si delirium fiat per propagationē humoris maligni & efferi cerebrum occupantis, nec haemorrhagiam cœntis, id prauum est: hoc modo phrenitis super *7. Apl.* peripneumonia nasci solet. Ac talis peripneumoniacæ crudelitas eleganter describitur ab Hippocrate. Septimum diem agentes, aut etiam celebriū moriuntur: mente nonnulli *ἰε-*
σά: nonnulli ab orthopnœa & stertore suffocati. nam calamitosa est omnis palindrome, quam feritas maligna que facit cacochymia: maximè fractis iam viribus à primigenio morbo. hoc elucet in metapneusti pleuritidis in peripneumoniam, & huius in phrenitide: nam costis nobilior est pulmo, & cerebrum ipsum pulmone: & primigenij morbi materia est.

O 3.

teria est.

3. Epid.
agro 4.

A sym-
promoti-
bus.

2. Prog. 8.

2. Apl. 2.

2. 1. 5.

Tract.

2. Epid.
2473.

teria est mitior, quam ea quæ metastasi effluens cunctando computruit magis. Quare hoc modo malo periculoso accedit malum calamitosum. Ita etiam si lethargus superueniat phrenitidi, malum est: nam tunc effeta vis languet cerebri omniumq. membranarum & neruorum, ut pariter voluntatis & sensus amissio inferatur. Et insania taciturna, superstite vocis libertate neque obseffis à phlegmone instrumentis respiratoriis excipientibus, deducentibus, aut mouentibus mortem denunciat. Est enim *insector*, delirium in quo summa sunt omnia mentis percussæ aut alienatae, vnde fanatici homines dicuntur. sed mox de hac, vbi de differentiarū ratione: iam enim de symptomatum ago ratione. Conuulsio si in phrenitidem incidat, quod ex insigni feruore nerui à siccitate coartetur, pessimum. vnde scripsit summus præceptor, Qui in delirio vocem canoram edunt, lingua conueluntur (quod nimis in siccata cerebri contagione trahantur musculi non em linguæ, neruusque septimæ coiugationis) his rigida cutis morticina. Attamen hic conuulsio potest esse salutaris: cum materia phrenitica à validâ naturâ in neruos excutitur. Et hæc conuulsio nec inanitionem, nec repletionem agnoscit sui auctorem: etenim quæ à copiâ est, non agnoscit acrem succum. Sed quibus notis elucebit symptomatica à criticâ hac conuulsione? In criticâ mitescent phrenitidis symptomata, pulsus validius feret. Cum ab externâ parte manus nerui trahuntur, id malum: id sentietis, dum pulsum exploratis: nam sèpè ab inanitione

Galen. 12
Method.
vii.

id fit. Sed vix æquè funestū signum inuenies quam si dentibus strident: *τύπος*, inquit Hippocrates, *ἀλιθεαργία*. *Θάνατον* *έχει*, id est, si fanaticus quis factus hoc faciat, omnibus modis est funestum. illud *έχει* iam in procinctu mortem esse denotat. Nam stridores dentium, *αφίσης οδοντών* vocat Hippocrates, fiunt ut in crepitaculis crebro allisu: quod est tremoris argumentum: Belgicè dicimus *klappertanden*, ex sententia Galeni, qui dentium *αφίσην* comparat vagis oculorum coniectibus. Quamuis hic Hippocrates sub verbo *αφίσην* complectatur etiam verbum *κυνέτην*, id est, collidere, cum, quodam moriendo studio, mutuo attritu veluti frago sum stridorem edunt: quod Belgicè *kneifstanden* dicimus: conuulsi musculis temporalibus. Iam omnis conuulsio quæ in delirium cadit, mortem in procinctu esse denunciat, & ad ultima ventum esse testatur, nisi sit critica: nam significat cerebrum exhaustum esse, & facultatem effectam languere, cum musculi cerebro vicini ita afficiantur. Nam multum temporis ad humiditatis redintegrationem petunt nerui, nec interim inducias præbet morbi vehementia, sed illico viribus exuit corpus, & citam mortem ad fert. Galenus tertio Epidemion, vbi de Pi-
Section. 3
76.
thon, ait, quatuor elucere calamitosa signa: partes extimæ, ut manus & pedes frigent: sudor frigidus manat: fit mutus, brevis spiritus. Si febris nullis paroxysmis feratur, non superabit septimum diem: tunc enim vel ad salutem, vel ad interitum terminabitur. Sin paroxysmorum vicissitudines adsint, vel undecimo, decimo-

decimoquarto, vel vigesimo die finietur ad salutem vel ad mortem. Vrinæ autem maximè notandæ: etenim aquosæ maximum erysipelas notant. propterea scripsit Hippocrates. Quibus (febre nimirum corrēptis, nullâ spe intermissionis) pellucidæ & albae funduntur vrinæ; tintætæ nimirum biliosæ expertes: à translatione symptomaticâ bilis ad caput; huiusmodi ferè in phreniticis apparent: nisi id fiat criticè ad hemorrhagiam; aut per diadochen ad intestina, quam mox sequitur dysenteria critica. illæ, inquit Hippocrates, prauæ: quod contra naturam ægri & morbi appareant. Sin à crisi, ut à sudoris validâ vi, aut à sanguinis effusione liberali, tenuis & alba feratur, redintegrationem valetudinis significat. Sed si sub tali vrina phrenitis sui similis esse pèrgat diu, brevi morietur. Alba etiam deiectione mala est: cùm nimirum sunt tintætæ biliosæ expertes, quæ tamen non sunt eiusmodi ex colore ciborum, ut lactis: quales in Apollonio visæ sunt, qui lacte victitabat in febre: sed si ex euentu tales apparent, vacuitate scilicet bilis, translatione in cerebrum. Atque ea translatione cito, præripit attrahendi occasionem vesicula fellis: causa autem translationis est, inflammatio superarum hepatis partium, quæ vna cum sanguine bilem rapit. Quare, qui phreniticus cum deiectione albâ euaserit, Hippocrates videt neminem. Præterea nec vomitus phreniticis prodest. Pessimus est autem vomitus æruginosæ bilis: cùm non otitur à cōgestâ materiali in ventriculo. Nam tandem nigrum vomunt: ex febris ardore, & ventriculi

sympathiâ cum cerebro. Sic enim & fauciati capite, statim bilem vomunt: *Γωνιμεία* quâ se cerebrum & ventriculus mutuò afficiunt. Et nigra illa vomitio phreniticos efficit *σφραγῖς*, per accessionem peioris causæ phreniticæ. Scripsit Hippocrates, *3. Epid.* phreniticis æruginosæ bilis vomitio, citam interdum mortem adfert. Et historiâ quartâ, part. tertiâ, tertij Epidemiōn: A cerebro enim inflammatu & petenti febre humoris maligni adest succretio, & in ventriculum affluxus, qui est cerebro *συμπάθεια*, quia est *τοποδέσμη*. Si vlcus lingua contraxerit, quod alcola Arabibus, lethale. Rigor etiam interdum bonus est, cùm hunc excipit sudor, morbum solvens: qui si symptomaticus fuerit, erit calamitosus. Sudor autem emanans toto corpore, *Galen. 3. Cris.* & capite, phrenitidem soluit. *Quin* etiam bonum est, inquit. Arætæus, ad lucem placari insaniam. Cum palpo autem periculosa insanias: talis erat Dealcis vxor, quæ ἐγλαύχα, ἔπλαιον, ἔγλυψε, ἐπεγολόγη, id est, palpabat, floccos carpebat, sculpebat, festucas auellebat: obiit. *vigesimo primo. Refert Holerius, cuidam adolescenti annorum quindecim, ad malleolum dextrum tumorem inflammatorium obortum fuisse: unde venenum sursum ferebatur, quarto die phreniticus obiit: cùm impediretur cauterij admotio, & scarificatio. Idem refert ex leui catarrho in facie ruborem natum fuisse: unde phrenitis, conuulsio, mors. Calamitatem prænuntiat si sensus titubent, siccatis nervis, ac cerebro à potenti æstu: cibi immemores, virulentæ si vomant: vigiliæ contumaces: in spinam si iacent retractis*

Anacephalaosis
Symptomaturam mortis.

tetractis & implicitis curibus: nam cùm delirij plenus sit hic iacendi modus, conatum etiam & vim habet: quod in languentibus, & in dorsum, ob infirmitatem iacentibus, absurdè fit. Floccos si prostratis viribus vellant, aut ex pariete stipulas si carpant, aut si legūt festucas, vel pulices captent: lotium album, quod priùs tubebat: stridor dentium: alius strieta & vesica, deiectione alba, spasimus: alcola lingua: hi in Libitinæ ratione concedunt. Ita à symptomatis iudicium petitur. Iam ad illa præfigia

*A morbi
efficiis &
causis.*

s. Terc.

*7. Epid.
5. Epid.
secl. 3.
bust. 15.*

venio quæ ducuntur à morbi efficiis, & eius causis. Si omnes cerebri facultates frangantur, ita ut imaginatio & cogitatio memoriaque titubent, res erit plena periculi: at quo plures fuerint minus labefactatae, minus periculi suberit. A causâ efficiente: ut intemperies hæc calida & squalida cerebri si fuerit in habitudine, non tantum periculi inferet, quam illa quæ hec tica dicitur. Sed estne hec tica hæc phrenitis vallis remediis expugnabilis? Certe si ad vigorē suum progressa fuerit, calamitosa erit. Sin eò nondum petuentum sit, aliquid spei supererit ad curandum: dumodò tertia illa naturæ humiditas non fuerit exhausta. Propterea fatetur Galenus hec tica phrenitidem prauam affectionem esse, qualis est hec tica febris, quæ cùm ad statum deuenit, ægrè mitescit: ita & hec tica phrenitis, quare non temere promittendum. Hinc est quod phrenitis cum tremore ad interitum deducat: exhausto iam cerebro: nam tale symptoma, est cerebri, post alterationem magnam, alterati: propterea quæ insanabile; ut in Theodori

vxore: & in Dealcis uxore. Hic leuis tremor cernitur in subsultu, & gesticulatione manuum, linguâ tremulâ, dentium collisione, ut priùs dixi. Et phrenitici sputatores, indeq. fanatici, tandem tremuli moriuntur: nam primùm indecorè tantum delirant sputando, & aliis delirationibus: hinc fanatici sœuiunt: tandem prostrati tremunt. Itaque primùm sunt phrenitici, dein fanatici, inde nouissimè tremuli. Quare, primò sputatores sunt, inquit Hippocrates, dicuntur autem sputatores, qui aut familiares suos conspuunt; aut qui sine conspuendo, sputandi finem nō faciunt. Id aut necessariò faciunt, aut indecorè: si indecorè, id primùm vestigium est ad insaniam: si necessariò, propter stomachum nimia humiditate perfusum per seri phrenitico prolapsum; vel quod id ex cerebro in palatum exudet: quemadmodum in vulnere capitinis sicco, pustulæ biliosæ pululant in palato & linguâ. Sic, exudante sero, ophthalmia fit lacrymosa: pleuritis tussiculosæ: hepatis magna inflammatio, singultuosa. Quare ptyelismo phrenitico succedit insanias, id est, *ἐκστάσεις μελαγχολίας*, plena immanitatis atrabilaria insanias: vnde postremò tremor, cùm mors in procinctu est, exhausto iam cerebro atque nervis, vnde facultas fatiscit in officio. ita tremor symptoma est alienati cerebri; sicut insanias fortiter alterati. Quare cùm ad funestum morbum accedat summa virium infirmitas, retinenda hæc vitæ erit desperatio. Non tamen, ubi ab atrabilario est sanguine, de salute conclamatum erit, ubi in hec ticanam nondum abiit.

Refert

Refert Trallianus suâ ope euasisse,
qui adeò efferi erant, vt, teli copia
si adfuisset familiares trucidassent.
Hoc de causâ immediatâ phrenitidis,
nimis intemperie. Sin ad
causam mediaram collineauerimus,
scilicet ad inflammationem; si illa à
sanguine bilioso originem duxerit,
non tantū periculi inferet, si sanguine
benignitate bilis morsus abunde
perfundatur. Vnde scripsit summus
præceptor, Delirium cum risu obor-
tum; à mitioribus nimis vapo-
ribus, & ichoribus sanguineis; mi-
nus periculosum. Sin ab atrabilatio
sanguine fuerit, plus periculi inerit.
nam in *excessu* abripiontur. Est enim
in *excessu*, delirium in quo summa
sunt omnia mentis percussæ aut aliena-
tæ, vnde fanatici homines dicun-
tur. Progressus huius insanæ huius-
modi esse solet, vt lacescit cerebro à
bile perusta, exortatur insanæ me-
lancholica, quæ cernitur in cœptis
immanibus fanaticorum, qui paulo
antè phrenitici fuerant: quia bilis
attra sunt aciores morsus quam fla-
ua. Vnde *excessu* illa *melancholia*, id
est, excessus melancholicus est *delir-
dus*, id est ferinus: nam ineunte mor-
bo pacatores sunt ægri, mox, dum
in atram flaua virtut bilis, ferocissi-
mi fiunt ægri; hinc languent & tre-
munt. Vel si atrabilarius fuerit initio
sanguis, mox ferociunt: ab acriori
morsu bilis vstæ attræque. Vnde di-
cebat Hippocrates, delirium quod
cum studio iungitur, minus tutum:
quod sit ab adustâ & feruida bile,
cum agresti sero, & vapore. Fiunt
itaque primum phrenitici à mitiore
succo: dein fanatici, excessu ac feri-
tate melancholicæ: vltimò, aliena-

tione cerebri à diuturnâ & vehe-
menzi alteratione, cum nimis exatuerit cerebrum, aut inebriatum
fuerit bile, vt lana inficiuntur, ve-
neno fucatae Assyrio; tum pro clama-
more silentium: pro iactatione quies:
pro attuum cuibratione, leuis tre-
mor: pro vigiliis, cœmia & catastrophora
veternosa: quales erant in pestilentia
apud Hippocratem. ita Dealcis uxor
tacita erat, nec tamen voce capta.
Vnde Hippocrates, Qui cum silentio
in *excessu* abeunt per febres, nec voce
sunt capti, calamitosæ ægrotant. Si
quis Hippocraticas auctoritates ve-
lit ad prognosin: hæc loca inspiciat:
Delirium quod denuncient signa,
quæ cerebrum à calidis lucis vel
vaporibus testantur affligi: 6. Epid.
3. 36. & 3. Epid. 1. 5. & 3. Progn.
15. & 1. Epid. 3. 19. & 1. Progn. 31.
32. & 1. Prorrh. 35. & 1. Epid. 3. 19.
& 6. Aphor. 21. 23. & 5. Aphor. 40.
Phrenitidis 1. Prorrh. 33. 1. Progn.
13. 1. Prorrh. 13. & 4. Aphor. 72. &
6. Aphor. 53. 12. 11. 1. Prorrh. 10.
& 1. Progn. 24. & 2. Aphor. 2. & 7.
Aphor. 5. & 2. Progn. 1. & 7. Aphor.
7. 9. 14. 10. 18. & 1. Prorrh. 14. 9. 8.
28. 33. & 3. Epid. 1. 7. 8. & 3. Epid. 3.
45. & 1. Prorrh. 1. & 1. Epid. 2. 63.
Læse mentis, 2. Aphor. 33. obliuio-
nis 3. Epid. 1. 5 Deliria cum silentio,
tremore, & palpo, sunt valde phre-
nitica. Sed validi hæc tremores, ei-
tam mortem denunciant: nam illud
symptoma est alienati cerebri: & à
privatione, habitus comparari non
potest. Itaque obscura deliria, claris
contraria, vt melâcholicæ dementiæ
taciturni, qualis erat Dealcis uxor:
vel cù phrenitidis inueteratione, ac
cerebro iam bile perfuso & infecto,

vt lana alba veneno Assyrio fucata, vnde effœtae titubant vires, nec potis est membra iactari, vocem canoram edi, calamitosum. Ad curationem pergo. Si itaque curabile videbitur malum, maturè tollatur: id ni fiat, hominem tollit: nam cùm semel infedit capiti inflamatio, vix ab eâ euadet: itaque venienti occurrēdum malo. Hic adeat inflammatio, morbus vehemens: itaque valido auxilio opus est. Propterea locum habebit phlebotomia si infirmitatis omnis absit metus: idcirco Razès dicebat, opus est apertione venæ, si æger ineunte morbo, validus fuerit; nisi adsit metus futuræ infirmitatis. quare in hecticâ phrenitide ab ea erit supersedendum. Et si succreuerit ex alio morbo, ob vires, parcìus erit euacuandū. Seuerè Asclepiades pronunciauit, vt, sanguinem mittere, hominem occidere dixerit; quòd sit affectio cum summâ & continuâ febre: sanguinem autem non nisi remissa in febre detrahendum. Contrà ratio est, & Celsus, qui asserunt, cùm facies rubet, venæ niment, & vel post quartum diem secundum esse, constantibus viribus. Sed dices, frenum bilis, est sanguis. Ita est, & malè sanguinem sine bile educeremus: sed iam plus bilis educimus quam sanguinis, & si solius causâ deriuacionis, educeretur sanguis, id bene fieret. Sæpe autem frustra serè educi sanguinem scimus, cùm iam facta est inflammatio, dubiaque salus. Sanguis itaque educendus est: sed quando? intra diatribon, inquit Cœlius Aurelianus, ultra nunquam: vexantur enim in eiusmodi ægritudinibus corporis vires. Hicq; igitur

Curatio.

Phlebotomia.

Quando
& qua
copia.

periundite venam: nam dicit Abincennas, postea iniiciatur enema. Et Razès ait, antequam eluceant cōspicuò signa phrenitidis. primo vel secundo die, inquit Aretæus: si quarto die phrenitis inuaserit, à septimo elapsò pertundatur: si sexto vel septimo die, omittenda: nam est criticum illud delirium. Si, inquit Aëtius, primo die phrenitis irruat cum febre, aut secundo die, usque ad quartum, & non consecutaria fuerit alterius morbi, vrini suberuentis, facie rubrâ, ætate integrâ, succiplo corpori, medium pertundite venâ. Tertio die transacto, vult Guainerus omittendā phlebotomiam. In hac re difficulti authoritates posui. Bertrutius ait, ad summum, quarto die transacto, reuulsionis causa venam secandam non esse: sed potius in fronte. Diocles post sextum & octauum diem phlebotomabat etiā quosdam inuenes fortes, inquit Cœlius: sed hoc, iudicio Cœlij, est iugulare ægros: iam vexatis viribus sanguinem educere. Verum quâ copiâ euacuabimus? Si fuerit maximâ bilis copiâ perfusus sanguis, parcìus abducatur. hoc dicit Abincennas, in medio capite, ubi inquit, in apostemate cholericò non prolixè sanguis exauriri debet. quasi dicat, postea pharmaco opus erit. Sin sui causam agnoscat phrenitis sanguineam maximè materiam; inde effloresceret phrenitis acuta, aut peracuta. si peracuta, eâ ineunte, ad animi deliquium exhauiat: nam ultra septimum diem non excurrit: estque vehemens inflammatio, febris peracuta, & dolor summus. In his enim tribus historiis, non iunctim, Galenus dicit, se non inuepisse

1. Apb. 3.
2. 13. 6.
3. 13. 6.

*Anat. initia caput
De phrenitide qua
7. non transfr.*

*9. Meth.
3. 4. 10.*

inuenisse maius remedium euacuatione ad lipothymiam usque. Verum hæc tria iunctim in phrenitide occurunt; etenim caput & membranæ æstu inflammatorio ardent, febris intentissima, & summa doloris adest causa. Propterea rectè dixit Abincennas, ad lipothymiam usque sanguinem educendum esse. Vires enim robustæ esse possunt; nam sanguini mixta est materia morbifica. Si vires firmæ, ineunte morbo tales sunt: nam raro alioqui pulsus eorum est magnus: & propterea admonuit Galenus, periculi plenam esse sanguinis ad lipothymiam educationem: ob iactationem enim atteruntur vires, ut canit Q. Serenus,

*Amissæque refert frendens amentia
vires.*

Et Aretæus scribit, iuueni saginato cui venæ turgēt, minus in phreniti de eliciendū, quām si non phreniticus foret. Optimum fuerit hac in re sequi consilium Hippocratis, qui in inflammatione lateris educit sanguinem ad mutationem coloris. Plerumque tamen hæc infra lipothymiam subsistat effluvium, excurrat ad vncias quattuordecim. Quodsi maximè bilescat sanguis, sufficerint vnciae sex; robustis decē: nam pharmaco postea opus erit. Si à præcordiis, inquit Aretæus, orta est, audaciùs secundum: nam fons sanguinis ibi habitat. Vnicā vice hæc siant: nam morbus non dat inducias. Foramen angustum inferatur, pice obducatur. Sed quæ vena est secunda? hæc non perpetuò est in nostro arbitrio: quodsi æger brachium auerteret: Trallianus & pragmatici ab eo abducti tunc se vertunt ad frontis venam. sed hoc

est incrementa morbo adferre; maximè si sanguinea fuerit phrenitis, corpusque si circumfluat sanguine: nam ita cursum suum fleget sanguis in caput; & euacuatio fieri per locum ægrum: quod malè fit. Præstaret primò, cum Aëtio annuente, medium venam brachij aperire; dein cum Paulo recludere venam frontis: vel cum Diocle venam sub linguâ. Si venæ secari nequit, eius loco succedaneæ veniant eucurbitulae: nam Galenus libro De curandi ratione per sanguinis emissionem, in mulieribus albis crassis, ubi tenues venæ, scarificatione vtitur loco venæ sectionis. Dorso & lumbis admouentur: nam sanguis in caput effundit se ex hoc, qui ibi est, oceano cauæ venæ: nam inde repunt duo rami ad iugulum, posticam ad partem. & ita *τριτη ιζην* fiet vnâ aueratio. Sed si manum portigat æger, quænam tunc vena ferienda? Galenus dicit maximè euacuari viscera secundâ venâ internâ brachij: Hinc vulgata opinio fuit, hanc in primis aperiendam esse, si summa adsit plethora: quodsi minor illa foret, medium venam soluebant: sin adhuc mitior plethora invitio esset, cephalicam pettundendam affirmarunt. Sed Galenus ibi non loquitur de replete capite, sed de reliquo corpore sanguinis pleno. Itaque nō aliter: si maxima adest vberitas sanguinis, primò cephalica recludatur: sin parciors copia sanguinis adsit, mediana referetur: sin adhuc minutior sanguis fuerit, feriatur basilica. Auctor huius sententiæ est Abincennas, ubi ait: Si sanguis quidem in toto ac capite circumfluit, soluat sanguis cephalica: sed si nondum *phen pri-
ma, tertia:
ut dicit
Iason Pra-
terficit*

Dubium.

*4. De vi-
bus rati-
ne auct.*

caput occupatum sit, sed est in hoc ut occupetur, aperiatur media, quam nigram vocant: sicut si extima pars capitidis causam tractionis conceperit, ut ex calore, iictu, hic pertundatur basilica: & si vis ut extrahas plus illo, solue saphenam. Ita transigendum in morbis capitidis qui non dant inducias: nam haec ratione tollitur capiti infesta plenitudo illico, vaporum impetus sursum repentium reuelliatur, & succorum lascivientium aestus cohibetur. Si sit ab atrabilario sanguine, vel à solemnibus hemorrhoidibus suppressis, illae euocentur. si turgent, acuto scalpello fodiantur, aut hirudinem admoue. Sed dicet quis: tenuis sanguis hic in vitio est: & affirmat Galenus 6. Aphor. 11. & 21. Crassam sanguinem prolixi per hemorrhoides. Dico ex Galeno. 4. Sanit. 4. posse per hemorrhoides totum corpus evacuari & què ac per phlebotomiam. quamvis maximè opituletur, ubi ab atrâ bile & ab hemorrhoidibus fædatur sanguis. Hirudines ponè aures, & temporibus, fronti, quattuor aut quinque, circulo quasi, inquit Aurelianus, fascibus parum sub aures, & naribus applica. Quin morbo per gente ad vigorem aperiatur vena frontis. & hoc est quod ait Alhasarabius, si vena ei soluta non fuerit antequam intellectu exutus erat æger, incidenda iam tunc erit vena frontis aut narium. Itaque si morbus in rabiem exstuerit, & plena phrenitis si debacehetur, non salutarius remedium vel ex ipso se res. Epidairo, quam si confestim frontis venam pertundas, id agendum à tensionibus etiam illico, tolleris fieri vena, si fasciola constrin-

gatur collum. Nil salutarius hoc remedio: sed non tam diu cunctandum ut cadant vires, quæ diu in hac iactatione non perseverabunt. quin his fractis, nates potius recludendæ. Ego sanè, inquit Trallianus, magna adeò phrenitide correptum curauit: & nisi multi fortisq. famuli eum cōtinuisserint, & vinculis vndique constrainxissent, neuti quani ne in fronte quidem venam fecare potuisse: adeò ferociter agitabatur, & si gladium habuisset, non paucos iugulasset. hic celester curatus est. Cum itaque iam symptomata consistunt & urgent, ad hanc venam veniatur: maximè si eminens hæc vena fuerit, ut quibuldam hominibus est. Guainerus post horas sex à brachij incisa vena, has aperit. alij post quartum diem hoc faciunt. Si his remediis nihil remittat dolor, inquit Aretæus, refectis priùs vigibus, vertici cum Cucurbita sacrificatu affigatur cucurbitula: verum interscapulo priùs inanis affigatur. ita etiam Galenus. & Octavianus Horatius eas sèpe profuissè testatur. Aliud diatitio, dicit Aurelianrus, ratis partibus cucurbita apposimus occipitio blande, & sub ipsâ fronte sanguisugas facimus inherere quattuor, vel quinque, ut non ex una patte detractio sanguinis fieri videatur, sed veluti circulatis, ut totum spiret atque recueletur caput. At si plurimum laxamentum facere voluerimus, totum caput rademus, & per circulum plurimas cucurbitulas affigemus; alteram occipitio, alteram medjo capitis, quod bregma vocant, alias duas superiùs à temporibus: sed neque cum multâ flammâ, nec multo tempore hærent. Arentes enim

Hemorrhoides.
Frontis
vena.

Hæmorrhoides.
1. lib. 12.

1. Math.

1. Act. 2

Enchære-
si impo-
nendarum
cucurbita.

*Albusas
cap. de usis
cucurb.* enim atque siccæ cucurbitæ (hoc est, quæ cum flammâ admouentur. interdum enim cum aquâ calida imponebantur) caput implent & turbant. Detractis cucurbitis, si erubuit pars, leniter scarificetur: sin minus, mitigabimus spongiis vapidis: & ubi in ruborem abiit pars, scarificabimus, & sanguinem prolectabimus cucurbita. Eo tempore vicinis partibus, collo, capiti, lœves sineque scarificatu cucurbitas imponemus. Si malum enatum sit à suppressione menstruo, primùm brachij recludatur vena; & dein pedis: nam morbus non dat inducias, propterea postea causæ occurrentium erit. Vincula erurum, frictiones, & vacuae cucurbitæ conferunt ad auersionem materiæ à capite, ad tertium usq. diem: nam quarto die hæc plerūque ægritudo in statu ac summo vigore est. Propterea iubet Trallianus, ut ante paroxysmorum incursum imponantur cucurbitæ, vt deorsum flectatur materiæ sursum ruentis impetis. Quantum ad pharmaciā, purgantur ilicis phrenitici: nam effusus est humor, & pepasmi expers, unde summa symptomatum vis, aut eorum frequens mutatio. Quare de phrenitide etiam loquens Hippocrates dicit, ορμανδειν αυθητεροι, hoc est, eo ipso die purgandum: quo scilicet feritas ipsa percipitur, non expectata paroxysmi remissione: nam, inquit, in huiusmodi *χρονίαις*, id est, cunctari, periculosum: nam metus erit ne tota se morbifera materia in partem afflictâ effundat, vites stragantur, cum calor febrilis etiam inde incrementa ducat. Absque præparatione itaque transfigatur: ne in-

*A mensi-
bu.**Pharma-
cam.**4. Aph.
30.*

flammatio meningis se in apostema fitmet. propterea scripsit Razes, priusquam perfectæ phrenitidis signa eluent, solvatur vena & aluus, vt, Accipe electarij de succo rosa-
*Turcan-
tia.* rum, catholici, cuiusque drachmas tres: syrapi ex multiplici infusione violatum & rosatum, singulorum semunciam; decocti hordei vncias quattuor: fiat haustus. Aliud, Accipe syrapi rosati laxatiui vncias tres, mannae vnciam: ex decocto tamarindorum. Aliud, myrobalanorum citrinarum, & Indarum drachmæ duæ; tamarindorum semuncia; pruna deceni: coque ex aquâ violatum: expressioni adde mannae scusciam. Aliud, Accipe pruna, eaque coque ex diluto violatum: traice pulpam; cui adde cassiae & tamarindorum pulpam & mannam: &, si libet, ele-
ctarium de succo rotatum: & cum syrupo rosato laxatiuo fiat instar opiatæ: sumat vnum aut alterum cochlearium: vel diluatur decocto tamarindorum. Si sit retorrida bilis in vicio, iunge fumariam, epiphy-
num, myrobalanos Indas, buglos-
sum, prunam, sena folia, polypodium, rhabarbarum laudatum. hic temne-
diut. Sed summa hic adsit cautio,
Caucio- ne mota materia non educatur: quare sit satisfaciens remedium. Pro-
pterea iungit Abineenias scammonium his purgantibus: in meritoque hic à neotericis reprehenditur. Sed ille non sine cautione eo vtebatur: nam in tali corpore usum eius init, quod sine incommodo eo vti solet. & hoc ex Galeno dicit: & ait ad gra-
*2. Apos.
11.* na quattuore eo vteendum esse: vi non sit euacuatorium sed adiuuans rha-
barbarum, idque exstimulans in suum.

PRAE-
PARAN-
TIA.

suum munus. Sin autem malū non sit tam subitarium & acutum, ita ut se remittat per accessiones, materia parati potest, & postea pharmaco educi. Eodem modo agendum si restibilis à phrenitide materia aliqua foeda fuerit: nam scripsit Hippocrates, Quibus excussa insania, febris acuta superuenit: phrenitici rursus sunt. Hic relapsus ex insaniae fit reliquis in cerebro: nam tanta est insaniae feritas, tantaque cerebri alteratio, ut vel solum empyreuma superstes nouam illi foeturam proferat: quae ni exhauriatur, in proximo erit relapsus. Quare euacuandum: nam insaniae cacochymia, malignitate ceteris omnibus antecellit. Primum itaque leniendum; perpetuoque in hoc morbo irritada alius, si clysmis, ex lactucâ, violatiâ, cucurbitæ foliis, maluâ, seminibus frigidis, cassiâ, oleo violato, melle rosato. Si per os, accipe pulpæ tamarindorum, cassiæ recentis, mannae, cuiusq. vnciam; cum syrupo rosato laxatiuo formetur ad opiatæ ideam: sumat interdum cochlearia duo, hoc acui potest electario de succo rosarum. Præparantia abundè præscripsimus ybi de dolore capitis ex bile. Si adsit alii astrictio, à stringentibus syrupis abstineat, & vtatur syrupo violato, cum aquâ decoctionis prunorum, & seminibus quattuor frigidis. Lactucæ hic frequens sit usus in decoctis & syrupis: nam somnifera est, naturæ studet, & vna cum morbo pugnat, ferocientemque materiam domat. Bibat interdum boraginis vel buglossi stillatitium liquorem: addo interdum syrumpum nymphæ, vel papaueris. Aquæ endiuæ, libra, succi

granatorum acidorum, & dulcium, cuiusque vncia; sacchari selibra: fiat iolabium. Ita citrorum, & acetoso syrupo utimur, ut etiam iolabio rosato, & violato æstate. Trallianus laudat diacodion: ubi ab ardentissimâ est bile, & si vires nō reclamant: nam vna somnum euocat & febrem extinguit. Optimū etiam est remedium aqua nymphæ, & myrtillorum, cum tantillo olei vitrioli, quod aceſcat leniter. Potet ex sententiâ Razis, aquam prunorum, cucurbitæ, vel citrullorum, cum muccagine semi-nis psyllij tenui, si ardeat retorrida bilis. Corroborantia scripta sunt ubi De dolore capitis ex bile. da granata à cibo, & conseruam rosatum, boraginis, nymphæ. Accipe corallorum rubrorum, drachmas tres; margaritarum, sesquidrachmam; sacchari albi, selibram: solue in aquâ rosatu, in qua drachmæ tres santalorum immaduere: fiat confectio in mortellis. suave balneum caput recteat. Tandem ad causæ coniunctæ curationem veniendum. Haec vel loco migrare potest, vel non. quæ migrare potest, in vicinis venis hæret, & nondum phlegmonem fecit, reprimitur oleo violaceo, cum lacte muliebri, sed illicò pili auferendi, quod peruidant remedia. Sed magnâ cautione quantitas reprimenteriis remedij, hoc est, frigoris eius & strictionis, captari debet. Quare signis quibusdam explorandū quantus sit materiae phreniticæ astus: & quæ causa eam capiti intulerit. Si ratione attractionis fiat phrenitis, significabunt illud calor & dolor qui præcessere: & causa aliqua prodomat fuere, vnde astu caput incaduit. Si haec non præcessere, dicemus

*Causa coniunctæ re-medias
TOPICA.*

*Cauſiones
in Topico.*

Nota eauſorum.

dicemus translatione materiae morbificæ ab aliis partibus caput occupari. Quantum ad causas efficientes, aliae sunt proximæ causæ phrenitidis, aliae mediatae. proxima, est intemperies calida & siccæ, quæ est vel in habitudine vel in habitu. Si sit in habitudine, erit tumultuosa & clamosa phrenitis; fœse iactant, gestibus & verbis delirant. Si vero in habitu iam sit phrenitis, illa est hectica, quam Hippocrates obscuram vocat: quod non ita se prodat, non iactant se, silent, dormire putes, sed mouent occulto manus tremulas, ob summam infirmitatem. Hoc illis euenit, inquit Trallianus, quia cerebrum ab æquabili his perfunditur intemperie: quare alysmos iam abest, cum ob imbecillitatem vocem vix efferant, nec amplius exilire possunt. & irritationis suæ causam non amplius sentiente cerebro: &, inquit Trallianus, Τραύδεις γίνονται, id est, ægrè sentiunt: adeò ut excitati vix exaudiant. si excitentur, claudunt iterum palpebras. Hæc si adsint cum languido pulsu, erit hectica phrenitis, quæ ad mortem pergit. Causa autem mediata est sanguis biliosus, vel atrabilarius, inducens variam inflammationem. Si itaque inflammatio inducta fuerit, à tenuiore & bilioso sanguine, qui æstu copiâque peccat, erit hæc mitior phrenitis: cum risu, nūgigerula est hæc dementia, qualis erat in Thasiâ muliere vultuosa & iracundâ, quæ à menstruis non de more protupris delirauit. oculi rubent cum vultuosa facie, substillum aderit sanguinis è naribus, pulsus

maior; vere inuadit iuvenes bene habitos, qui succi plenis cibis & vino indulseré, rebusque qui dulcibus delectantur. Sin à bilioso sanguine ^{A bili signa.} enata fuerit, his vehementius febris æstuat, vigiliae inquietæ perennant, & cuncta symptomata sunt grauiora, ut iactatio, linguae asperitas; quin inuadunt aut feriunt astantes, cadauerosa euadit horum facies: inuadit maximè æstate homines caidos, qui vino & aromatis indulgent: flauet horum facies, & rixantur. Quodsi à retortidâ bile, quæ in ^{Ab atra bile signa.} atrorem se vertit, incubuerit phrenitis, illa effera erit, & excessum habet ^{meatus,} perfacilem ^{obstruere,} id est, transitum bilis flave in atram, cuius actiores sunt morsus quam flavae, & propterea hi euadunt, vistâ iam bile, ex phreniticis fanatici, & efférati. Cernitur autem illa summa immanitas in iis, mordendo, percutiendo, sanguiendo in eos qui adstant: ut etiam sibi ipsis manus adferant, & coepitis immanibus efferi fœse precipitant: calcitrant, feriunt, pro hostibus & dæmonibus hos qui presto sunt habent. ita flava bilis in cerebro facit phrenitidem; bilis atra maniam siue insaniam, unde fanatici: nam æruginose bilis, quam vomunt illasplam à cerebro in ventriculum, facilis esse solet in atram mutatio, cuius malignæ & efferae cacochymiae morsus sunt acerrimi. Iā ad Topicā ^{Topicas.} remedia redeo. Quod itaq. magis æstuaverit morbifica materia (viribus ægri, & tempore morbi animaduersis) eò validiora, algore & repressione & mitigatione, adferenda erunt remedia. Præscribuntur autem Topicā ad symptomata hic urgentia, vel ad ma-

Galen. 1.
Pror. 35.

3. Epid.
hist. 15.
Mediata
causa.

A mitio-
re bile fi-
gna.

Ad pri-
mam.

Latio.

ad materiam morbificam. Ad symptomata, ut ad vigilias: nam ut dicit Trallianus, maximum delirantium remedium est somnium. De his egimus in doloris capitum curatione; ubi de symptomatis. Id notandum, Ab incennam prudenter admonuisse, opium non esse admouendū fronti aut temporibus, ni validet exsplendescat naturae vis. tunc accipe opij, croci, cuiusque scriptulum; vini albi, aquae rosatæ, singulas vncias; linteo admoue: à somno abluatur chamæmelii & anethi decocto: vel aqua calidâ, in quâ coxit quid caitorei: Commendat Aretæus sarpillum, vel hederæ succum ex oleo, cum paucō aceto. ita spondylio etiam vtitur: nam hæc difflat materiam crassam, vigiliarum auctorem, & roborant. Crocinum vnguentum naribus & auribus quoque indit Aretæus: imò & opio ita vtitur. Cumque vigiliæ nullas inducias concedunt, lauentur, suasore Raze, manus & pedes: nam refrigeratio harum partium, ratione neruorum, fert cerebrum: accipe violatum, corticum papaueris, hordei mundati, seminis lactucae, radicum mandragoræ, singularum manipulum: coquantur ex olla ænea, dum rubescat aqua: capiti superfunde, quod reclinatum sit ad pelvum: vel petia lanea admoue, & collo circumda, nam vasa arctat. Hoc, inquit, cottidie sœpe repetitum, recreat refrigerando, & reprimit influentem succum. & Aretæus dicit, quod torpens caligo sit somni initium. Rondeletius his addit flores chamælinos, anethum, anisum, jridis radicem. nos de dolore capitum à bile, etiam alia describimus. hæc

ad symptomata. Ratione autem materiae morbificæ Topica admouemus, perpendentes num ea materia adhuc influat in caput; vel num iam ibi stabauerit. Fluente autem materiae ratione, commoda sunt ea quæ huic influxum cohibent. quare in initio morbi sint frigida topica: in statu mixta: in fine morbi purè resoluenda. Primum itaque repellatur influens succus, calor reprimatur, dolor sedetur, & robur afflictæ sedi addatur. vt, Accipe olei rosati bene parati, partes quatuor, aceti partem unam, vel aquam rosatam, cum oleo rosato. Si æstuat vehementer caput, addere aquam solatti, maluæ, vel psyllij decoctum. duo linteæ adsint, quæ frontis longitudinem & latitudinem æquent: de his in unum alterum in rosâ & aceto habeatur, alterum in fronte. vel, in eunte morbo, coque in aquâ rosatâ rosas, vel plantaginem, aut solatrum, & flores nymphæ, vel violatum, aut cortices papaueris: postea iunge oleum rosatum omphacatum, & parum aceti, vel succum limonum. Hæc tantum primo die locum habent; nisi symptomata efferantur: nam Aretæi sententia est, cum maximè infaniunt, maximè reprimendum esse: non autem, inquit, hoc agendum initio. Cum symptomata non crescunt amplius, sed cum in eadem idem hærent, addere tunc oleum violatum cum lacte. vt, initio, Accipe aquæ nymphæ, rosatum, lactucae, solatti, cuiusque vniciam; mucaginis seminis psyllij, sesquidrachmam: misce; & cum mucaginem concepit inde aqua, capiti admoueat linteo, vnaque addatur quid succi limonum. Altimarus iubet cap. 6. vt caput

Ratione
materiae.In eunte
morbo.

vt caput rosaceo cum modico aceto irrigetur: aestate tepido, hyeme moderatè calido. & si aëris frigus adsit, ex æquo adde chamæclinum. ita Indicum Picolomineum, ducis Amalfitæ filium, cùm ab omnibus esset destitutus, liberavit. Vel fiat cataplasma ex farinâ hordei, cum oleo violato. Razes irrigat caput ex oleo violato, temperato lacte muliebri: hoc mollis lana imbuta capiti admouetur. Alij accipiunt iam olei rosati binas vncias, aceti semunciam; mox loco aceti chamæmel. vtuntur: & tandem solo chamæmelino. Cautio qd sit ne validis repercutientibus vtamur, ab exacto primo die. Attamen ex Aëtij sententiâ, si vehementius fuerit delirium, ab euacuatione, caput rigato oleo in quo capita papaveris coxere: à fotu aquæ in quâ capita papaveris fuere decocta. & frontem somniferis illine. Si itaq. fuerit æstas, naturâ si æger calet, & si acer-
tima fuerit materia morbifica, dum influat materia. Accipiemus seminis lactucæ, portulacæ, singulorū drachmas binas cum semisse; floruin violarum, rosarum, cuiusque pugillum; seminis anethi semidrachmam; omnia contunde, & confundere cum oleo de papauere, & pauco aceto: fiat frontale. Aliad, olei papaveris, olei rosati, singulas vncias: misce his æquas partes farinæ hordei, & seminis papaveris, & cum albumine ouia quatiatur, vt fiat cataplasma: adiice scriptulum caphuræ: admoue fronti & temporibus. Spongia naribus apponatur irrigata decocto papaveris & mandragoræ. vel eam, quam in Methodo nostrâ ad praxin descripsimus. Cælius Aurelianus, post

phlebotomiæ, caput fouet, atque occipitio lanas oleo calido ac dulci madidas apponit: similiter vertebris, præcordiis, atque pectini: nam consentiunt in hoc affectu. Si bihosia admodum fuerit materia, accipiemus rasuram cucurbitæ, cum oleo nymphæ, vel violarum, aut rosarum; addi potest aqua solatri, & muccago psyllij; & foliū nymphæ, vel lactuca superponatur. CAVTIO ^{Cautio-}
ad sit in rerum frigidatum vsu, ne ^{ns.} quid nimis. nam, vt scribit Auctrhoës, tutò calfit caput, at non citra periculum refrigeratur. Themison, duobus aut tribus diebus transactis serpillo, hederâ, ex oleo fouebat. sed passionis motum considerabimus. Assiduus itaque rerum frigidarum vsus vitandus, ne quem dormire volamus, postea excitare non possimus, vt ait Celsus: nam in lethargum calamitosum ita abire solet phrenitis. Quare eo filo ducatur curatio, vt in ^{Ordo in} initio sint frigida topicæ: in statu sint ^{Topicæ.} frigida mixta resoluentibus: in fine morbi, purè resoluentia. Sed sint fere semper tepida actu, ex Aëtij sententiâ. Cautio præterea ad sit, ne immobile aceto vtamur in topicis; nam vigilias siccitate suâ adfert & dolorem. sed sit eius hæc copia, quâ solùm peruidere possit remedium in locum affectum, vel potius eis loco vtremur succo limonum. Præterea, si materia foras fertur, non reprimenda erit, vt prudenter admonuit Abincennas: sufficit acetum naribus admouisse, & caput decocto maluarum fouisse. In fine autem augmenti, & in principio status dentur mollia resoluentia, vt florum chamæeli, meliloti, rosarum, cuiusque mani- ^{Possit prim}
^{epnum}
^{Topicæ.} pulus;

pulus; maioranæ pugillus: coque ex aquâ vel lacte: fiat fortis: dein vngue oleo rosato, chamæmelino, & maioranæ oleo: cum paucò succo limonum. In declinatione purè resoluant, ut chamæmelū. Quare ratione iam influxæ materiae resoluentia, & euacuantia sensibiliter commoda sunt. Quantum ad ea quæ sensibus comperta vacuatione exhaustiunt, ea sunt cerasina, & apophlegmatismi: quæ admouentur cùm ad declinationem iam ventum est, purgatoque corpore. De his vbi De dolore capit. Sed hic masticatoria inutilia: nam renunt ea ægri. Resoluëtia calfiant, attenuent. hac serie eis viendum, cùm diuturnum fit malum. Primo utem oleo rosato completo, ne quid attrahatur: dein addemus chamæelinum: tandem chamæmelino cum lilino, & anethino, & incoquimus spondylium: dein ad castorium & euphorbium venimus: & viuas sectasque columbas capiti imponimus: vel omentum calidum calefacit in farragine cum oleo chamæmelino, vel pulmones bruti. estate tepide, hyeme calide. Sed si influat adhuc materia, à valde calidis erit abstinendum. propterea prudenter scribit hoc Octavius Horatianus, vel Theodorus Priscianus, cùm iam dicit, aliquantulum resedit morbus, quod tertio die ferè evenire solet, cùm imminentius est calor, & dolor consopitus aliquantulum, utemur oleo chamæmelino, vel anethino, in quo papaver, vel lactucæ semina coxere, vel aquæ incoque folia violarum, cucurbitæ, maluum, parietiam, rosas, chamæmelum, cortices papaveris, semen lactucæ, & maluz.

Galen. 13
Math. 21

Ad materiam que influxit.

& lac super caput rasum semper emulgeatur muliebre, si malum à sanguine maximè nascatur. Sed vbi delirium morā trahit, inquit Aëtius, serpillum aut spondylium oleo incoque, nam crassos exhaustiunt vapores. Quidam calentes pecorum pulmones (quia molles & leues arteriosaque languine perfusi) capiti imponunt: quod notum etiam fuit Q. Sereno, qui ita cecinit,
Sive calens febris iactatos exedit artus,
Sive meri gustus, seu frigoris efficit aura,
Cōuenient calidū pecudū pulmonibus aptè
Tēpora lāguētis medicā redimire coronā.
Quidam frigefactos hos pulmones
iterum in decocto maluarum, rosa-
rūm, violarum, nymphæ, chamæ-
meli, meliloti, serilli, (vt suadet
tempus morbi) madentes tepidosq;
exprimunt, ac iterum his repetunt
caput. Sed præstatet vitali illo calo-
ris blandimento ab animali vti: &
quoties mutatur, toties aqua tepida
caput ablueret. ita gallinas & catulos
per spinam sectos imponimus. aut
lacoste recenter emulcto foue caput.
aut aquâ calidâ, in qua coxit quid
castorei. Fouet caput Aurelianus
oleo, & aquâ, miscet fœnigræci,
vel seminis lini succum: nam dicit,
omnia sine odore, & fumi afflatu
esse debent, ne caput impleant. Mo-
net Aretæus cauendum esse, ne ma-
dor in ceruicem descendat: nervis
enim inimicus est: puto id in strin-
gentibus succis locum habere. Idem
suadet vt maxima cura sit hume-
standi thoracis, gratis rebus: nam,
inquit, cunctus calor eo æstuat. fiat
epithema ex aquâ rosata, aceto, san-
talis, & caphura. Vitiles globuli, &
muliçrum ybera inuoluantur linteo
madente

PHRE-
NITIS
per sym-
pathiam.

Galen. 3.
loc. off. 5.

* Id est,
propter
commu-
nionem,
& gen-
tis limi-
titudine.

madente aquâ halicacabi, vel portulacæ cum acetô. Renes vngantur vnguento rosato loto ex acetô, adde caphuram. Hæc de dignotione & curatione veræ phrenitidis, cùm homines è potestate mentis excunt ob inflammatas méninges cerebri. Sed fit nōnunquam vt insania plena sint omnia: non tamen idiopathiâ occupato cerebro; sed aliunde conceptâ perturbatione. Itaque quidâ ab initio phrenitici sunt, vt, apud Hippocrat  tertio libro Epidemi , ille phreniticus qui tertio die obiit, Erasinus, & Philistes, hi ab initio phrenitici erant. Sed interdum sequitur alia mala; quod euenit in Hermocrate, quinto die, & ei qui in Dealcis horto iacebat, & vxori Philini, & Philisco. Dicitur autem hæc insania, consecutaria paroxysmis febrilibus, Paraphrosyne, vel paraphrenitis, quæ est via quædam ad phrenitidem, elatis ad cerebrum vaporibus. In hac deliria non sunt perpetua, qualia esse solent in phrenitide, & inde nata insania: sed pressâ leviter, atque fugacia. Exoriuntur enim $\chi\pi\tau\tau\omega\delta\pi\gamma\pi\epsilon\tau\omega$ vitiorum quæ cerebrum in sympathiam ducit. Atqui in primo Prorrheticô, scribit Galenus, Quæ ex pituitâ & bile in cæteris partibus natae offendentes, cerebrum in sympathiam possunt adducere; nihil habent perpetuum. Ira ab utero inflammato delirant aliquantulum mulieres: propter sympathiam quæ utero intercedit cum cerebro, *διὰ τὸ κοινὸν ἐπὶ τὸν οὐρανόν. Hoc enim interest inter operis ludi & παρεργαστὴν, vt πα-
ρεργαστὴ sit vix apud se esse, & non nihil siue patumper è potestate sui exire: nam, vt diximus, nullum deli-

rium potest esse διλυσίς, quando in cæteris partibus, pituitæ & bilis offendentes, cerebrum in contagionem adducunt. Quarè leuato accessionis impetu, mens redit; & propterea delirium, ex febribus, plerumq. breve est: & excusso hoc delirio ferè profundus somnus obrepit. Accuratè itaq. dignatio horum malorū captati debet: nam, vt scribit Alexander Trallianus, plurimi in διεγράψει, phrenitidis tradenda decepti fuerit: vt etiam παρεργαστὴ pro phreniticis ^{Ab aliis} ^{partibus.} haberent. Potest itaque delirium nasci ex afflictis nervis, ventriculo, dia-phragmate, pulmone, utero. Communis itaque nota est hæc, quod omnia quæ ex sympathiâ nascuntur, subito eueniant: sed phrenitis paullatim fit: nam sympathiâ delirant, cùm in vigore suo tantum sunt dictarum partium morbi: quo sedato, cedunt & deliria. At in phrenitide perpetuum adeat delirium, quod tamen ita intelligendum, vt interdum tamen aliquantulum æger ad mentem redeat, dum nondum fanaticus evasit. Nec tamen minus perpetua hæc dicetur insania: nam nullas habet certis vicibus remissiones. Annotauit Galenus delirium etiam fieri ob affectum otis ventriculi, & à febribus ardentibus, & à pleuritide, & peripneumonia. idem scripsit Hippocrates libro tertio De morbis: & Aretæus De morbis acutis. Fit autem frequentius ex diaphragmate ^{s. loc.} ^{off. 1.} inflammato, inquit Aretæus; & Hippocrates eam describit tertio ^{off. 1.} folio 160, linea 18. in Graeco codice. Ab aliis partibus nullis perpetuum proficiscitur delirium, dempto solo diaphragmate; quare antiqui ^{Galen. 5.} ^{loc. off. 5.} in fine.

Q. 2

illud

A DIA-
PHRA-
GMATE.

illud τὰς φύσεις; id est, mentē vocarū, tanquam sapienti parti cōferat quicquām. Antiquorum sententia fuit, ab hac parte phrenitum fieri: nam cius vis à perpetuo delirio parum distat. Attamen ita distinguemus: nam differt oculorum affectibus, & substillo sanguinis, & respirandi idea: nam phrenitici ex idiopathiā cerebri, rārum & magnum spirant: at à diaphragmate inflammatō qui delirant, spirat inæqualiter, exiguum & frequentem spiritū ducunt: nam in eunte inflammatione magnam & anxiā spirationem edunt, præcedit enim tensio, quare ob dolorem se pādere nequit. Hic nō æquè cruenti oculi, nec tantus ardor capiti; sed potius præcordia vruntur. Vox acuta, quæ antea erat grauis: & hypochondria intus sursum reuulsa sunt. & queruntur de diaphragmate, ita ut se contingi non sinant. hæc Hippocrates. Vox enim hæc acuta expressionem violentam arguit materiae vocalis, ab instrumentorum oppressione: qualis in sibilo per angusta viarum auditur cum erumpit spiritus. intrō autem trahitur, quod diaphragma obliquo situ collocatum, per societatem peritonaei tunicæ quæ adiacet hypochondriis, ipsa in suæ contractionis sympathiam attrahente, paribus lineis, velut manibus quibusdam obliquis. Hic frigidum nequaquam bibant, nisi pepasmo mitigata fuerit materia: alioqui spasmi metum adferet. His fecetur liberaliter vena in brachio: & dein, suasore Cælio Aureliano, cucurbita tumor imponatur cum scarificatu. Locus inflāmatus oleo rosato completo illinatur, inquit Aretæus, cum

anetho, conyza: si inflatio adsit, cūmini & apij semina iniicito. Rosmarinus etiam commendatur. Fiat cataplasma, suasore Aretæo, ex farinâ hordei, semine lini, & fænigræci, ex melle: linteis exceptum, imponatur. Abstinebimus tamen, quod admonet Trallianus, à validis fotibus, vbi valida exsplendescit febris. sufficit, euacuato iam corpore, solum lini semen, hydrelæo incoctum, vel ex chamæ meli decocto, viscib⁹ inducere. Ita enim feruor mitigabitur, & viscera distenta laxabuntur, & mitescerent febres. Notandum autem est, delirium & catochen non ita secum pugnare, vt sint æsusata symptomata: nam in prothæticis legitur, ορεγίην καμπτάσθε, ἀγευτού, id est, phrenitici cœmatosi, vigiles. In his hyssopum coquimus ex aceto, quod spongia naribus admouetur. Aér lucem & tenebras inter medius sit. Antiqui tales ægros in tenebris ferè habebant, inquit Celsus, cō qđd eis contrarium esset exterreri, & ad quietem animi tenebras ipsas aliquid conferre iudicabant. At Asclepiades, tanquam tenebris ipsis terribib⁹, in lumine habendos esse dixit; neutrum tamen perpetuum est. Alium enim lux, aliud tenebræ magis turbant, reperiunturque in quibus nullum discrimen deprehendi vel hoc vel illo modo possit. Optimum itaq. est, annuente etiam Aretæo, vitrumque experiri, & habere eum qui tenebras horret, in luce: eum qui lucem, in tenebris. At vbi nullum tale discrimen est, æger, si vites habet, loco lucido, si non haber, obscuro continendus est. ea adsit eura, ut spiritus animalis redintegretur.

Cœac. &c. 3
Demotk.

Cœratio.

Catochen
sociam po-
telli ha-
bere.

Diasa.

Aér.

gretut. Si in luce quæ non sunt certant, aut alia pro aliis agnoscunt, aut si nouas vanasque imagines accipiunt, obscuro loco contineantur. Picturæ absint, & aulæa vario colore distinctæ: stragula plana sint, sine floccis: nam existimant se claris oculis cernere, quod nusquam vident. lœues sint patietes: nam præ oculis falsa simulachra versantur, hinc manus agitant, quod propè esse eminentia existimant. Aër sit frigidus æstate; quod pampinis, salice, silanis, obtinebimus. Linæa aquæ rosatae & aceto immersa circa lectum pendula tendantur. redolentia poma & pyra frustatim incisa, & aquâ rosata irrorata hinc inde cubili reponantur. Vini odor absit: Theodorus Priscianus adeò à vino alienos esse habendos suadet, ut aceti odorem fugiendum præcepit. Odor adsit caput ex aquâ rosata vel nymphæ. Aërem præstat esse temperatum; sed initio frigeat. Vbi se recolligunt, solis æstum æquè ac ebrietatem fugiant. Non diu, ait Aretæus, à cibo abstineant, sint pauci & continui: nam cibi animum demulcent. sed arte quadam, ex motu morbi ductâ, id peragendum. Nam phrenitidi non exactè acutæ, quæ excurrere potest in vigesimum diem, vietus tenuis simpliciter conuenit; vt tota ptisana, ad decimum quartum quæ effertur, huic utilis erit ptisanæ succus. ad septimum quæ silitur, fruetur potu, cum paucio tremore ptisanæ: sumat manè & vesperâ succi ptisanæ uncias tres; vel sumat lactucas, aut emulsionem seminum frigidorum. quarto quæ finietur die, inedia illi commoda erit. Inclinato morbo, ptis-

cibus viciuntur. Sit cibus madens & frigidus vi, hordeum, pruna, iuscula alterata lactucâ, boragine, spinachio, maluâ, acetosâ, omphacio, vel capite, aut seminibus papaueris, & frigidis seminibus nodulo inclusis. Lactucæ commendantur coctæ & aspersæ saccharo violato, & portulaca ex aceto, cichoraceæ. Coquantur in cibis semina melonum: vel accipe seminum frigidorum, & papaueris eujuisque semidrachmam: fiat nodulus, imponatur iusculis. Aretæus vtitur diureticis, maluâ, betâ, cucurbitâ, apio: nam vna aluum emolliunt. Aëtius laudat vbique mellis rosati additam partem: & inquit, ptisana ita detur, vel mica panis: & mitigata febre, dentur oua, & lactucæ feruefactæ. Optima est pulicula hordei cum succo granatorû, cydoniorum, omphacio, aceto: hinc enim densati humores, non facile cursum suum in caput flectent. Cucurbitas laudat Abenzoar, & in omnibus acetum, & succum citriorum. Non diu, sua ore Aretæo, à cibo abstineant: nam cibi animum demuleent. sint pauci & continui. Sit tamen diæta tenuis, leniter astringens: non enim implendus æger, nec ieunio vexandus, vt ait Celsus. Tempus quo pastum inire debet, prodidit Aretæus; id sit ait, in remissione febribus, & delirij. Quod ad potum: abstineat à frigido actu, si in diaaphragmate hæreat malum; ne crudior inflammatio euadat, & ne febris ferocior postea insurgat; quare tepidum bibat. Utatur iolabio ex granatis, rosato, vel violato, aut syrupo nymphæ, & de ribes, cum aquâ hordei: hæc sitim extinguunt, & cum morbo pugnant: nam

generationem bilis prohibent, & incursum in caput reuocant, & acrimoniā bilis infringunt. Sæpe & parum bibat, auctore Alexandro Tral. arantia mala dulcia laudantur. Arculanus accipit vnam partem hordei, fricat cū panno aspero, coquit in aqua partibus viginti: cū ad dimidium excoxit, colat. A vino, dū vires florent, arcendi ægri: nihil enim æquè ac vīnum caput plethoricis caulis implet. propterea olim, vt prodit Ælianus, Locenses capitis supplicio cauerūt, ne quis ægrotorum infcio medico vīnum biberet. Attamen Areteus vīnum concedit, vbi atteri incipiunt vires: nam, inquit, insaniam demulcet; emollescenteque animo, ira cadit. dabitur itaque cūm trahitur morbus, & ignauā febre. Idem affirmat Abincennas, vbi vigiliæ perennant prostratis viribus, languidoque ventriculo si primū vixit, maximè si homo vīno assuevit, iam tū vīsum eius ineat. aliquos ita sanatos fuisse perhibet. Sit oligophorum, parcaque detur manu. Pragmatici malè hodie id exhibent, vbi iam ad ultima ventum est: ante uertendum hoc periculum. quin, inquit Areteus, cūm meatus est, ne in vaporem homo resoluatur, vnicum subsidium vīnum est: citò peruadit ac nutrit, diffluentia coërcet, insaniam demulcet. His etiam annuit Trallianus, modò non ad sit ferox febris, nec valido præcordia calore æstuant, & aliqua coctionis modò notentur signa, & vbi vigiliæ fatigant titubantibus corporis viribus, maximè si vīno assueverit, frigidoque ventriculo præditus si sit; his, inquit, modicè detur. nam eorum ferociam transfert in hilaritatem, &

*Lib. 2. De
varia hu-
beria 37.*

De vīno.

somnum conciliat; cibum enim coquit & distribuit. Haec tenus ad hanc rem auctoritatibus opus fuit: vt habebatis quid vinum propinatum à vobis excusat: nam quidam medici cum Aureliano centent vinum omnino negandum esse, tanquam repugnans, & nihil à veneno differtens: etenim datum, inquit, statim furorem exasperat, atque in nimiam magnitudinem tollit. Vitium itaque ratione detur; si inde plus commodi, quam ex aliis, auctis inde, incōmodi euenturum sit: Haud enim potis est, inquit Trallianus, id quod iuuat, vt aliquā etiam parte non noceat. Vino immadeat asparagus. Si stomachus à bile mordetur, ac ateſcat à siti, suadet Areteus, vt lac exhibeat cum aquā, plenā manu: hoc etiam laudat Razes. Vel frigida semina decorticentur, & in mortario contusa, per cibrum distringantur cum decocto furfurum, & saccharo dulcescat. Conferunt mirum in modum diuretica frigida. propterea etiam illinitur peccati oleo scorpionum composto. Rigentur ora aquā in quā maduit semen psyllij vel cydoniorum malorum. Quos odit, absint; amica videat & audiat: refert enim Censorinus, Asclepiadem, phreniticorum mentes morbo turbatas, sæpe per symphoniam suæ naturæ reddidisse: nam, inquit, in corporis & animi motu est harmonia. certè animi turbationes hic plurimum possunt. Absit strepitus omnis, & hominum multitudo: nam acutè audiunt, & strepitu irritantur. Quiestat quantum fieri potest: nā, inquit Areteus, à turbis in furorem aguntur: & vt refert Cōstantinus Afer, hoc malum hos in-

Nota.

Quiet.

Eadem
suader
Aurelia
nus b.
Acut. 11

hos incurrit, qui magno ac subito excentur labore & estate, maximè si squaler tempestes: vt Sileno euenit, primo Epidemiōn, historiā secundā. igitur contineantur illi qui exiliunt de lecto, multis ministris, inquit Cælius, vt leniter retineantur. vel ligationibus vremur ex vinculis latis & fortibus, qualibus nulla imprimitur vexatio. Sit cubile mediocre, vt nec voluntari, nec delabi facile possint. molli sint lecto, id gratum neruis. Stramenta omnibus mollia atque operimenta conueniunt. Sit etiam lectus, inquit Cælius Aurelianus, omni ex parte firmè locatus, vt cum fuerint impatienter iactati, immobilis perseveret. foribus etiam atque fenestrâ auerti, ne ingressu hominum asperentur. Omnibus sic affectis, inquit Celsus, somnus & difficilis, & præcipue necessarius est, sub hoc enim pleriq. sanescunt. Silanus iuxta cadens, ad somnum facit. & lectus eorum, ait Octavius Horatianus, suspendendus est, & ad vicem gestationis agitādus: frequenti enim ex ea lecti motione somnos dulcissimos procurabimus: nam ita ex oculis eorū, simulachris firmis abreptis, minus occupata mens in perscrutandis simulachris, quæ oculis offeruntur, se remittet, & quieti dabit. Cuique vltata, inquit Aretæus, somnum accersunt: nautis, nauis odor, & ventorum turba. Somno maximè studeatur, somno mitescit delirium. Fiat lotio manuum hypnotica, vt dictum De dolore capit: & huic immersa spongia natibus admoueat. & si fieri potest, pedes etiam hoc modo lauentur: quia soli nerui multo cebri tempore vaporis irrigant cere-

brum: ynde somnus, qui est affectus sensus communis interni, id est, sentientis animæ, sensuumque arbitrii, stipatus phantasie ac memorandi facultate. Iuscula cum capite papaveris coquantur. vel accipe syrupi papaveris, vnciam, vel fescunciam: aquæ lactucæ, vel nymphæ, vncias tres; pulueris diatragacanti frigidi, scriptulum: misce, bibat hora somni, aut accipiat pilularum è styrace grana nouem: capiat sub noctem. tutum est remedium. Perpetuò humectari debet alius in hoc affectu. Fluat vrina, nam hæc sèpe suppeditatur, foue pubem ex decocto parietariae, radicum asari, petroselini, ex vino. fiat etiam cataplasma ex parietaria, cum oleo scorpionum. prematur pubes. Alkekégi fructus sumat. Ab his cauendum, ne barbae medici accidentis lanienam inferant: noui qui hac incisiâ mediae barbae iacturam fecerant: nam interdum fallaci astutia sanitatem præseferunt, vt violent. Cum delirium, mitescente morbo, in fatuitatem vertitur, nec dura sint præcordia, sed si focus morbi in capite fuerit, audacter lauare oportet, ac sèpe caput perfundere: id facit corpus diffabile, siccitas mitigabitur, ac mens stabilietur, auctore Areto. Nam corpus horū est astriatum, vt etiam asserit Cassius medicus; dum enim querit, Cur phrenitici in paroxysmis robustiores sint? respondebat, eos auctas habere vires, quod habeant corpus male ad perspiratum comparatum, idque ex vehementi adstrictione. Iaceant in loco omni ex parte deuiō, ne aliquā transseuntium voce pulsentur. fenestris altioribus, ne se præcipitent. Iterum moneo

*Alius &
vscua.*

*Cur rabbis
stiphrenis
iici.*

moneo, sit aër nec seruens, nec algens, nec lucidus, nec nimium obscurus. absint pigmenta, ne phantasmatis exasperetur mēs, aut in risum soluatur: nam falsa pro veris vident, ac mentem agitatione lacerant, omnis splendor colorum absit. Laudat Cælius Aurelianus, ut solus agri vultus, sine aliâ corporis parte, luce perfundatur, quasi per quandam cœuernam arguto vſu machinatum. sed notandum quibus asperentur, & mitigentur. Aliis assentiendum, aliis non, ut efferentur. eos quos verecundè coluerunt, per interualla intrare permittemus; ne frequentia contempnum faciat. Suadet Cælius ut pubetenus, hoc est, inter umbilicum & pectinem, quod ἦται Græcis, lanæ oleo calido expressæ apponahtur. Sic cauetur ne vehementiâ febris, & cerebri contagione vesica inflammetur, quod sœpius euenit. præterea ne vrinâ distendente vesicam anxiè, ischuria succedat. Spongiâ molli dergeatur sudor qui per vultum & thoracem emicat. Dabimus semper congrua, fingentes ea quæ ipsi petebant. Cùm se in fortitudinem erigere corpus coepit, volantū dabisimus carnes, pilces, cerebrum. Moneri debent iam qui euasere, ut rectè mentem componant, cachinnos, & tristitiam deponant, ut in vulneratâ sede rectè mens habitet. Vsus hic etiam notauit quedā remedia. Annotat in Euonymo Gesnerus, hirundines iuuenes tritas in puluerem, mixtas cum castoreo, & paucō bono aceto, esse destillandas: nouem dies pota hæc aqua, à ieuno, curat phrenitidem. Matthiolus suadet ut maluæ succus potetur, octo vnciarum

Urina.

EMPI-
AICA.

pondere. Accipe illud pingue & spumam quæ bullienti fero lactis supernat: hoc vnḡ caput rasum. Alij caput vngunt cum aphrogalis. Alij aquam boraginis & buglossi admouent capiti; velex floribus nymphæ liquorem, aut rosaceum liquorem, incunte morbo. Quidam illinunt oleum ranarum, cum paucâ caphurâ. Matthiolus solani hortensis tum foliorum tum baccatum succum sincipi cum linteolis superponit. Meorum quidam in Italia præceptorum hoc oxyrrhodino frequenter vtebatur; aquæ rosatæ, olei rosati, cuiusque sescuncia; olei nymphæ vncia; philonij Rom. semidrachma: misce, fiat oxyrrhodinon. Quidam ^{Semnifer-} ex emulsione quattuor seminum frigidorum & papaueris, cum sescunciâ syrapi de papauere, & paucō violato, vel de citreis, horâ somni haustum exhibent. In vigiliis immoderatis hoc erat Montagnanæ remedium: papaueris albi semuncia; corticum mandragoræ drachma; croci grana quattuor: leniter contusa, & sindone excepta immite horis sex aquæ nymphæ. fiat expressio: datur ad vncias tres, sumat duabus horis à cœna & prandio. foris: accipe vnguenti populnei semunciam; olei violati drachmas sex; corticum mandragoræ drachmam; opij grana tria, usque ad semidrachmam; croci semi scriptulum; succi limonum, parum. hoc extreum Montagnanæ est somniferum. Aliud, Accipe opij, croci, cuiusque scriptulum; aquæ rosatæ, vini albi singulas vncias; fiat frontale ex linteo: hoc commode adhiberi vidi. Si licet casum in consilium vertere, ægros subito & nihil ^{Temera-} tale

tale cogitantes, in ingentem cadum frigidæ plenum præcipitaremus, in caput periuolutos, nec eriperemus nisi post affatim haustam aquam; ut subitâ formidine tactis, ad infernas partes abriperetur materia morbifica. Sæpe vnu compertum, hos euassisse, qui cœstro perciti phrenitidis, fæse in profluente præcipitassent. Quare rectè Celsus, multa in præcipiti periculo rectè fieri; aliâs omitenda. Hæc de curatione, quam breuiter ita ob oculos reuoco: primò enemate vel purgatione, aut venæ sectione vtendum: repellentibus, & deinceps sensim resoluentibus: cordi dicatis potibus humectantibus & frigidis: vrinam & aluum prouocantibus. In paraphrenitide autem, in quâ plus timoris quâm periculi, admitti poterunt loco phlebotomiæ, si vehementis illa fuerit (ne abeat in veram phrenitidem) cucurbitæ, oxyrrhodina, somnifera, habitâ tamen ratione partis obseßsæ morbo. Vt, si à pulmone, miscebimus violatum & pauperis syrupum, vel capillorum venetis. Si ab hepate inflammato, cum syrupo de granatis, & aperitiuis, vt cichoraceis. Si à diaphragmate, accipiemos aquam hordei, in quâ violæ immaduere, libram; olei violati, vnicas tres, vt fiat epithema. At comatosâ phrenitis vix curatione recipit.

CAPVT XI.

De LETHARGO, Veterno Latinorum.

LETHARGVS quamvis inflammatorius sit affectus (vnde Constantinus Afer petibet frigidam phrenitidem à Galeno appellari) atamen symptoma est phrenitidi con-

trarium. In phrenitide enim diuūm gratissimum illud donum, somnus, non serpit: at in lethargo inexpugnabilis adest dormiendi necessitas. Quare qui hunc affectum lethargum & lethargiam primi nominarunt, ad obliuionem & pigritudinem eius oculos conuertere: Græci enim lethen obliuionem vocât: & argiam vacationem, quam corpori atque animo ingerit hæc passio. Quare hoc nomen à symptomate inditum est. Abincenna appellat sirsen frigidum, id est, apostema frigidum, collatione facta ad phrenitidem: cùm alioqui nulla phlegmone algeat. sed tanto hic madore circumfluit cerebrum, vt in perenne somnum dilabatur. Ita vinum quoddam frigidum dicimus, & cereuicias, quin & febres, cum aliis si committantur. Sed naturam huius mali peruestigemus, & ^{Quid} primùm quid sit videamus. Si collineare velimus ad accidentia quæ hic fatigant, dicemus esse delirium intermissionis expers, cum febre, sopore, & citâ obliuione consociatum, cerebri malè affecti per idiopathiam symptomata: sicut phrenitis. Ac delirium quidem notamus in morum alienatione, corporis indecorâ abiectione, & ^{admodum} laborum: soporem in veterno & exolutione: febrim in feruore, vrinis, & arteriis: citam obliuionem in necessariis naturæ rebus, vt oscitatione, respiratio ne, alii secessibus, & lotio. Sed præstat causam symptomatis definitioni includere. Est itaque lethargus actio deficiens principum facultatum, ortu dicens à phlegmone cœdematosâ cerebri, cum febre continuâ. Si itaq. quis oculos verterit ad actionem

R læsam

lēsam, rectē lethargum symptomā esse profitebitur: sīn verō ad phlegmonem, morbus erit. Quare Galenus meritō nonnunquam lethargum morbum esse affirmat: & aliās symptomata id vocauit. Nam phlegmone est morbus cui lethargica symptomata conseq̄taria sunt. Dixi in definitione febrem adesse: hæc autem sit à pituitā quæ in cerebro putrescit: sed hæc ibi stabulans auctor febris non euader, ni adsit inflammatio; quæ proxima causa est horum symptomatum. Dum à tali pituitā nondum inflammatur cerebrum, febris nondum manifesta adest: alioqui, ut scribit Cælius Aurelianus, semper cum difficultate sensuum, atque febris hæc intelligitur passio. Remotiorem itaq. causam vñā agnoscimus, cerebri immoderationem calidam & madidam, cùm materiā pituitescente, cerebrumque tendente: ni enim id fiat, phlegmones ratio aberit. Quidam hunc morbum non proximè ad phlegmonem, sed ad cerebri madorem & algorem abducunt: quod somni libido adsit inexpugnabilis, & memoria ablata.

Respondemus; dormiendi necessitas fit à solo madore: ita Galenus affimat comam nasci ab intemperie humida: at in cā est infracta dormiendi cupiditas. & alibi, in lethargo altus somnus, quod cerebrum ob insignem madorem expandi nequeat. nihil hīc de frigore. Comā detēti nil respondent excitati, veterno pressi respondent: nam à madore sine algore, imò cū quodā calore est. At dices memoria euanuit: itaque à frigore. Respondemus demonstrasse Aristotele varias ob causas memoriam de-

*4. De pra
fag. ex
pus.
3. De
caus. pus.
10.*

*Lib. De
memor.
& remem-
rny.*

leti: vel quia simulachra rerum non suscipiuntur à sensu communi: vel suscep̄ta non detinentur: utrisque his opus est, vt sit quis memor. Hinc enim tenuem stabilemq. substatiām à SVMMO DEO cerebrum obtinuit: quod enim tenuer, accipit; quod stabile, retinet. Propterea firmari dicitur siccitate & calore: calor enim tenuat cerebri corpus: siccitas id stabilit. At in lethargo frigoris vi nō obliteratur memoria: sed pituita inebriantis cerebrum adeo, ut simulachra non accipiat: & quamvis admissa essent, effluenter à nimio madore. His rationibus cōsentaneum non est, à frigore homines memoriā exui. Quod autem scribit Galenus, lethargū fieri ex forti refrigeratione, id verissimū est de antecedēte causa: sed ea postea putrescit, & phlegmonem accersit, cum febre perpetuā. Hactenus de naturā & definitione huius afflictionis: iam ad causas. His cerebrum pītuita putri velut inebriatur, tēditur, & ita inflammatur; eiusq. membranæ, venæ, arteriæ, circumfluunt pituitā. Verū vnde hæc pituita? Duplex huius talis causa, vñā generans: altera generata in putredine contaminaans. Generant eam, quæ cum madore algent, sumenda, admouenda corpori, & agenda. Ita Heraclides Tarentinus libro primo De internis passionibus, à copiā cruditatis hanc nasci. Ita crassi & frigi cibi cum multo vino, & aēr qualis medio Autumno, inquit Aurelianus: quies torpida animi & corporis, temperies quin etiam pituitosa: propterea dicebat Soranus, senes frequenter hoc affligi, quod & aptior sit sensuum difficultati, & demersione ipsa senectus, alij

1. Aph. 3.

*C A V-
1. A B.*

*Genera-
tria*

ctus.alij tamen median æratem pōnunt hoc malo maximè infestati. Hyems & primum ver fœcunda in hoc malum: & pingues naturâ: & si vomitus pituitæ solēnis fuerit interceptus.Causæ autem putrefacientes congestam materiam, sunt cuncta quæ infarctus adferunt: quæ si cerebrum feriant plenum, intercipiunt transpirationem,hinc putredo.Scribit Abincenna à cœparū v̄su lethargum etiam nasci: quod nimurum congestam pituitam in putredinem abripiant. ita esus fungorum. fit & à potestate frigidis venenis: vt ab opio, cicutâ, largiùs sumptis: nam, 5. Simp. 17. &
3. De temp. &
2. Aphi.
37. auctore Galeno, deleteria frigida solâ necant copiâ. his peculiaria remedia scribit Dioscorides.Fit itaque lethargus ex refrigerante materiâ quæ putrescit & opprimit cerebrum: interdum à resoluto cerebro vi morbi acuti incidit, vt euenit Hermodrati apud Hippocratem. At Heraclidi Tarantino etiam nasci videbatur ex humorum acrimonîa, vt testatur Cælius Aurelianus. existimo eum ad putredinē collineasse. Hæc de causis primigenij lethargi.iam ad signa. Repleti capitis symptomata sunt cataphorica, aut cephalalgica, aut catarrhoica. Inter cataphorica numeratur lethargus. Hi oscitando diductam inferiorē maxillam claudere immemores sunt: nec micturientes matellam se poposculle: magnum & raro spirant: iniussa exerrit alius, & iniussa vesica, hæc sunt precipua signa,de quibus latius aliquantulum dicamus. Sunt signa lethargi duplia, alia quæ imminentem, & alia quæ præsentem arguunt. Signa inuidentis lethargi sagaci iu-

Putrefacientes.
dicio captare oportet:nam iam tunc aderit occasio medendi: quæ abiit cum iam insedit morbus visceri. Tunc futuri lethargi metus adest cū sensim somniculosis obrepit oblio: non enim subito veluti catochus inuadit, anteambulonem habet carebariam. vicissitudo adest sugarium vigiliarū, & arctioris somni: ex contraria vi putredinis, & materiæ putrescentis. falso, inquit Theodorus Priscianus, somno deprimuntur. tremat si interdum caput; propagatione causæ lethargicæ, à parte posticâ cerebri in cœruleum. Hæc sanè plethoricis causis percelli cerebrum denotant. Præterea si putridus catarrhus diu multumq. molestus fuerit. vultus inflatio, taciturnitas, in multo somno nihil somnians, iugis oscitatio & extensio artuum. saliuosi sunt. febricula lenta à torpido calore. his iunge procatharticas. Præsentem autem lethargū noscemos ex actionibus lœsis, excrementis, & qualitate à mutata. Ex actione lœsa animali: vt ex oppressione & hebetudine sensuum, tum principum etiam facultatum, quæ in imaginatione, cogitatione, & memoriâ. Non delirat vt in phrenitide, sed fatui sunt & amenes: etenim est actio hic ablata, non depravata.Vt progressum fuerit malum, ita memoria râsum, mox mens & cogitatio, non raro utrumque afficitur, vñâ cum sensu communi. Nam præsente in malo omnes sensus sôpiti iacent, & motrix vis gravioriter afflicta languet; magna capitis segnities, crescente passione, vt scribit Aurelianus, in dorsum semper reuoluitur æget: nulla iactatio fatigat, æmula mortis quies, somnoque Immixtu.
Ex actionibus lœsi.
Animas libet.

similis demersio & pressura. Qui moderatiūs ægrotant, inquit Trallianus, inclamantibus palpebras aperiunt, & rursus conniuent: & tunc iussus linguam exereat inspectioni, tardè id facit, tardeque reducit: intercepta enunciatio dum loquitur, ex obliuio: tremor: sputator ex refluxu salivæ: nec mingit nisi monitus: tam gravis obliuio ut os claudere oblitiscatur dum hiat: nam, ut videtur Aëtio, inferior mandibula veluti resoluta videtur. Labitur ad pedes: respiratio tardior ac maior, cum quodam gemitu. Tandem non nisi puncti excitantur; sed solum leuiter motis labii, atque conductis rursus demerguntur in somnum. In peius cùm dicit ægrum passio, respiratio crassescit, ita ut exstincta videatur: palpebrae non omnino conniuent: oculorum cauitas, linguae ariditas, stridor dentium, aut demissio ore ita propendens mentum, ut neque manus conduci possit: stridor pectoris: saltus inferioris labij, guttur existans: non audiunt, nec palpebras mouent. Notandum hos, *d'ia & p'p'v'c'la'c'ia', magnum & raro respirare: cùm ob febrem crebro respirare deberent: imò stertit nonnunquam. Razes inquit, si quis cum profunda animi in somnum delatione iaceret, & tamen si virgeatur, sentit & mouetur, verum oculos semper occlusos habet, ad quos si altius inclamat, aperit atq. ilicet ad somnum reddit, hic Sopore oppressus laborat. Neque iste somnus est, ait Cælius Aurelianus, impeditis omnibus officiis naturalis actionis, sed est oppressio quæ metagit ægrotantem. Vitalis etiam facultas cōsensu trahitur. pulsus magnus,

* Hæc, demen-
tia cau-
sa.

Ex vita
litterarum.

tardus, inanis, ac languidus ob frastam facultatem: latus videtur pulsus ab irritatâ facultate: est enim inflatus, vndosum vocat Paulus; attamen debili percussu, quod tamen inflatione erectus videtur, non fortitudinis causâ, sed passionis nequitia id efficitur. Ita Soranus Ephesius ei ascripsit pulsus magnus, tardus, atque inanem. Hippocrates inquit, ὁ πυρεῖς ταῦθεῖς, id est, cum pulsu effacto, hoc est pigro, tardo, vndoso, cum διπλής intercalari, per exolutionem facultatis pulsificæ, in visu pulsandi pernecessariæ. est autem mollior, ob cerebri inflammati molitiem. Lenta adeat febris, à lento humore, non valde mordax: interdum quasi intercapedinata. Quin & naturalis facultas sympathia vna fatiscit. Scribit Abincenna lotium respondere asinorum lotiis: à spirituum ac flatuum perturbatione in venis, quæ fit his exilientibus ex pituitæ copia. Deiicit aluus pituitosa. Color plumbeus vel liuidus crescente passione, conductus vultus ac caperatus, quasi luctu obsefus: sursum elata hypochondria. Excrementorum non voluntaria emissio. Nec potum nec aliud quippiam sibi dari contendunt: cùm nulla sitiferæ causæ sensio excitetur alienatis mente, vnde se negligunt, ac tam immemores, ut si quid forte poposcerint, cùm in manus sumplerint, id se tenere manibus non meminerint. Alias ventris atque urinæ officium cessat, adeo, inquit Aurelianus, ut liberati tādem ab urinæ interceptione moriantur. Alias biliosa aluus à bilis dominatu, à febris corruptione: profusiorque vltro & iniussa fertur, nam hi non sunt

Galen. 3.
caus. puls.
13.

Ex Natu-
ralibus.
& a Qua-
ritate mu-
tata.

sunt sine mentis: & quia partes excretioni dicatae hic sensu carent. & tumida est haec profusa alius, ut in hydropicis. Quam si astrictiorum fortem habuerint, attamen arescentes fæces & vrinæ exirent iniussæ. Decoloris sunt, faciei sympathia cum cerebro pituitâ inebriato: est autem consentaneum, ut color humori similis efflorescat. Quamvis alioqui calor toto fundatur corpore, ex febre pituitosâ: quæ tamen leuis interdum. Os albet, & excrementis scater: & tussiunt à pituitâ labente, liquidumque spuunt multum. Lingua à pituitâ albescit. Sunt turgiduli: cuiusmodi sunt qui somno indulgent meridiano: aut qui ad multam lucem dormiunt exhalandi vini, & concoquendæ crapulæ causa. Nam diuturnior somnus facit τιμ. εργ. id est, elixationem: quæ causa est cur lethargici videantur leucophlegmatics. Apparent enim genæ sublimes, ut ebriosis, laxatis vtriusque canthi musculis ad oculos. Tandem vnguium liuor: sudor frigidus & glutinosus ad vultum & ad collum. Signa habemus unde agnoscimus lethargum adesse: qui si ex variis partibus obsessis, diversisque causis effecticibus oriri possit, etiam peculiariis notis pars obsessa, & causa efficiens notari debebunt. Nam differentiae sumuntur à loco qui morbo premitur, & à causis effecticibus. A loco affecto, qui hic est cerebri substantia ex Abincennæ sententiâ: cuius notas iam narraui. fieri etiam potest à meningibus occupatis: sed non erit exquisitus ille lethargus. Ita varias lethargi species recenset Aëtius. Quin etiam diaphragma

phlegmone pituitosâ obsessum in parte carnosâ, ideam lethargi præse fert: sed pulsus est durior, & præcessit dolor in ea parte, & tensio; & tument media, inquit Aurelianus: at cum à capite est, præcessit somnus vberior, capitisq. tremor, & sanguis est lethargus, quin oculi propenduli videntur afflicta cerebri substantia. Quare ex modo generationis facilè distinguitur. De diaphragmate obsesto, ita Aretæus; Si præcordia inflammata sint, aut si intrò tracta præcordia cauâ fiant, cataplasmatâ & madefactiones utiles erunt, descriptæ capite de phrenitide à diaphragmate. Aëtius cataplasmate vtitur ex pane, & malo cotoneo cocto, aut pampinis: & progresso morbo addit semen lini, absinthium, & althææ folia. Postea ex hordei farinâ, & fœnugræco, & althææ radice fiat cataplasma. omnibus adde absinthium. Sit latum linteū, ut latera & pectora sub mammis amplectatur. Amoto cataplasmate, fiat illitus ex nardino, vel cyprino. & dorso etiam illinatur. Si flatus adsint, adiicies cataplasmati cuminum, baccas lauri, tutam, & similia. Si quid induruit, adde farinas emollientes. Aurelianus etiam cucurbitam imponit à scarificatu. Itaque ut bilis flava in cerebro facit phrenitidem, bilis atra insaniam, pituita putris lethargū; ita in diaphragmate, pituita putris cum febre quæ palpitationem inducit, deliracionem quoque facit, quæ proportione respondet lethargo. Haec pituita in diaphragmate inflammationē mouet. Adueniente autem crisi per peristolam, proritatione & in meatuum libertate, naturâ duce, pituita per

*Curatio à
diaphrag.*

*A causis
efficiens.*

*Differen-
tia com-
muni-
cans.*

*Vi distin-
guatur a
veniu-
fici mor-
bus.*

aluum excernitur. Quantum ad dif-
ferentiam aliam quam duci ab effi-
cientibus causis dixi, ea h̄c à pituitā,
quæ vel iam iam putrescet, aut pu-
trescir, vel computruit. Est vel pri-
marius lethargus; vel secundarius, id
est, aliis morbi cōsūctarius, ut phren-
nitidis. Constat lethargus ex phleg-
mone: quare non simplex morbus.
Est solubilis, vehemens, mali moris.
Peracutum malum, quod septimo
die finitur interdum: ob afflictam
nobilem partē, quæ cæteras in con-
sensum trahit. Cerebro proprius:
perpetuò idiopathiā infestans. Sed
sunt quidam lethargo vicini affe-
ctus, hi, ne fallant, ita discriminan-
tur. Si is qui prostratus morbo iacet
non respirat, ab apoplexiā id erit: si
respirat liberè, clausis oculis, cum fe-
bre, nec alteri morbo superuenierit,
lethargicus iacet eger. Si manus tunc
etiam tremant, palleat, turgeat, pul-
sus tardi, & alia quæ diximus adsint,
firmabunt significationē. Et sensim
abeunt homines in lethargum: at
apoplexiā subitò deiiciuntur. Quod
si febris expers alij morbo successer-
it, caros erit: & maior dormiendi
necessitas in caro virget; stimulati
enim vix excitantur, interrogatiq[ue]
non respondent: liberè tamen re-
spitant, quod apoplecticis negatum
est: nam apoplecticus sterit tātūm.
A caro autem lethargus discrepat:
nam vt dixi febris caron præcedere
solet, eaque vehementior. Nam qui
sopores in periodicis febribus *Cup-
pula lumen* agros occupant, sunt
non *androparoi*, sed *xagwimai*: nam ca-
ros est symptomā akerius morbi: at
non ita lethargus. A comate autem
differt lethargus, quod pituita co-

matis, non sit putris, ideoq[ue] adiungit
tur lethargo, non comati lethargus.
Lethargus proximè accedit ad Ty-
phomaniam vel coma vigilans, quia
dormire videntur, & somni sunt ex-
pertæ: nam delirant. Sin oculi pa-
teant rigido corpore, catalepsis erit,
à sanguine vel melancholiā. A lip-
othymia quæ in febres cadit disser-
nitur: quod hi denso & paruo sunt
pulsu ilico. Quidam à mandragorā
falso lethargo tenentur, vel altercum
bibentes: quidam à lumbricis. A
mandragorā vel alterco, plenior pulsus:
at in lethargo est inanis & inflatus.
A lumbricis adest pulsus densus
& velox, & paruus & deficiens: &
maximè cùm febris dimitit: nam
accessionis augmento, quantum cre-
ditur, non valent stomachum vel
ventrem lactare. Causis deprehensis
huius mali, quā arte illæ iam abigi
debeant, ex earum naturā intellige-
mus. Ad sunt symptomata, vt torpor:
adest & proxima causa morbi, pu-
trescens humor in cerebro: & etiam
antecedens causa, quæ in venis ma-
gnis concepta, fouet & auget cerebri
malum: quin & remotior, plenitudo
toto fusa corpore. Fluens itaque ma-
teria erit reprimenda: & fluxuram
fluentem quæ reuellemus. phlegmo-
ne autem, quæ iam in *zepheris*, cu-
randa, eā arte quā phrenitis. Pituita
quæ madet siccat: viscida absterge-
atur: crassa attenuetur: putrida
euacuetur. Itaque quinque exigere
videtur h̄c curatio: euacuationem;
diuersionem; tertio, ineunte morbo
retusionem influentium succorum;
in medio repressionem & exhaustio-
nem, labente morbo resolutionem
& causæ consociatæ eductionem:
quartò,

*Indicatio-
nes cura-
tiones.*

*Tregns-
fus.*

quartò, corroborationē: quintò, vitæ modum ut præscribat. Hæc si peragi poterunt, quæ ita causa mali transigenda iubet, ilicò ad curationem pergendum. Sed ægrè hæ indicatio-nes absoluuntur, ob summam vim morbi, qui septimo die sæpe finitur; ita ut ægrè toti corpori medicinam facere liceat: obque partis principis ab inuicta ferè causā occupatio-nem. Rarò enim excutitur materia à cerebro: ægrèque restituitur eius temperies in tam malignâ cacocho-miâ, tantaque naturæ oppressione, propterea etiam de ceruicis dolore interdum queruli sunt, propter transi-tum materiæ à cerebro in spinalem medullam, eius sobolem: vnde vi-gente lethargo, manibus contremis-cebant, per propagationem materiæ, tunc cerebro conceptæ. & dicunt flatu-si per aures vi exprimi, cum sibili, à flatibus. Acutum hoc genus morbi, & nisi succurratur, celeriter iugulat, inquit Celsus. Nam cùm fa-ctus iam constitit tumor, facile in vomicam abit: ac die in sphacelum, hoc est corruptionem abripit cere-brum. Quare antequam curationem aggrediamur, prudenter notas obseruabimus, quibus significatio ad-fertur nū redintegrabile cerebrum, an calamitosum potius malum illud habeat: & quismam eventus expe-ctandus ab hoc malo. Si septimum diem egrediatur, aliquid speradum. Nota bene vires; & maximè respi-rationem: nam inde vim morbi facilè assequeris. Si enim validè ledator respiratio, ad Apoplexiā nutat. Et Cælius Aurelianus admonet lethargum esse graviorem phrenitidem; non aliter quam negatus in toto visus, ab

*Corruptio-
cerebri.*

N.B.

*Galen. 3.
les. off.*

ex parte impedito. Si symptomata mitescant, bene sperandum: vt si re-dintegretur respiratio. Ponè aures si tunc tumor efflorescat, vel tumorem si concipiatur foris caput, illa in bonis ducenda: est enim parotis peculiaris lethargi crisis, à foras protrusa mate-ria: nam lōgiùs frigida materia non abscedit, sed ad proxima loca. Ga-^{3. crit} lenus etiam affirmat sudore solui. Tremor, & frigidus circum caput sudor, malum: nam tremor fit quan-do lethargi inueteratione fit cerebri alienatio: vel propagatione causæ lethargicæ à parte postica cerebri in ceruicem: sudor autem initio fit per expressionem, ab oppressione; postea verò, ab exolutione partium solidarum. Lethargici in phrenitidem de-ciderunt interdum, auctore Cælio Aureliano, & deinde ad sanitatem per-uenerūt aliqui, cui subscribit Theod. Priscianus, qui ait plus lethargicos periclitari: nam phrenitici amplius grauati fiunt lethargici: lethargici verò relenati in phreniticos permu-tatur. Hoc ex Hippocrate affirmant, qui asserit bonam translationem eius esse in phrenitidem: sin contrà cue-niat, malum: exhausta nimurum ce-rebri viuacitate, vt in Hermocrate, quem somni vacuitas comatosum reddidit undecimo die morbi: nam intemperies frigida febrilis ardoris cōflectanea, est insanabilis. Si sociam etiam traxerit validam febrem, ægrè curabitur. Si vrina ab vsu remediorum ad colores non erigatur, ma-lum. sed si superuenerit frigus, rigor, vel tremor, sine cōflectaneo sudore & euphoriam, calamitosum; indomi-tam enim copiam frigidi succi denotat. Ita etiam sudor è capite manans frigidus

Histeria. frigidus morte præsagit. Quin etiam vires quæ effluunt immemoribus, lethales. His si accesserit vrinarum perturbatio, vocant *Urg. S. Aeg.*, tanto peius. Nam Hippocratica schola docet, si lethargico immemori aliud feratur liquidis excrementis, vel vrinæ fundantur similes iumentorum, mortem subesse: nam indomitam materiæ copiam denotant. Qui seruantur, inquit Hippocrates, ferè his purulentu redduntur pulmones. nisi tamen antè cadat ex peripneumonia, quæ ex prolapsu fœdæ huius materiæ insiliit, fractis iam à lethargo viribus. A magnis febribus plerumque calamitosus euenit: à resoluto cerebro. Attamen, non temerè quod dixit Celsus, monstra in medicinâ eueniant: audite quæsto histriam quam doctissimus ac diligenterissimus D. Schenckius narrat ex Valeriola obseruationibus, de sene pro deplorato à medicis relicto triduum totum: qui tamen reuixit paullatim vi naturæ tacite operantis. Medicus, inquit Valeriola, Lusitanus septuagenarius, febri continente gravissimâ Auenione correptus, soporatus & ferè apoplecticus factus decimoquarto die, ad multos dies sine cibo & potu vitam ducens, sine voce, & sensibus omnibus destitutus, tanquam mortuus iacens, & pro deplorato relictus à medicis (in quies & ipse ascitus eram) tandem sensim naturæ ope reuocatus, post bimestre tempus, & eo amplius conualuit. Temperie erat frigidâ & humidâ, pituitosus & excrementis abundans, carnosus, vorax, & parum in victu cautus. Vnde videtur non à resoluto cerebro vi febribili, sed materiæ illi

copia oppressum cerebrum fuisse: quâ cuiuscõ, febrili calore, evasit. Si spes aliqua redintegrationis affulserit, ad remedia illicò properandum: primumqæ à reuallione auspicandum: est enim acutissimus morbus, & induciarum nescius. Remedia ordine in usum ducantur. Primum iniiciatur clyster aliquantulum acrior: quo excitetur æger, totumqæ corpus & caput euacuetur. hoc modo: Accipe parietariæ, betæ cum radicibus, mercurialis, cuiusque manipulum; foliorum ruta, betonicae, saluiae, palegij, singuloru semimanipulum; seminum anisi, ruta, viriusque binas drachmas: agarici non trochisciati, duas drachmas; foliorum senæ, semunciam: coque ex hydromelite: collaturæ librae adde catholici semunciam; hieræ duas vel tres drachmas; aut succi betæ duas uncias vel tres; olei ruta uncias duas; salis communis drachmas duas: misce, fiat enema. Deiecta alio, si vires, ætas & plenitudo sanguinis respondeant, pertundes cephalicam. Sed èstne hoc modo, nimirum per venam secundam euacandum & reuellendum? nam hic humor crudus coctione potius eget: & frigidus morbus sanguinis eget. nec æquè ac bilis meabilis est pituita viscida, quæ hic in uitio est; quare ex vulnusculo non effluet. Respondemus, suadet venæ solutionem magnitudo morbi; si vires vegetæ fuerint. Quare, modò nulla adsit inopia sanguinis, nec validum succorum vitium, vena liberanda: nam ubi validâ circumfluit cacochemia corporis, vires titubant. Nec profectò tata adest cruditas entescentibus corporis viribus, quæ arceat

*Curatis.**Quid pri-
mo agan-
dum.**Phleboto-
mia.**Dubium:
an secun-
da vena.*

arceat sanguinis eductionē in morbo acuto. Coqui certè succus possit, si morbi vis non æquè effloresceret. Et ita est, frigidus affectus indigus est sanguinis: at nos etiam non copiosè eum educendum putamus. & tamen hac euacuatione vnā subducimus frigidum succum, qui copiā obruebat calidum natuum. Et certè fusa est hæc materia in venis, ideoque fluxa, facileque pertusā ē venā meabilis. Itaque secunda est vena: nam celere est remedium. Suadet inter cæteros & Aëtarius venæ sectiōnem: quod, inquit, expeditius eius in vñs sit excursus. Sed, vt eidem auctori etiam placet, exiguum quid sanguinis detrahatur. Cautionem quandam addit doctissimus Areteus; si, ait, alias morbus hunc excepterit, vena non secerit (nam languent vires) ut si phrenitidi superuenierit: sed ventrem sublito, addito castoreo: etenim imus venter veter-nosis frigidus est, & ad excretionem emortuum intestinū. Galenus etiam commendat inter omnia phlebotomiā: nisi quid impediāt, ut crudus succus, ætas, tempus in quo sit extremus æstus aut frigus, tunc enim ad clysmata potius actia deueniendum esse admonet Paulus. Cælius etiam Aurelianus phlebotomiā adhibendam intra primam diatriton, aut in ipsā existimat. Secat etiam venam Ttallianus, si vires ferant. & Aëtius, modò adsit sanguinis copia. Sin, inquit, pituitosior & lenta materia fuerit, ut hīc solet, attenuantia erunt præscribenda: ut, si pars neruosa non fuerit in querela, acetum mulsam damus: quibus verò hæc fuerit in quætelâ, his propinamus decoctum

apij, fœniculi, adianthi; de quibus mox. Ad hæc collineans Abenzoar, phlebotomiā prohibet. Ego maximè venam tundendam puto, vbi sanguinea euacatio solemnis sup-primitur; vbi tunc facies turgidula rubet. Sed quæ vena erit secunda? Quæ ve-
na. Cephalica vena cubiti, inquit Areteus. sed cuius lateris? è regione partis magis afflictæ, inquit Arculanus; & prudenter addit, si modò sanguine misti fuerint humores. Quare si turgidulæ fuerint venæ, & reliqua annuant, cephalica in brachio primùm tundatur: dein frontis vena scindatur: hoc est, si à venā sectâ facies turgidula rubeat ac ardeat, & venæ cōspicuæ sese efferant. Verūm Quæ co-
pia. quantum sanguinis eliciemus? parcè hoc agemus; ad vñcias quattuor aut sex. Si metus adsit ut ferat venæ sectionem, admouebimus cucurbitulas lateribus colli ponè aures, iuxta venas: in iis partibus quæ syntomarian habent cum capite: non ut Arabes dorso & humeris. nam, ex nostro præscripto, ita promptius euacubunt, & diuertent. Quin in vigore morbi occipiti admoueat: ad ecclampsin calidi natui. & vñā extra-he sanguinem. quod etiam voluit Aurelianus, qui ait, radendum tunc caput, scarificandum apposita cucurbita: & sanguisugis reuelandum. Idem profitetur Aëtius, qui ita scribit, Occipitio affige cucurbitam, ad vertebram primam & secundam, & sanguis effluat. Admonet iterum hic Areteus, inutilem esse cucurbitam si à phrenitide in hunc morbum venierit. Sin, ait, arra lingua est, & tumor in præcordiis fuerit; cucurbita opus est: nam à diaphragmate in-

flammatario affectu obstito hoc erit.
Fronti & temporibus etiam sanguis
fugas olim affigebant, ut annorat
Theodorus Priscianus. Venâ secca
excitetur æger sufficiens hoc fieri hic
licet: nam respiratio adhuc est inte-
gra. Accipe capillorum humanorum
incisorum, drachmam; castorei se-
midrachmam; assæ foetidæ drach-
mas binas; lapidis gagatis drachmæ:
misce. aliquid ex hoc puluere carbo-
nibus iniiciatur, & fumus per traie-
ctorium naribus excipiatur. Ruta
etiam naribus imposita egregiè ex-
citat: teratur cum aceto. Verum cùm
febris adsit, vehementia non sive
temere prescribenda. Reuellemus
etiam frictionibus. Priscianus arti-
culos eorum vngit frequenter & fri-
cat oleo veteri, vel cucumeraceo, mi-
xto castoreo: & si frigidi fuerint,
sinapi admiscet. Hæc fient duas ho-
ras à cibo: ita etiam vincula tunc
iniiciemus. Hoc modo ventriculus
suo officio non fraudabitur: cùm
iam tunc cibum arcto amplexu reti-
neat: quin tunc alioqui in cerebrum
se ex ventriculo effundit vapor, cùm
coquitur cibus. Quare non ilico à
pastu frictiones & vincula adferan-
tur. Aretæus etiam iubet ut pharma-
cis genua & pedes illinantur: vrticâ
crura verberato, inquit, vel illine eu-
phorbio: scyllæ et minis aut succo
fricetur. Vel ex ceto elaterium cum
sinapi cum frictione admoue: vt de-
mortui languor discutiatur. Sed eau-
tio adsit ne his utamur inuasionum
paroxysmis. Ab vrticâ tamen verbo-
rationem, quod etiam Plinius, reli-
quis præfert Aretæus: non enim ma-
lam vstitutionem relinquit, aut vlcus.
Plinius frontem & crura eâ ferit,

*Excitans
sue.*

*Frigida-
bus.*

*Vincula
& illantes.*

Cautio.

Et gilua charta geminata imbuatur
smegmate, sale, & fermento: impone
pedum plantis. Ineunte tamen mor-
bo illico deponenda erit fœditas re-
gionis aluinæ. Quare si vomat ex fa-
cili, gulæ inserat pennam, suasore
Abincenna, delibutam melle & si-
napi. Et Mesue etiam vomitum ini-
tio mouet. quod bene fit in stoma-
cho repleto, inquit Arculanus, unde
surgit vapor, sed tamen ut plurimum
nocere admonet. Clysimis eluat
alius, id melius hoc modo quam
pharmacis in hoc malo: nam ut te-
statur Actuarius, bis aut ter elui ali-
us debet, quod facilis eat, nihil que
haret quod in caput cursum suum
flectat, & vaporando malum augerat.
Hoc modo: accipe foliorum maluæ,
althæ, liliorum, betæ, parietariae,
rutæ, centaurei minoris, cuiusque
semimanipulum; florum meliloti,
chamælii, stœchados, singulorum
pagillum; seminis maluæ, lini, anisi,
cuiusque semunciam: coque ex hy-
dromelite: colatura librae adde dia-
phœnici semunciam; benedicti vn-
ciam: mellis rosati vncias binas; olei
chamæmel. vncias tres; salis drach-
mam: misce, fiat enema. Postridie à
molli clystere, si opus, imponantur
fortiores. Si forte clister immitti non
possit; fiant balani: hoc modo, Acci-
pe mellis quod satis sit, adde bene-
dictæ vel hieræ vnciam; salis semun-
ciam: fiat magna balanus filo ligata,
& oleo rosato irrigata: & agitetur
filo, ut irritetur excretrix facultas in-
testini. Themison antiquæ metho-
dicæ sectæ auctor aloës dabat ap-
pensum triobolū, hoc est, dimidiā
drachmam, inquit Anrelianus, ante
cibum, cùm aquâ: priusquam passio-
augeretur.

Lemuria.

augeretur id agebat. ita multa detrahuntur quæ ad caput concurrant. Soranus tamen Ephesius id reuicit, quia nihil agit, sed retinetur. Quare Heraclides Tarentinus clysmis potius vtebatur, ex aquâ in quâ centaurium fuerat decoctum, vel absinthium. Postea materiam præparabis, & dein purgabis. attamen si febris fuerit astuosior, à calidioribus abstinebis. Si sumere potiones possunt, hîc bene patanda erit morbifica materia, ex herbis attenuantibus, ut satureia, pulegio, nepetha, & similibus. Quin hæc etiam ex aceto ferueant, & halitus naribus excipiatur, id capitum succos parat. Alhasarauia syrupo de mentastro & de melle vtitur. In his præscribēdis stomacho & visceribus semper cōsulatur: & flatus discutiant, & sint diuretica, hoc est, vrinalia, vt ex mulsâ coctū hyssopū, dictamnum, origanum, adianthum, gramen, scabiosa, betonica, melissa, helenium, anisum, cubebæ si languidior febris, thymus: hæc calfaciunt, secant, & roboran. His adde mel rosatum, vel syrum capillorum veneris, & alia quæ vbi De dolore capitum à pituitâ. Vellem certè mihi rem esse cum his, quibus formulis remediorum opus non esset: per paucas certè adferrem. Ita enim non molem duceret opus, nec fouerem quorundam ignauiam, qui ad hæc se vertunt, priusquam intellexerint ea quæ ego & me præstantiores alij clare docuimus in Methodo medendi. nollem certè formularum faragine, quod hodie malè fit, librum facere. Accedit & illud, vt istam remediorum p̄z̄l̄d̄l̄ ad temerariam periclitationem impeditiores abri-

piant *ā mona rōz̄ dōrni*: qui hodie tot, quot vix vna vehat nauis. Etenim cùm nullus morbus sit idem omnibus, nec certè vllum remedij genus eandem vim habebit in singulis: nam ex distinctione corporum & causarum, singula singulis opportuna sunt præscribenda: nam non homo, sed Dion aut Socrates curandus venit. Itaque variæ indicationes, quæ polydædalâ idéâ se se offerunt in singulis corporibus morbo obsitis, tanquam Limentini quidam dij remedie, iam à morbifico affectu decreta, limare debent. Sed de his, vt dixi, abundè nos & alij in Methodo medendi. Id tamen agam, ne alicui in querelam veniam, vt quantum fieri potest, singulis caulis suas formulas præscribā: vos amici ex se se in vsum offerentibus indicationibus mutate, & in vsum verrite vestrum. Ut iam hîc, accipe oxymellis simplicis, vel scillitici, syrapi stœchados, vel betonicæ, aut boraginis, quo cætera temperentur, horum ʒ iij. decocti calamintæ, origanii, stœchados, betonicæ, aliquorum horum libram: misce; detur per triduum, vel dum mitescat materia. omnibus semper misce aliquid castorei. Sin febris valida, abstine à stœchados syrupo. Præparata materiam pharmaco excludamus. Vtemur pilulis cocciis, vel fætidis, aut de hierâ cum agarico. hæ aquâ melissæ vel simili soluantur: & adiice semper aliquid castorei: vt semiscriptulum. Medici

Hæc potiora putat, quam dulci morte *Q. Sereni*
perire. *versus.*

vel diaphœnicum, aut benedicta, indum maius, dantur ad sex drachmas. Interdum hoc modo, Accipe

trochisorum alhandel, castorei, cuiusque scriptulos duos; extracti ellebori nigri drachmas duas; mastiches, zinziberis, singulorum grana sex: excipiuntur linteo raro, & macerentur in quatuor vinciis aqua origani; & syrapi de stoechade vinciis tribus. huius deglutiat duo vel tria cochlearia cottidie, aut etiam alternis, ternisve diebus, ut fuerint vires. Veruntamen si febris exsplenduerit, ab his calidioribus abstinentur, ut etiam ab hierâ: & clysmis potius transigendum. Aretaeus præbebat hieræ binas drachmas, cum aquæ cyathis duobus. & earthamo vtebatur ex tremore hordei, antiqui ptisanarium vocant. quin etiam elleboro nigro, ineunte morbo. quare si febris non cessu incaduerit, poterit extractu' ellebori ex oxymelite propinari illico. præstaret tamen cuncta cichoraceis remisceri, ob febrilem passionem. Ita aquæ melissæ & betonicæ immacerabimus semina cichorei vel endiuæ contusa, aut horum flores, vna cum pugillo stoechados, & agarici trochiscati scriptulis quattuor, si ita videbitur: colaturæ adiiciemus aliquid electarij Indi maioris. Quod autem Abincenna & Trallianus scammonio hic vrantur, eo consilio hoc illi, ut pituita, mota bile, cedat: quæ alioqui restagnat: est enim bilis quasi vehiculum, quo effertur pituita è corpore. Post quinque horas à sumpto pharmaco, acri balano irritabimus soplitan intestinorum excreticem: ut, Accipe euphorbij, pyrethri, zinziberis, salis, sinapi, cuiusque semiscriptulum; ellebori scriptulos binos; hieræ drachmas duas; mellis quod satis sit, fiant supposi-

toria. Sed cæteris per os quæ dantur purgationibus præferenda clysmata sunt: nam materia morbifica hæc indomita nondum trahenti pharmaco cedit. quin pharmaca cuncta quæ propinuantur incunte morbo, potius auersione quam purgatione iuuare videtur. præterea febris viscere concepta eam à pharmacis concusso nem ægrè fert: at clyisma non male viscera obfessa fatigat. Razes etiam laudat clysmata actria; & Paulus in eadem sententia est, qui, vbi reclamant vites sectioni venæ, acre clyisma iniicit. etiam Arculanus (cui inter medios pragmaticos aliquid tribuo), caput curationis in clysmis posuit: & hos cottidie, dum induciae sunt cum aliis pharmacis, immitti iubet; & valida præscribit. Satisfacere præscriptus hic De lenientibus poterit, si adiecerimus radicum cucumeris asinini semunciam; pulpæ colocynthidis drachmam. Sed hæc non miscenda antequam deinceps fuerint forces. Vel accipe colocynthidis, & agarici in puppa ligatorum, cuiusque binas drachmas; seminis carthami, vrticæ, calaminthæ, anethi, florum chamaemeli, centaurei, singulorum semimanipulum; bulliant in aqua: accipe huius libram: olei communis vnciam; salis drachmas duas: fiat mixtio, quæ iterum parum bulliat: dein coletur, & imponatur quotidie, à molli clysmate. Quidam selibram infundant tantum: & coquunt ex libris tribus aqua, ad sesquilibram. Ferè eodem modo transigendum ut scripsimus De dolore capit is ex pituita. Si solemnis aliqua euacuatio fuerit suppressa, euocetur. Itaque quia

*Sudorif-
ca.* quia sudore interdū suam hic mor-
bus crisin habet, eō si perget natura,
nos lateres ab igne calentes extin-
guemus ferē, & madidis ab aceto
pannis inuolumus in quo vis haeret
lauendulæ: hos pedibus, femoribus,
& axillis apponemus. Habitā prouis-
ione totius corporis, ad ea venie-
mus quæ caput ipsum euacuant. Sed
cautione in his opus est, ne vñquam
incunte morbo hæc admittantur: ne
se fundat materia, & validius infar-
ciat, metumque apoplexiæ accersat.
*Sternuta-
toria.* Talia sunt sternutatoria, quæ in hoc
malo præclarè sanitatē promouent.
Hoc utimur cùm perseverat affec-
tus, & cùm ægri excitantur ægræ.
nec continuò his vtendum, ob vires,
& quia caput replet. Siccatur elle-
borum album quod ab aquâ vitæ
maduit, cum castoreo & pipere in
pollinem redactum naribus iniici-
tur. Hic vide: si à tali remedio non
sternuat, conclamatum erit de salu-
te: resoluti enim cerebri significatio-
nem dabit. Errhina etiam hīc locum
habent: quale hoc.. Accipe elleboti
albi, castorei, pyrethri, singulorum
semiscriptulum; nucis moscatæ scri-
ptulum: linteolo excipe & naribus
impone. vel radix cyclaminis nari-
bus immittatur. Sed summa adsit
cautio, vt horum v̄sus absit ab his
qui longo sunt collo; & ab his qui
ophthalmiz̄ sunt obnoxij. Præclarè
castoreum naribus inspiratur: nam
coquendi quadam vi excellit, &
Arctæus magnis id laudibus ceteris
omnibus præfert, quod non vt cæ-
tera caput turbet. In horū v̄su clau-
dere oportet os ægri; ita per nares
attrahent. Quodsi iam sensum recu-
peret, inquit Arctæus, pōdus tamen

aliquid in capite insit, & sonus aut
bombus obstrepat, mastichen in pri-
mis mandendam exhibe, & conti-
nenter expuat. postea ad grauiora
insurge, vt sinapi: nam hoc etiam
flatus discutit; vel si potest pyrethrū
masticet. Perseuerante verò graue-
dine, & sensus occupatione demer-
sis expedit excipere, auctore Priscia-
no, ad mensuram cochlearis vnius
castorei puluerem cum melicrato.
Et si potest apophlegmatisare, id fa-
ciat ex decocto hyssopi vel origani,
thymi vel pulegij, cum oxymelite.
Si ne sic quidem capitū depresso
deponatur, tunc ad sinapismos de-
ueniendum, & nares tollicandæ.
Palatum acribus inungendum: vt
mithridato cum pipere, zinzibere,
staphysagria, pyrethro, sinapi. Aut
ex duabus drachmis theriacæ veter-
is, cum castorei drachmā. Quin te-
nui linteo inuoluantur pyrethram,
sinapi & origanum: quæ aceto ma-
descant: his palatum fricitur: &
pituitam extrahat minister digitis.
ſæpe id fiat; id mirè caput alleuat,
Paulus mel addit sinapi, & palato
illinit. Si os fuerit clausum, aperiatur
vi, & eluatur pituita decocto pulegij
vel serpilli: & inanibus eximatur
pituita. Auribus inde oleum cinna-
momi & lauandulae. Si his non exci-
tetur, ad sartaginem veniendum; si
phthisi non sit obnoxius, & sutura
coronalis illinatur euphorbio. Cau-
tione quadam in Topicis transigi
debet, vt maiora hæc, inquit Priscia-
nus, grauatis lethargicis admoqua-
mus, vbi febrium acutardum non
interuencit necessitas, quæ nos ad
topica phreniticis dicata compellit.
Itaq. ab enemate & à venæ sectione

reprimientia præsidia hic locum ha-
 bent: nam, inquit Aretæus, sensus
 pleni halituum sunt. Ut succus he-
 deræ, serpilli, cum rosaceo & aceto.
 Etenim repellentia omni humoris
 sunt adhibenda, etiam si pituitæ scat
 materia morbifica. Sed hæc repel-
 lentia non astringant. Et hyeme tun-
 datur tantum caput, æstate radatur.
Galen. 13
Metu. 12
 Razes primis tribus diebus aceto
 cum rosaceo irrigat caput: & à tertio
 die sternutationibus irritat cerebrum.
 Existimo, si febris non valida fuerit,
 primo die elapo ab oxyrrhodinis
 abstinentem esse. Ab incenna viritur
 oleo rosato completo, cum castoreo.
 Aurelianus in accessione ingi fo-
 mento caput curat olei dulcis atque
 calidi: & mollibus lanis collum te-
 git, laxamenti causâ locorum capiti
 vicinantium. In eunte itaque morbo
 accipies oleum rosatum, cum paucio
 aceto, & raso capiti ex stuprâ impo-
 ne. & quia pituita adeat, vult. Tral-
 lianus in coqui oxyrrhodino castoreum,
 thymum, vel calamintham.
 Aëtius his incoquit serpillum; &
 maiori in malo, loco serpilli, radi-
 cem peucedani. dein fouet oleo cha-
 mæmelorum & liliorum: tandem,
 hoc est, secundo die, cum castoreo.
 Etiam Celsus rasum caput fouet ex
 decocto ruta & lauri in aquâ: altero
 die castoreo ex aceto & oleo rosato.
 vel secundo aut tertio die accipie-
 mus vnguentum alabastinum cum
 oleo chamæmelo, & inungemus
 caput. Archigenes accipit acetum
 scilliticum quassatum cum oleo ro-
 sato, addit castoreum. & prouectiore
 morbo, loco rosati irinum infert, &
 iungit inustos capillos. vel fone de-
 cocto serpilli, satureia, pulegij, ori-

Nō ultra
tres dies
reprime.

gani, coctorum in oleo & aceto.
 dein illiné oleo de scilla, vel de eu-
 phorbio, & castoreo. Eadem vi præ-
 ditis remedis vtebatur Heraclides
 Tarentinus: nam caput fouebat po-
 seca in quâ fuerit ruta & laurus deco-
 ctæ: & vngebat caput castoreo vel
 spondylio, ex aceto & oleo veteri. A
 primo die, secundo, vel tertio, vt fue-
 rit febris, oleum ex decocto satureia
 admouecatur. Aut hoc modo, accipe
 olei laurini vncias binas: huic ifco-
 que in diplamate semen ruta, & ca-
 storeum, & anethi semen: hoc caput
 & ceruix, spina, manus & brachia,
 usque ad inguina, si nerui totumque
 corpus doleat, vngatur. Quin & ve-
 sica, auctore Aretæo, quibusdam est
 humectanda, neruosa pars, vrinæ
 iter, afficitur actimonia mordacis lo-
 tij. Poterimus ad imitationem An-
 dromachi hac succurrere capiti: ac-
 cipe radicē scillæ sub prunis coctam:
 subigatur cum oleo lilio, vel irino,
 cum paucio euphorbio & castoreo:
 fiat cataplasma, occipiti applican-
 dum. Aretæus in eâ sententiâ est,
 fatus infra & supra eliciendos esse.
 veterus enim fatus colligit: rutam
 cum melle & nitro admouet. & fo-
 tus ex pulegio, origano, hyssopo, &
 similibus. Aegineta sacculum facit
 pro capite, ex sale & milio. Ita ex ca-
 storeo, pyrethro, & calaminthâ. Tan-
 dem in diuturno malo ad dropaces
 surgemus: nam præclarè resoluunt
 materiam, & sopitam naturæ vim
 nobile in hoc morbo remedium ex-
 citat. Fit emplastrum ex pice, pipere,
 & euphorbio: occipiti raso & ceruici
 apponitur. Sed cavitio adsit ne in
 horum vnu epilepsie obnoxius sit æger.
 primò tamen præscriptis vtemur, vt
 oleo

Celius 2.
Acut. 9.

Dropas.

*Sinapif.
mw.*

oleo lilino, chamæmelino, rutaceo, cum euphorbij & castorei drachma. Ultimò ad sinapismos vim medicam efferemus: vt, Accipe semenis sinapi triti semunciam, pyrethri, castorei, cuiusque sesquidrachmam (addi potest piper, nigella, euphorbium) ammoniaci, opopanaxis, singulas binas drachmas; olei, & resinæ quod satis sit, vt fiat emplastrum. Vel accipe farinæ lupinorum duos manipulos, baccarum iuniperi, lauri, siccatae iridis, singulas vncias; radicum althææ binas vncias; fimi columbini tres vncias: coque ex lixiuio cauliū brasifaciarum: contunde, & adde olei lilini tres vncias. Sed si strenua adsit febris, lenius erit transgendum calidis præsidiis: si ignaua febris, strenuè agemus. Sinapi aquâ non aceto miscent Aëtius & Oribasius: Aretæus, cum duplâ panis portione linteolo illitum, capiti imponit horæ spacio: dein spongiis calidis fouet. Sinapis mus hæreat loco ad ruborem usque: postea foue oleo tepido: vel decocto chamæmelino, si dolor sit vehemens à sinapismo. Denique CORROBORANTIBVS finem curationi imponeamus. Si caput & manus contremiscant, accipiet castorei semidrachmam: quam ex mulse cyathis ebibet tribus: hoc aget per plurimos dies, inquit Aretæus: nam flatus discutit, vrinam ac fæces promouet, neruos firmat, calorem & siccitatem afflat. Theriaca prodeit, & mithridatum, diamoscù, diambra, aqua theriacalis cum liquore betonicæ, castoreum cum oxymelite. Et aqua vitæ, in qua maduit flos lilij conuallij, & rosmarini, nux moscata, zinziber, calami aromatici radix, galanga, pæoniae

semen: vnu vel quædam ex his. Paulus propinat diaspolitici cochleariū ex posca: vel castoreum ad drachmæ usque pondus. Guttulae olei vitrioli, cum aquâ ruta filuestris, vel ex aquâ lilotum alborum. Nasturtium sa- pius comedant huic morbo obnoxij. vtatur conseruâ rosmarini cum pane castoreo. Fodus fiant ex saluâ & betonicâ, sacculus ex milio & sale tosto. VICTVS tota ratio naturæ stu-deat, & vnâ cum morbo pugnet. Condiatur cibus pipere, cinnamo-mo, rosmarino, hyssopo, aniso, cumi-no, Aëtio auctore, caryophyllis. Sit victus tenuissimus, ob robur morbi. Aurelianus usque ad declinationis tempus alternis diebus à cibo absti-net, permitteptibus viribus, solo mulso vtens: alioqui sorbilia medocria dabat. Præclarè Aretæus, Inedia malum est, malum est & cibi multi-tudo: quare, inquit, exiguo cibo quo-die vtatur: nec subito & penitus ie-iunandum est. os enim ventriculi toto die refectione & calore indiget. Sit itaque cibus tenuis & tenuans, & aluum leniens, gallinæ iuscculo, & mercuriali assidue vtitor cum aceto, fenniculo, apio, cumino, cum brassicâ. Sed ratio habeatur febris, eiusque ob vim ptisana detur; ratione verò pituitæ asperge cinnamomo vel pi-pere. Cicerum decoctu erit accom-modatum. Ut breuiter transigam, si vires ferant, sit cibus mediae naturæ, consistentia solidâ, qualitate humiliâ, deducendo alteram partem cibi assueti, seruando tamen numerum & ordinem pastuum. Alexander utitur succo amygdalorum cum melle; sed pro remedio ille sit: mel enim absterget, calfacit, tenuat: iungit succum.

*CORRO-BORAN-TIA.
Idem dicit
Aetius.*

succum amygdalarum, vt feratur mel ad caput. sed parcā manu hæc propinanda, nam amygdala caput ferunt. Auiculas concedit Aëtius. fiat puls ex farinā auenæ, cum amygdalis. Cuniculi; biscoctus panis. cæpæ absint. Potvs sit mulsa cui quattuor vel quinque grana piperis incoxere. Vel accipe mellis optimi anthosati libram; aquæ betonicae vel saluæ libras binas: coque dum despumatum sit optimè: dein adde aceti vncias duas vel quattuor: in fine decocto adiice patum betonicae, fœniculi, vel anethi, caryophylli, nucis moscatæ. Razes admonet, vt quæ ori infundūtur dimitat per fauces sollicitandum esse: sunt enim alimenti loco. Mulsa etiam imbui potest hyssopo, thymo, iride: nam, auctore Hippocrate, meliceratum οὗτος οὐνόματος τι, id est, deterget: & est ἐργατικόν. At declinante malo, hoc est, vt interpretatur Trallianus, vbi coqui incipit morbus, vini paululum dabimus: nam iam sanguis emissus est, & mediocriter purgatum corpus. Propinabimus vinū tenuē, subastrigens placet Aëtio. Fauces siccitatem arentes rigat Cælius Aurelianus; nec vult vt aquæ indulgeant. SOMNVIS nimius rumpatur. Propterea siunt suffitū ad nares, ex acetō cum castoreo: ita nō nimium dormiet. Singulis tribus horis excitentur; ne èā depressione mens obruatur, calor emicer, quid sumat, & excernat. Hoc est quod Aurelianus iubet, in accessione per interualla leniter excitabis, suo nomine exclamatum: acre acetum natribus apponatur, non dormiat à cibō per horam, inquit. Sit somnus diurnus, supino corpore. Pedes vult

Potus.

Somnus.

Aretæus ut premendo tractentur, & vt deterreatur iis quæ timere consuevit: quæ in spe erant nuncientur consultore Aretæo. Ita hic transigunt medici, subtrahentes ægros οὕτης τῆς Σεβάτης διεμυάσθι, vt loquitur Homerus. Aluus officium faciat: cuius quia immemor, sollicitanda erit glandibus, & enematis. hoc agit Aurelianus oleo calido, & aquâ in quâ decoctum sit scutigraeci semen, cum melle. Vrina exprimatur manibus; & fiat cataplasma pectini, ex radicibus liliinis, floribus chamæmeli, meliloti, calamintha, parietariæ, semine petrosel., cum oleo chamæmeli. hoc à necroscia futurâ tuetur vesicam¹. Et pecten vngatur oleo rutæ, cum castoreo. vel foue decocto parietariæ, cum semine petroselini. Aliquid mihiridatiū vel theriacæ transglutiat, Paulus iubet vt aluus & vrina irritetur clysmis. Sapissimè admoneantur mihius & egestionis. Duo enemata vno diē poterunt dari: non ultra tria. Sed quamdiu enematis viendum: dico dum consecrariam euphoriam accerferint: hæc enim accisæ materiæ morbificæ felicia nuncia dabit. De AERE scribit Aretæus, & dicit in luce & Solis radiis colligandos esse ægros (morbus enim hic, inquit, nihil aliud est quam tenebrae; quod & Aëtius affitmat) & magis in loco calido habeantur: ipsius enim causa est insita frigiditas. Aurelianus laudat locū lucidum & calidum mediocriter: Siccescat aér lauri fumo, iuniperi, rosmarini nidore. Acetum olfaciat lauendulæ, aut origanatum. Cubile agitabile sit; strigulae, vestes, picturæ parietum, omnia sint varia, quæ visu proritent. multus

¹Iliad. 16.
Id est,
omino
& mor-
ti gemel
lis.
Aluus &
vrina.

Balneis. multus habeatur sermo. Balneum vtile ab vsu celebrium remediiorum, adhuc corpore torpente. Id valde Trallianus commendat, ubi morbus inclinare incepit; capite intacto ab **Motis.** aqua. De M O T V. à medicamentis utilis frictio, gestatio, & quælibet lenis corporis agitatio: nam firmat motus netuos. Quare blando articulorum fricamento vtendum vult Cælius Aurelianus. Streptus & fragores fiant, serra de limæ morsu stridente, aut nephrendium grunnu. & setis nares fodiantur. Rusticorum facies melle tingatur, quod rostellis muscae flagellat. Ab hoc sopore cum quondam Diogenes euigilasset, medicusq. rogaret quid ageretur, Recepit, inquit, nam frater fratrem amplectitur: hunc morbum fratrem mortis appellans. **E M P I R I A** sua etiam remedia iactat. Guaiaci decoctum, & sassafras. Decoctum pentaphylli, hyssopi, cari; cui dein additur mel. Castoreum potu per horam ante paroxysmum, ex oxymelite. Cerebrum leporis assu. Accipe castorei semunciam; bulliat in succo rutæ, aceto, & oleo: ex quo fiat valida occipiti confricatio. Fumus capillorum humanorum crematorum eos excitat. Nonus eos ambustos ex aceto terit: & ita frontem vngit: & inquit, *admittit tuus* eos excitat. Et spongiam aceto madidam naribus obtude. in aceto vis recepta sit florum caryophyllorum, rutæ, maioranæ, sambuci. Optimum hoc. Accipe angelicæ, ostrutij, zedoariæ, tormentilæ, dictamni, ros. rubrarum, cuiusq. semimanipulum; maioranæ, laudulae, cuiusque pugillum: incoque aceto, obturato vase. Impone spongiâ

vel linteo exceptum. & brachia, manus, crura, & pedes hoc etiam fricentur. si flatus adsint, adde anisum, &c. Si recreatur à pharmacis, fiat cauterium in suturæ coronali: & aliud in occipitio sub duabus occipitis prominentibus partibus. Vel saltem vesicam euocans medicamen suturæ coronali imponatur, ex cantharidibus. Suffitus ex galbano & cerui cornu depresso euocat. Accipe olei irini, & aceti scillitici, cuiusque sescunciam, in eo coque pugillu origani: colatur & adiice castorei drachmam, & vñorum capillorum semi-drachmam: misce; nates & frons illinatur. Hoc filo ducatur itaque breuissimo curatio: primò molli clysmate eliquetur alius. Secundò si è re fuerit pertundatur cephalica vena. Tertio clysmate euacuante s̄epe utemur. Et dum haec fiunt, oxyrrhodinis caput firmabimus. Deinde tertio vel quarto, aut quinto die, hoc est cum constitit fluxio que caput petebat, dissipantia oxyrrhodinis committemus. Et vinculis, fricamentis auertemus. Tandem corroborabimus, postquam peculiaribus purgamentis caput onus pituitosum exxit. Hac militia mortis frater lethargus fugatur, si S. D E V S velit.

Anacephaleosis curat.

CAPVT XII.

De M A N I A, id est, Insaniâ, aut Furore, vel Ecstasi melancholicâ.

MANIA nomen inuenitab em-
pusatum matre; aut à Maniis,
id est, laruis & lembris mormonibusq. Vel ita vocant Græci quod
T animum

*Plato aliis nō hominē dñi
nam mania vocat.*

*Varia ma-
nia.*

** Ideit,
ab hu-
manis
morbis.*

*Diftri-
ctio mali.*

*Dam-
nes.*

Historia.

animum ultra modum laxet: manon enim dimissum siue mollem appellant. vel certe quod polluat ægrotos: nam id *λυπάνειν* vocant: aut quod solitudinis ægrotos amantes facit, quod *κορύδη*: vel quod difficultè curretur, *μονία* quasi dicitur. O homo quā humanitatis tuæ transmigratio? illa imago Dei efferata homo esse deficit? ceritūsne exutus homo mente? Vbi illa decora religionis, societatis, necessitudinis queis splendescebas? omnia exuta; ferox, intractabilis, immanis, metuendus cunctis se oculis, lingua totoque corpore iactat, plenus iracundia, iurgiis, clamoribus non sine horrendo aspectu. Ita ferarum more redduntur effrenes & furiant homines è potestate mentis exeūtes: dicas efferatas belluas, adeò in obuios dentibus, vnguis, telis immunitabie feruntur. Profectò non sine dæmonc sèpe hac calamitas. Permissu somni D. et illi spiritus sensibus incomperi se corporibus insinuant: receptique visceribus valetudinem bonam vastant: somniis terrent, ac formidine animum qualiantur. Euenit; dum medicinam Vl: triaecti facerem, ut inuiserem virtutem non omnino genere & opibus obscurum, nuper qui vxorem ceperat: hic annos habebat fere viginti octo, bene habitu erat corpore, facie vultuosa ac fuscā. Hic mania implicitus iacebat: cottidie illū inuiserant, habitabat spacioas & angustas ædes: decumbebat cubiculo à primo limine remoto. Hoc in limine socrus eius me tenui alloquio excipere solebat: multaque de historia morbi querebat. Hinc cum ad ægrum à nobis ventum esset, & mea & socrus

verba referebat ordine, nec fallebat, horresco referens, & horrendo vultu torum inspiciens, illudebat. Tandem conuulsionibus amens interiit. Plato variā etiam agnoscit maniam in Phædro: nā duas ideas eius celebrat; vnam **τὸν νοσομάνων αἴθρων*: de quā nos iam hic alteram autem *τὸν δεις ἐξαλλαγῆς*, hoc est, ex alienatione diuinā, quæ extra consuetum virtutem morem quis rapitur. Diuinæ huius maniæ partes celebrat quatuor: vaticinij inspirationem Apollini tribuimus inquit. nam & Caius Aurel. testatur vetustissimos Græcos, manian appellasse, quæ nunc mantice dicta est. poetam autem maniam Mulis ascribimus, inquit Plato: hanc protrepticon ab eo vocatam testatur Aurelianuſ. amatorium autem fatorem Veneri & Amori, omnium optimum, dicauit Plato. Hoc volebat Caius Aurelianuſ, cū ait, Empedoclem sequentes aliam maniam dicūt ex animi purgamento fieri: aliam ex alienatione mentis, corporis iniquitate. Nos de morbi *Quid sit.* sobole mania, quæ est functio depravata principum cerebri facultatum, cum excandescentia, febris expers, pendens ab incendio conflante cerebro. Dixi esse facultatem depravatam; quia extra mentem & omnem rationis usum hominē vocat, cogens in vanas cogitationes, & exprimens absurdas loquelas, & in nefanda facinora precipitans. Quin iunxi iracundiam: quod eo symbolo à melacholitâ discriminarem; in quā metus est, & tristitia ibi plena sunt omnia. hic verò cuncta immani rabie turbantur, non sine iracundā locatione. Quare falluntur illi qui omnem.

*Expli-
atio defini-
tionu.*

omnem melancholiā, iter in maniam existimant: non enim tenuitate symptomatum, sed totā facie differūt. Præterea subnexū maniam euenire à cœbro, ab incendio conflagrante: nimirum *ex yire dñi, & ex ardore; cuius soboles est ira & tumultus furor: quemadmodum algod focus est metus & mortis. Febris etiam fateor expertu: nam hac notā à phrenitide abit. Hoc etiam testatur Aretatus, qui asserit hanc ex toto esse mentis alienationem diutinam, vacas febri. Quippe, inquit, & yinom mentem inflamat, & per ebrietatem delirare cogit, & mandragora, & aliecus, sed hæc celeriter eueniunt, & conquiescent: at furor, stabilis est. Quamuis tamen, inquit,
euenire posset maniacum febri implicari, attamen illa non est mania symptomatica: hoc est, non sit ex illâ intemperie cerebri, sed est febris aliqua primigenia. at in phrenitide est secundaria, illique symptomatica: sequitur enim inflammationem febris, ex quâ inflammatione infertur illa phrenitis. Dixi flagrante cerebro: ex Galeno, qui asserit ex ardore cerebro conceptio eam enasci: interdum tamen ex succis mordentibus eam oriri fatetur. Hactenus de definitione & naturâ huius passionis: iam ad causas. Mania per idiopathiam nascitur ex intemperie ardenti cerebro inustâ ab æstiuo Sole: vel à pharmaceis calidâ vi flagrantibus capiti admoris, aut ex aromatum liberaliori vnu, & vni generosi. Quin nonnunquam ex materia, vicio enascitur hoc malum, auctore Galeno. Hæc autem materies feruet: nam vel

est sanguis, flava bilis, & melancholia vsta, vel purida. A sanguine enim feruente inferri maniam, docuit Galenus, & etiam Fernelius. Abile dico gigni maniam, eaque plurumque retorrida, cum calor circa febrem in eam acerbitatem prælentet eualefcit, vix vrat succos quod rapidæ flammæ adigunt. Ita quod in succis fluidum est, in obscenas fultimes subducit; reliquum verò in atram facē assat. Hinc fœdi exiliunt spiritus, quasi balneum diaboli: vnde fera iactatio. & vt actior flamma, ita maior vel tenuior incrudefcit feritas. Bilis enim semper suâ acerrimâ vi stimulat, qualiscumque ea etiam fuerit: at acerrimi sunt stimuli vstæ bilis flavae. Quare cum à succorum criminis enascitur mania, hi non alij erunt quam mordaces succi: at solùm huiusmodi sunt flava & atrabilis, ita asperente etiam Galeno: nec à melancholiâ eueniet, inquit, nisi illa vel putredine contaminata fuerit, vel vredine torridâ, vndé induet malignam acrimoniam. Itaque punita ab hoc criminis abest. Attamen existimari possit, melâcholiā meram hoc vitium facere posse: nam Hippocrates scribit, maniam 5. Aph. autumno maximè affligere, plurimisque inuadere. Respondemus, id eâ ratione euenire, quod in autumno supprimatur acestrima bilis, enata per tempus Caniculae, at vi temperatis frigidioris corruptio illi adfertur. Nam interdum in putredinem abit, sine adustione, ut clatè in quartanâ febre illud elucet. Ut breuiter transfigâ: ortus sui primordia agnoscat mania, vel intemperiem feruentem cerebri sine materia: vel materiam

Breuer
de causa

A tuber-
cule hyste-
ris.

s. Aph.
65.

retorridam, hoc est, sanguinem fer-
uentem, aut bilem haum effatam,
vel non ita excoctam: vel melancholi-
am putredine affectam, aut adu-
stam. Refert doctissimus & diligens
D. Schenckius historiam, ex Com-
mentariis Brassauoliad Hippocratis
Aphorismos, ex tuberculo in collo
oborto grauissimam insaniam inse-
curam. Ad Raphaëlem Hebræum
juuenem circa secundam noctis ho-
ram accersitus sum. Hic iuuenis cor-
pus tumoribus obsitum habebat an-
thracum æmulis, quorū non mini-
mus collum obsidebat, qui illico ex-
tabuit; & mox ridere cœpit Raphaël
& astantibus venam secatē volebat.
At hæc desipientia illico in furorem
abiit, omnes percutere nitebatur,
huc & illuc currens cūcta lacerabat,
accitis baiulis, vix sex contineri po-
terat. Nos præscriptis quibusdā abi-
uimus. Postridie sedatiorem inueni:
sed à prædio tam altus somnus eum
cepit, vt astantium vi eo exui nequie-
rit. Hic tumor anticam partem oc-
cuparat, dextrosum nutans: cæteri
tumores anticum corpus habebant.
A somno cùm rediisset, nonnun-
quam hypochondria feriebat sua, &
quatuor horis in ecstasī duceba-
tur, currēs tanquam à cacodæmone
agitatus, omnium interim anima-
lium fingens voces, secum loquens,
membra præter naturam mouens.
Ita bis die mouebatur: & motus ini-
tium ab hypochondriis erat: hinc ita
redibat, vt nihil passus videretur.
Deinceps curari noluit: nam dome-
sticis fascino tactus dicebatur: tamen
frustra fuere amuleta cuncta. Dein
existimatum eum dæmone agitari,
nec religione profecere: nam mor-

bus erat, qui vel auxiliis, aut die eli-
ditur. Post octo menses conualuit
per se, & sanus viuit. Naturā iracun-
di, ait Aretæus, maniæ facilè patent,
& qui negotiosi acriter excandescūt:
præterea faciles, hilares, qui iocosis
ac puerilibus delectantur, sed hi suau-
iter cum rītu, illi autem cum studio
insaniunt. Copia ciborum, saturitas
in ætate sanguinis plenā, & ebrietas
in obliuosis copiam sanguinis, acri-
moniamq[ue] accersunt. Et immo-
desta illa meretricula Venus furoris
mater notata fuit: vt si melancholi-
cus habitu & temperie, ætate me-
diā effreni vtatur venere: hic certè
embrochis, & madidâ diætâ restitui
debebit. Et amor interdum maniam
attulit; cuius historiam & curatio-
nē narrat Aretæus: Fama est, inquit,
ex melancholicis quendam calamito-
sè ægrotantem, nihil proficienti-
bus medicis, ab Amore fuisse sana-
tum, cùm amatæ puellæ sese consa-
ciasset. Ita refert Iosephus Herodem
Magnum, postquam coniugem Ma-
riam Hircani filiam trucidare
iussisset, eius desiderio insaniisse. Est
enim geminus Amor, vñus hone-
stus, qui focum suum in cerebro ha-
bet: alter in hepate habitat, qui iun-
ctam trahit perpetuam curam, &
sollicitudinem, timoris & tristitiae
plenus, cerebrum in squalorem ab-
ripiens. Ita infelix Phœnissa,
Savit inops animi, totamq[ue] incensa
per vrybem Bacchatur.
Et vacuatio solēnis aliqua suppressa
hoc malum accersit: vt mensium,
(& à menstruorum anadrome ad
mammæ, vnde sytrophe) sanguinis,
hæmorrhoidum, bilis. Philtropota
etiam fœcunda in hoc malum sunt,
mentem

Qur. &
vnde haue
obnoxij.

Causa an-
succidetis.

3. Lib. 3.

15. An-
tiquit.

Amer.

2. Enid.

2. Enid.

2. Enid.

mentemque vehementer commouent: Ita Carus Lucretius ab amante vxore amatorio poculo in delirium abiit: verum ita ut interuallata & intersecta insania carminibus cincinnandis spacium daret: mox tamen ægrius ferens, sibi manus admouit. Itaque philtra nocent animis, vimque furoris habent: ut piè cecinit ille amator Sulmonensis. Mente quin etiam plurimi exuti fuere, ex morsu rabidi canis: alij commandato celuri cerebro, apud Heracliam Arcadiæ vinum prouenire narrant, quod sanos viros insanos facit. Quin vinum fulmine gelatum, cum redit ad pristinam consistentiæ ideam, potu, exanimat aut dementat. Menses mulierum primi poti furorem gignunt. Diaboli aucupia ad scelera, philtra fingit amoris, amaræ mortis astu. Ita coriandum recens, solanum, hyoscyamum, cicuta, de qua mira historiam apud Matthiolum: & herba Sardinia, & ea quæ apud Tegeam gignitur cardui idea, quam quum Pandius statuarius comedisset, mente exutus fuit. Scribit Theophrastus, Vesicariae alterum genus, alij bryorem, alij perissum vocant, quod constat radice candidâ & cauâ, longâ ad cubitum, si detur eius radicis drachmæ pondus, ludet is qui sumpsit, & se pulcherrimū putabit: sed ad magnâ insaniam binis drachmis opus erit: nam inuicta fiet insania à tribus drachmis: verum semuncia interimit. Horum remedia describit Dioscorides libro sexto, & alij, inter quos Pareius. Dioscorides in prefatione ad librum sextum recte admonet: Si, inquit, procastinat veneni vis, nec illico prostraue-

rit, cognitâ re, curatio non erit difficultis. Acerbitate enim nocendi exutum, in diuturnas valetudines translatum venenum, communia quibusdam morbis remedia recipiunt, nullâ poti veneni proprietate post-hac remanente. Venenum sepe causam habet vel intus natum, vel foris datum: Minyæ cuiusdam filias legimus eo percitas furore, ut humanis vesci carnibus appeteret. imò etiam filios ad eam rem sortirentur: ac Leucippā Hippasum filium, quem petierat fors, laniandum exhibuisse. Inter causas etiam externas est vstio capitis eiûsue concussio, vigiliæ, cupiditas animi impotens, validaque animi perturbatio. Ita Ajax ille scutifer indignatione quod fraudatus armis fortissimi Græcorum esset, insaniit & sibi manus intulit. Et Orestes occisa matris à furiis agitatus, in furorem abiit. Cleomenes Anaxandriæ filius cum fractæ fidei crimen illi obiceretur, se gladio confudit demens, ac incidit ab imis pedibus ad vitalia loca, & ridens ducto ore obiit. Amurathes etiam Turca, quod urbem Croiam, quam ei insigni dolo ciuius alumnus Scanderbechus eripuerat, infeliciter oppugnasset, animi dolore in furorem versus obiit. Refert Platina de Pontifice Bonifacio octavo, quem, quod Columnios ex paternis oppidis eieciisset, Sarra Columna Anagniam, ubi Bonifacius aestiuabat, improuisus veniens, in arctam custodiam coniecit; ubi in rabiem versus obiit. Tantum potest animi dolor, ad animi alienationem. Hactenus de causis & proximis, & remotioribus: iam ad signa, quibus noscatur passio hæc,

Differen-
cia.3. Aph.
20.Fayalig
malolidaA causis
differenciarum
& loco.

& eius distinctim causae internoscantur: sed primum pauca de differentiis. Differunt mania, essentiae ideam, materiam efficientem, & loco primario generationis. nam apud Hippocratem duplex est mania: una sine febre, de qua nos hic: alia illi est cum febre: illa nimirum quae à phrenitide evenit, hanc genuit atra bilis, ex flava perusta, cuius sunt aciores mortuis quam flavae: sauior quam phrenitis; in qua spes in angusto est; de qua ita Hippocrates, phrenitici sputatores fanatici: haec non est verna insania, sed quae est in feroci excessu phrenitico, in qua insanies summa sunt omnia, & cœptis immanibus etiam efferti sunt. De hac egimus ubi De phrenitide. Sed nos nihil hic de excessu phrenitico, sed de excessu melacholico, quem vere medio cum fabæ florent, evenire auctor est Hippocrates; qui febris est expers, & dicitur melacholica ensatio, id est, egressio melancholica, cum ex melacholico quis euadit fanaticus. Haec autem mania melancholica habet ideas varias, sed celebres inter eas sunt duas: prima est ecstasis melancholica, de qua nos hic maxime: altera est mania canina sive lupina, appellant; quasi homines lupinam naturam induentes: hi noctu circumcurrent solitudines & sepulchra loporum more: interdiu vero ad se reudeunt, ac domi manent. Hungariae & Bohemiae familiare malum. Aetius & Arculanus huius curationem tradunt. Rondeletius distinguit huius causam ac medelam à synäthropiis: ab Aetio eisdem transigitur. Differunt etiam causis variis, ut primum enarravimus. Differunt & loco pri-

mariæ generationis: nam locus eius est vel in praecordiis, alias in toto corpore, alias in solo capite congeritur. Societate quadam iungi videtur cum aliis passionibus: sed ita discriminatur: phrenitis vehementem sibi iungit febrem, & illico prostrernit hominem: at mania febris est expers; & trahitur in diem. A melancholia, nam haec est rixarum & iactationis vacua; sed quieta: quae tamen saepe in maniam erumpit, & in audaciam veritatem: & materia-melancholice alget. Est etiam furor ab utero apud Aetium, cuius causam, notas, & curationem docet. Ad complices differencias venio: est vehemens malum, attamen sanabile ferè, quamuis non sine periculo: cum non vlla desipientia ruta sit. Contagij nescium malum, & cerebro proprium. Iam ad Signa venio, quae notant vel imminentem furorem, presentem, vel causam ex qua orrum duxit. Imminentem denunciant aurium sonitus, quos ipsi expauescent, cum querela de capite: nam in capite adeo bombi perspicunt, ut tubarum aut fistularum voces sele audiire existiment. Ob oculos vana simulachra versantur, marmarygæ, fixis in terram obstupescunt oculis, iterumque mussitant quid indignabundi. Tristes & longæ cinae praecessere. Mulieribus quibus à menstruorum palindrome in mamma fit systrophe, interdum evenit. Praesentem indicant horrendi intuitus cum acerbâ rixa, & truci in vulneta impetu. Nonnulli sub adubili palpo versipelles pericula intentant, laniant, mordent, strangulant, precipitant, iugulant. Interdum intermitit furor, ut etiam cautè admonet

Ab aliis
mortis ut
distingua-
tur.Tetra-
bly 4. 4.
74.SIGNA
imminen-
tia.

Præfatio.

admonet Aretæus, sed ea intermissione non est sincera: & fallunt astantes. Varia certè idea huius mali. Quidam, inquit Aretæus, propria membra dilacerant pià cogitatione, Diis suis quasi id postulantibus gratificantes. Quidam rident, ludunt, & insania voluptati est his, coronati ut quinquerciones victores incedunt. Auditu prompti sunt, mente tardissimi. Vigilant, & vigilia famem his suscitat, nec emaciantur, nisi viscus inflammetur: tunc oculi concidunt, appetitus prosternitur. His notis iungit Aurelianus oculorū frequentem, palpebrationem, & cordis saltum. Inclinante morbo mœsti quiescunt, redeunt, suamque calamitatem deplorant. Nunc pergo ad signa caesarū. Ab intemperie feruidā materiæ experie si fuerit, illi quasi temulentī & amentes erunt: & erit perpetuum illud delictum, sine remissione: & paulatim incrementa duxit, ita ut nullæ cause in aperto sint quæ illud intulerunt. Si sit à flauâ bile, non retorridā, repente inuadit, adeſt iactatio, somni expertes fiant; & studium quoddā aderit citra immanitatem, cogitabundi erunt, & diligentes: nam mobilis bilis, multi hac maniā laborant: opinionum varietate fluctuant ex fugacibus imagunculis in mente, vnde varius sermo à turgente succo, vigilis sunt. Omnium acerrima insania venit à retorridā flauâ bile, quæ iam in attrōe commigrat; hic immanibus ausis omnia plena, iactatio, vociferatio, omnia truculenta & temeraria. Sin fuerit à melancholiā putredine contaminata, nec tamen assata, iracudi erumpunt in furorem, cum fletu & taciturni-

tate. A praessatā autem melancholiā ^{A melan}
^{choliā af-}
^{sata.} si sobolescat, in iram excandescent, & taciti homines inuadunt immaniferoциā, & cùm loqui cœperint, non definiunt. hi sunt maligni, nec tamen ex què procellosi ac à bile. hæmorrhoides vel mēses suppressi sepe hoc malum peperere, his iunge diatam. est media ætati & iuuenibus familiaris passio. Quodsi ex æstuosi sanguinis copia pullularit malum, suauiter insinient & risu diffluent, lætā exorrextaque fronte cantillant, ac rubicundo vultu saltant: nam musica quædam harmonia aures illorum ferit. hi eminentes habent venas, ac lusibundos oculos. Hæc signatè naturam causatum satis appearant: iam ad mali, rectè percepti, profligationem pergo. Postquam causa furoris ex his notis comperta fuerit, quibus oppugnati præsidis aduersariis possit videamus. Hic sanè opus medico sane mentis: nam citò his remediandum, ne malum veterascat. Si itaque ortum fuerit malum ab intemperie capitis calidâ materiæ experte, orietur indicatio refrigerandi. Quodsi sociam agnoscat materiam capite coaceruatam, indicabitur vtile fore euacuationem eius; vtque flectatur ferox illius materiæ à naturâ abalienario. Verum si illa materia nondum stabuletur in capite, sed si metus adsit ne eò cursum suum flecat, hec vel iam corpore genita est, vel iam iam enasceretur. Si genita fuerit, & iam si influit in caput, orietur indicatio reprimendi, & reuelliendi, vnaque enactiandi. Sin metus est ne sobolescat & ingnatur morbifera hæc materia, euocabit curam firmandi partes principes,

cipes, ne promptæ se laxent in eius fœturam. Et cùm potissimum enascatur ex iecore æstu flagrante ac siccitate squalente, illud rigandum erit ac frigore redintegrandum. Redintegratur quin etiam cerebrum, & cor: & symptomata restibilia tandem castigentur. Ita transligendum: attamen primū prouisio totius corporis haberet debet, quād ad hæc aditus fiat felix. Hi sunt scopi ad quos flectere curationem decet: id antequam fiat, perpendendum num malum eos etiam admittat: ne frustra simus. quare prognoses cōsulemus, ex quibus num superari vis mali possit intelligemus: ideoque ad illas abeo. Scribit Razes, melancholica symptomata si præualuerint, ægrè sperabilem salutem fore: at in mania sunt illa præualida. certè Cælius-Aurelianuſ hanc passionem vocat magnam & tardissimam. Quid magnam? immanem dixeris, audi. Nobilis viri filiam deprehendimus adeò furentem, vt obuia quæq. arriperet, frangeret, laniaret. Proprios capillos, brachia, manus, ita mordicūs tenebat, vt sine lanienâ ex eius dētibus euelli nequierit. A somno, euasit. At recruduit malum à mense, ac vnius dici spacio è medio sublata est. A bile re-torridâ quæ fit mania est omnium periculosisima. Et Galenus afferit

*6. Aph.
22. 53.*

morbum hunc periculi plenum esse; sed non affirmat omnino lethalem. Abenzoar auctor est hos diem obire cùm ad aquæ fugam deuenerint. Animaduertendum quodd cùm ultrò, hoc est, in crisis vacuitate, & medicamentosa absque molitione furor placatur, nec anni clementiâ sedetur, infida hæc pax erit. Non-

*Historia
Benincay.*

nulllos siquidem qui penitus morbo defuncti videbantur, aut vernans tempus cùm fabæ florēt, aut susque déque victus inita ratio, vel ira aliquo euentu proritata denuo in furorem prouocauit. Et ij qui olim hoc morbo tacti fuere, facile in eundem procidunt. prompti etiam in maniam sunt, qui facile in cachinnos se soluentes, præproperè in iram ruunt, attamen quæ cum risu euénit, minus periculi gerit. Si fuerit ex idiopathiâ cerebri quæ inueterauit, est curatio-
*Ita etiam
putat Ar
culanus.*
nisi expers: nam per sympathiam antiquata curatur. Crisis suam inter-
7. Aph. 5
dum habet: scribit enim summus præceptor, A furore dysenteria aut hydrops, aut ecstasis, bonum, nimirum quod diadoli fiant illa priora: ultima autē crisis: Quodsi crisis non fiat, pharmaco opus erit. Varix etiam bonis ægrorum rebus superuenit. Est autem varix hiatus apertæ in coxendicibus & tibiis venæ, à sanguine melancholeſcente, quem natura in partes repellit ignobiliores, qui humor furorem committebat: tum verò maximè cùm crassus fuerit & melancholeſens varices adfert, & mentē laxat, hoc modo doctissimus Schenckius terrat vicinum suum ahenarium, à mandibula insaniā euálisse. Haemorrhoidum effusio salutariter etiam his euénit: ita si alius liberius feratur nigris: aut si altra vomat æger, quin fusili mēles effundere morbum solent. Ab his cauendum: quidam enim se & suos occidunt. De his, ne longior sim, pulcherimas, attamen truculentas historias vide apud Cælium Rhodiginum 17. Le&t. antiq.
2. Si itaque redintegrabile malum appareat, illico auxilium adferatur,
ac oppu-

Chirur-
gico.
Galen. 13
Method.
Causio.
miseric.

ac oppugnetur. Sanguinis à copiâ si
ortū traxerit, secabis venam. Quare
hīc examina vultum, & num habi-
tus corporis sanguinis copiam indi-
giter: turgeantne venæ, victusne plen-
ior fuerit. hi enim periodis quibus-
dam, & non perpetuò delirant. cum
risu horum est insania, abest ira.
Ilico ò medici his medium pertun-
dite venam dextri brachij: vel eam
saltēm quæ thorosior turget. Infliga-
tur foramen latum: nam ater san-
guis à crassamento restagnat. Et si
niger fuerit elabens sanguis, exauri
ad pondus quinque vel sex vnciarum.
Sin ille subtilior exilierit, non
ultra tres ferè vncias protrahatur
eductio. Quod si vberitate sanguinis
non circumfluat corpus, temperan-
dum à venæ sectione: nam penulan-
tior euadit bilis, excusso sanguinis
freno. hic enim potius incendium
restinguatur. Sed illud etiani potest
venæ sectio: esto, si ætas, habitus cor-
poris, & cæli constitutio admittant.
Attamen hæc cautio adsit, si fluat à
vena sectâ limpidus tenuisque san-
guis, sistatur. Si hæmorrhoides so-
lemnes, aut menses substituerint, mal-
leolum iuxta fecetur vena. Summa
tamen adsit cautio, vt vesperi ab ab-
ducto sanguine, somnus concilietur.
euacuato enim sanguine, si vigilie
successerint, magis efferantur ægri.
Propinabimus itaq. diacodium cum
succo ptisanæ, vel cum aquâ: nam
sæpe à soporiferis resipiscunt. Et post
biduum iterum propinetur dia-
codiū, dein parcius id agendū. Su-
det hīc Mesue vt caput foueatur de-
codiō papaueris, chamæeli, &
seminis lactucæ: nimirum vt æqua-
partes ex aquâ coquātur, ad dimidij

exhaustionem. postea humidis illi-
natur, vt mox dicemus. Auicenna
pertundit venam lingue non tamen *Lingua*
id agit ad totius exhaustionem: sed *sectio.*
capitis nec id in qualibet mania, sed
in eâ in quâ in vitio est sanguinis
copia quæ caput obsidet. Si itaque
caput plethoram non habeat, à lin-
guâ abstinentum. Ita natrium venu-
las stimulabimus, & frontis seca-
bimus: & hirudines capiti admo-
uebimus: hæ enim, quæ foris est
materiam hauriunt; vt vena ibi se-
cta, quæ intus sunt elicet, auctore
Auicennâ. A vena sectâ, scapulis,
brachiis, natibus cucurbitæ admo-
ueri possunt. Cælius Aurelianu*s* in
statu morbi, capiti raso scarificatu*m*
imponit cucurbitam; vertici, occipi-
tio, & temporibus: priùs tamen in
metaphreno. Iam ad pharmaca ac-
cedo. Hæc varia sint, vt vel bilis vel
melancholia in vitio fuerint. Adsit
hæc saltēm cautio vt perpetuò re-
misceamus frigida; tam in aluum
lenientibus, quam præparantibus ac
purgantibus: etenim succi mordaces
& feruidi vitium intulerunt. Ut ita-
Pharma-
cœa.
Cause.
Leniēria.

que prima liberetur aluus, sumat
cassiam cum tamarindorum pulpâ,
vel diacatholicum, cum manna, &
syrupo rosato laxatiuo: nam instar
opiata inde effigi forma poterit, vt
sæpius cochleario vratur. ira & pru-
nis. Trallianus, vt utili astu falleret
ægros, pharmaca propinabat cum
vino lymphato; & in ouis. Vel molli-
vrantur clysmate, ex maluâ, althæâ,
violariâ, betâ, parietariâ, semine lini,
psyllij, anisi, anethi, prunis, ficubus,
seminibus frigidis, Horibus chamæ-
eli, meliloti; adiice vniciam folio-
rum senæ, & epithymi semunciam;

Tractat. reuersa.

cum oleo violato, & anethino, saccharo rubro, & paucō sale; vel adde hamech semunciam, fiat clyster, qui interdum iteretur. Lenita alio, præparabimus, ad exclusionē, ferocem morbi materialē, si fetocia ægrotorum id admiserit. Temperetur itaque fervor sanguinis, refrigerando & humectando eius acrimoniam. Ut emur decocto hordei, capillorum venoris, seminum maluæ. ita vel aquis farfæ, melonum & cucurbitarum, buglossi, acetosæ, fumaria, lupulorum, asparagi, melissæ quid immacerantes, scolopendrij, violarum, nymphæ, rosarum, endiuæ, cichorei, tamarisci. Decoctis iniice vnâ passulas, pruna, tamarindos, semina frigida. His mox iunge syrupum en-
diumæ, fumaria, boraginis, violarum, nymphæ, epithymi, de bysantiis. Optimus est syrupus de pomis ex descriptione Sabor apud Meluen, capite De maniâ : vel syrupus de succo cucurbitæ. dantur etiam bene syrapi cum sero caprillo. Non opus est ut cuncta simul coniiciantur, vt male hodie sit: sed tres vel quattuor res sufficerint coxisse, aut si tenuioris tint substatæ, infusisse (vt primo libro Methodi nostræ docuimus) ac macerasse: mox librae liquoris addidisse syrapi alicuius vncias tres. Remedia præparantia scripsi; sed ad usum ducantur ut suadet causa morbi; quam primùm docui quibus notis deprehensi sunt: nam si vredine bilis fuerit torrida, maximè vtemini ex his iam præscriptis, quæ feruorem extinguunt & madefaciunt, qualis est nymphæ syrupus, cum aquâ cucurbitæ & solatti: sin putrefacat melancholia, ea quæ putredinem

castigant locum habebunt, vt mælissa. si biliosa, detur aqua boraginis, cum syrupo boraginis. Ita ybique prudenter transigendum: nam hunc ob usum primùm accuratè suis symbolis morbificas causas notauimus. Si hac prudentiâ mitescat effusus succus, placidius pharmaco cedet, & edomitus mentem fatigare desinet, cerebri temperie redintegratâ: dum enim animi sedem æstus peruvolitat, immemor officij sui ratio ferocit. Caveat tamen ægro suo qui astat, ab illis distillatoribus, qui susque de-
Cautio. que, sub umbrâ arcanorum, & calida & frigida remedia propinant. Hinc enim squalor perniciosus & grauior calamitosaque conflagratio. quod rectè olim Pythagoras, Ignem gladio ne sodjas: quasi dicat, hoc fieri cum metu grauioris conflagrationis, sparsis circumquaque fauillis, semper tunc præparantia humida non obstruentia: quare optimè præscribitur serum lactis, imbutum violis, boragine, nymphæ. Post unius aut alterius præparatis potus usum purga, quod fermentum inquinans sanguinem exigatur. Si sit ab usâ bile, propinetur confectio hamech cum sero caprillo, in quo ebulliit epithymum, sena, myrobalani, cum floribus buglossi. vel exhibe electarium de phyllo, triphoram Persicam. ut euam in melancholica materia pilulae de fumaria, de lapide lazuli, Indæ, senæ, & diafena Nicolai. In biliosâ autem materia utemur cassiâ, manna, & rhabarbaro, tamarindis, myrobalanis in decoctis; electario de succo rosatum, pilulis aggregatiis cum scriptulo rhabarbari. omnibus his confert diacatholicum, electan-

*Admoni-
tm.*

*do capriori,
but infuso
immissione
componit inq.*

electarium lenituum : fumaria, lupuli, myrobalani. Accipe diacatholici semunciam ; hamech binas drachmas; syrupi violati semunciam; ex decocto florum & fructuum cordialium, epithymi, & glycyrrhizæ, fiat haustus. Si sit à putridâ melancholiâ, immacula fero lactis folia senæ, epithymi, & mirobalanos; collaturæ adde syrum rosatum laxatium, vel violatum, & mannam: cum enim gummiferis ex arboribus colligatur & carum ex vaporibus nascatur, putredinem arcet. Si billescat vñâ materia, infundes rhabarbarij: & diluto addes quid electarij de succo rosarum : ita etiam si ab assatâ fuerit melancholiâ, iunctis floribus buglossi, violarumque syrupo, vel de pomis. His prodest etiam decoctum galli veteris purgans ex maluâ, buglosso, fumatiâ, thymo, polypodio, senâ, cum saccharo rubro. Cælius Aurelianus in cōtumaci malo (contumax enim est melancholia vñta) vtitur elleboro albo, & sœpe: quin & Q. Horatianus præcipit vt sœpius vomant; qui & elleborum admittit. Nos felicissimè vtimur cotidie nostro præparato elleboro albo, de quo aliâs. Si non facile vomant, vtemur extracto ellebori nigri, cui quid addi potest electarij rosarum & dacydij, si ab vñta bile insiant: vel quid hamech, si à rectoridâ melancholiâ. Ita regis Argiunorum Præti filiæ, quæ se boues esse credebant, à Melampode Amythao-nis medici clarissimi filio, curatae fuere. Quare antiquissimus est huius remedij usus. Fugite ergo noua remedia, quæ turbant & non purgant quod decet. Modestè tamen quan-

tum licet, & sœpius purgare præstat. Itaque non confertim purga, ne fiat laboris plena purgatio, sed sensim, si licet. Et sint, quantum res admittit, benigna purgantia. Quin semper adiice humectantia, & lenientia: præstant hic siccis humida. Ultimo id cura, vt roborantia quedam purgantibus semper accedant. Licebit & per vrinalia remedia tandem euauare: accipiemus emulsionem feminum melonum, factam ex aquâ hordei, in quâ coxere semen & radix sceniculi, & radicis vñtis albæ sesquidrachma. Et sudorifica locum hinc habent: nam balneum suavis aquæ maximè celebratur à Galeno: nam ab apertis poris, materiam exhaustit morbificam. Cum ita prouilio habita est totius corporis, per gemus ad ea quæ caput euauant. Trallianus capiti tepidam admouet, dum æger in balneo est. Quin & per os & nares materia proliciatur, & id magnis pharmacis. Aëtius elleborum cum lacte, & claterium naribus imponebat: nam ferox materia citra cunctationem deponenda est. Laudandum est & cauterium actu vrens, futuræ coronali immissum, vbi cum sagittali committitur. Ossæ denudato, de eo particula dematur, nec ante menstruum spaciū tele locus consociet ab enatâ carne. Et foris impossitis remediis auxiliandum, à venâ sectâ, cucurbitis, hirudinibus. Si flava bilis auctor morbi fuerit, ea reprimatur: admoue oleum rosatum omphacintu. Accipe caphuræ drachmam: liquefacit in vino, vt laetescat; his conqualla albumina onorū, cum duobus cochleariis aquæ rosate, & aceti rosati: capiti cum stuppa' imponatur

Notandum
de ellebo-
ro.

Methodi
nôstra 2.
lib. vñ
De vali-
di vomi-
toriu.

Cætius.

*Euacuat
per urina-
lia.*

*Per sudor-
ifices.*

*Euacuat-
ria caput.*

*Cantharîm
ad nos.*

*Tori-
ca.*

at flava bilis.

Campfora

ponatur. Si causam ducat à retortidâ
bile, vnaquæ, vt fit, vigiliæ premant,
granū opij, & aliquid mandragoræ
liquefiant in oleo violato & nymphæ,
cum paucō succo de citreis.
Nota.
In arte medica.

Fpnto,
ma
Lovatis

ponatur. Si causam ducat à retortidâ
bile, vnaquæ, vt fit, vigiliæ premant,
granū opij, & aliquid mandragoræ
liquefiant in oleo violato & nymphæ,
cum paucō succo de citreis.
Laudarē etiam cordi admoventi fri-
gidum vnguentum, vbi vita bilis
ferocit: nam ita irasci ac furore in-
candescere, line Ham meo cordis ca-
lore eiulue sanguine vix posse existi-
mo. idem etiam putat Abenzoar: &
Galenus vbi agit De notis calidi
cordis. Si cor, ait, ad validum æstum
abierit, furor & maniacæ confidentia
his est. Si itaque in vitali specu habi-
tat officina iræ, procellæ ibi iam mo-
tae componantur. Quare epithemate,
si fieri possit, recte tractarentur:
accipe aquæ rosarum, nymphæ,
bnglossi, aceti rosati, cuiusque vncias
tres: his immacula folia melissæ: co-
laturaë iunge specierū diarrhodonis
abbatis semidrachmam; caphuræ,
& croci, singulorum grana tria: te-
pidè regioni cordis inferatur. Vel
illinatur pectus vnguento rosato &
melißato, vel anthosato, vel violato;
adde quid santatorum; & caphuræ,
croci, cuiusque grana quattuor, cum
pauco aceto rosato. iungi potest se-
miscriptulus trochiscorum de ca-
phurâ. Si foueri epithemate posset
cor, id optimè fieret immerso sac-
culo, qui fabricatus sit ex rosarum
rubrarum manipulis tribus, florum
anthos, & melissæ manipulo; santalorum
drachmâ: caphuræ granis tri-
bus; spicæ granis duobus. Hepar
etiam recreetur epithemate ex aquæ
endiuæ semilibrâ: thodostagmatis
vuciis duabus; omnium santalorum
drachmâ; caphuræ granis tribus; ace-
ti semuncia. Viriles globuli linteolo

infunduntur rosaceâ madenti, vel
solariâ, aut nymphæ cum aceto.
Melancholia autem si morbum pe-
peterit, ab astringentibus abstinebi-
mus, ob succi crassitatem, admouebi-
mus oleum rosatum completum:
vel violatum oleum. & si ardor adsit
maior, viemur oleo de semine lactu-
*ce, vel de floribus cucurbitæ, nym-
phæ, & papaueris, si vigiliæ vrgent.*
hæc sati humectant. Cautio adsit,
vt à valido algore abstineamus: &
auctor est Abincenna magis hic hu-
meclandum esse quam refrigeran-
dum: nam dicit, madore lenius fert
cerebrum quam algorem. Cumque
valida opus est refrigeratione, re-
miscebitis flores chamæmeli, inquit
Abincenna. Non vñendum igitur
merè frigidis. Resoluentia mox suc-
cedat. sint ea initio cùm vsus eorum
primum initur moderata, ne alle-
tent materiam meabilem adhuc.
mulgeatur super caput lac, inquit
Mesue; misce oleum chamæmeli cum
oleo florum cucurbitæ; ita vñā hu-
meclabis. Ita oleum amygdalinum,
violatum, cum lilino. Omentum te-
pidum agni capitii impositum com-
mendat Alhafarabia Arabs. Com-
modè fouetur caput decocto malua-
rum, fænigræci, seminis lini, psyllij,
hordei, violariae, cucurbitæ foliorum,
salicis, nymphæ, chamæmeli, meli-
loti, senarium, pauca adiectâ stœcha-
de. Vel veruecis caput & pedes cum
dictis seminibus cocta. Cottidie bis
eluat caput calidè, nisi cælum æstu-
flagret. Si vigiliæ vrgent, adiiciemus
seminis lactuæ & papaueris drach-
mas duas vel tres. A fotu illinatur
caput oleo amygdalino dulci, rani-
no, vel æsypo cum lacte muliebri,
adipere.

Ita nunc quædatur caput in
fomantum.

Sacredy

incor

Animad-
uersio de
vigiliis.

adipe anserino vel gallinaceo. Inde septi catelli capiti calidè imponan-
tur. His nō iuuantibus, surgit Aëtius
ad sinapi. Si vigiliae prement, quod
hic nimis frequens (venim Dc) gra-
tissimum donum, somnus, serpat,
tribus opus est, animo quieto, ana-
thymiali suavi, & cerebro tempera-
to, quæ hic absunt) his pugnandum,
ut ioporetur. Refert enim Fernelius
diurnas adeò & contumaces in-
terdum vigilias incidere, quidam
vt menses quatuordecim insomnis
duxerit. Accipe olei amygdalini vn-
ciām; olei violati semunciam; olei
nymphæ drachmas binas; capi-
tum papaveris albi numero quin-
que; seminis lactucæ drachmas bi-
nas; florū chamæmelorum pugil-
lum; vini albi subdulcis sesunciam
misce; coque in duplii vase, ad vini
exhaustionem, refrigerat, madefacit,
somnum inducit citra noxam. Nati-
bus trahat oleum violatum, vel pa-
paveris, cum succo lactucæ. Postea
totum corroboretur. & quia feruet
squalidum hepar, id placet sero la-
ctis cum eichoreo. Ab vniā aut alterā
purgatione pergemus ad ea, quæ cor,
cerebrum & hepar redintegrant, of-
fuscatum sanguinem ferent, fuli-
ginosos spiritus exhaurlunt. vt sunt,
myrobalani citrinæ conditæ, conser-
ua rosatum, adianthi, melissæ, calen-
dulæ, rosmarini, violarii, nymphæ,
cum paucâ stœchados, florū aran-
tiorum, radices buglossi, calami, enu-
læ, circum pomum in aquâ rosatâ
coctum dum iabelscat, cum saccha-
ro: diarrhodon, diamargariton fri-
gidum, manus Christi, electarium
è pomis, electarium resumptium;
aromaticum rosatum, & caryophyl-

latum, alcherimes, de hyacintho. His
intabescant tria, vel quatuor grana
caphuræ, & vanuholci. Accipe aquæ
rosatum vncias binas; viii granato-
rum, vini Rhehæsis, singulas vncias;
his immadeant per noctē folia me-
lissæ; sacchari crystallini adiice vn-
cias duas: lenti coquantur, & adde
conseruæ boraginis, buglossi, cuius-
que vnciam; corticis citri conditi,
myrobalanorum citrinarum condi-
tarum singulas sesuncias; diarrhodi-
abbatis, electarij è gemmis, ambo-
rum drachmas binas; passularum
Corinthi duas drachmas; specierum
electarij resumptui drachmæ; croci
grana sex; bracteolarum auri nume-
ro quindecim: misce, fiat instar con-
seruæ. Robur etiam astlädum pleni
mplastro: ex diabibus partibus radi-
cum cappatum, & absinthij parte
vnâ; bulliant diu in oxymelite stilli-
tico; pisterunt, & adde oleum rutaæ
& lauri, vel linum, cum cerâ: exten-
datur super peciam. Lauandū etiam
caput: Accipe caput castrati, quod
contractum bulliat in aquâ, cum
foliis, violis, Horibus nymphæ, bu-
glossi, foliis salicis, singulorum semi-
manipulo; schœnanthi & stœchado-
s singulas semuncias: hoc caput
alternis diebus madefacit & fonea-
tur: vel omni die, & pluries in die si
opus sit. & si non possit dormire,
addi poterunt capita papaveris &
lactuca: & ad humectandam, oleum
de cucurbitâ, si squalida sit tempe-
ties. Iam curandi modos claudam, si
modò subiecerim quo modo transi-
gendum cum à rebus externis ena-
tum vitium fuerit, ut à percussione,
& maximè si à Sole æstu conflagran-
te. Sol suo feruore trahit & vrit me-

Arbus
externa si
sit, ut re-
median-
dum.

Iaacholicum succum, dum caput torret. Seca cephalicam brachij; hinc purga; tertio tepidâ aquâ, ex sententiâ Razis, humectetur & frigescat caput infusâ: dein oleum rosatum cum quartâ parte aceti infunde capitâ: ita etiam oleum seminis cucurbitæ, cum lacte muliebri, & etiam hoc natibus sorbeat. Tandem balneum tepidum ineat, aquamq. multam capiti infundat. Aquam odoret rosatam, violatam: & talibus transfigat, iam ad dietam: nihil in his peius, cibum cibo incocto addere. Sit victus mediocris, non accisus, non plenus: nam morbus dicitur, & metus est cacochymia. Sit cibus humectans, mirum quantum adferat is solatij. Qui autem se auertunt à cibo, regre curantur. Sit coctu facilis, flatus expers, non squalidus aut in aestum corpus abripiens, ne causis plethoricis caput feriat. Vitulina caro proderit & agnina, pulli gallinacei, pisces saxatiles: & lactuca, spinacia, cichoreum, endiuia, asparagus: aliquid adiice anisi vel fœniculi: cerasa comedat & poma. A coriandro abstineat, & à croco. Lac calidè emulctum sine alio cibo detur mane cum saccharo. Vitet acria, ut piper, sinapi, cæpæ. Sorbile aliquid aut tenerum laudat Aurelianu: quare biscoctus panis nocet. sit panis triticus, confusaneus. Caveat etiam à diureticis validis: nam tenui cliuant restibili crasso. Sitim non ferant. Zeno naturâ tristior hilarescere in conuiorio solebat: nam & lupinus aquâ inaceratus dulcescit:

DIAE.
T.S.

Ques.

ita cibus & potus etiam tristitiam fugant. Vitatur aquâ hordei cum succo granatorum dulcium. Tandem veniendum ad vinum album, tenue, dilutum: nam vinas euocat, & diuûm gratissimum donum, somnum facit, humectat corpus, ac bilis frangit ferociam. Si temperatione eget vinum, affunde aquam buglossi, boraginis, endiuia, cichorei, sumittere, vel pluviam aquam Maialem puris vasis collectâ. Vino etiam melissato & boraginato vtatur is, qui ex metu prodromo hue venit: sit tamen oligophoron. Aer declinet in frigus, sitque suaveolentibus perfusus qdoribus: is enim auido admittitur ritu, ex rosis, violis, nymphæ, pomis, santalis, caphura, caryophyllis, itide: quædam horum etiam aquâ rosata coquantur, quò vapor inuadat euibile. Methodici cunctos furiosos in tenebris continendos esse dicebant. Principio iaceant loco mediocriter lucido, & nullo turbore pulsato, nulla quoque pictura distinctione. Præcipitijs facultas absit in fenestrâ. Auersus sit lectus ab ingressu, ne vultus vexent ingredientium: illa enim vultuum varietas auget furoris vanitatem. Oblectamenta adsint, offensio absit, Mandandum ministris ut eorum errores quodam consensu accipientes corrigan: nec tamen omnibus consentientes augeant furorem, eorum visa confirmantes: nec rursus repugnando asperent. Sed nunc indulgeant, nuc insinuando corrigan vana, recta demonstrantes, ac contrarietate quadâ alienationis corrigitur qualitas. Blandisonis modulis & sonorum concinnitate demulcentur, hæc enim mentis tempesta-

Galen. ad
Tunagins.
lxxviii. cap.
22.

Aurelia-
nus.

Metus &
Ques.

Aurelia-
nus.

Athe-
nian 14

tempestatem sedant. Sciebant id Ar-
eades olim: ita Clineas musicus itam
mulcebat lyrā: ita Dauid procello-
sam Saulis mentem eitharā compon-
nebat. Si qnid adhuc mentis adsit,
arnici ob oculos ponantur, dei mis-
ericordia, diaboli astus, vxor, liberiq.
chari. Quidam minis reuocantur,
loris flagitiisque commitescunt. Non
sint soli, nec inter ignotos, aut quos

Balneum. auersantur. Balnea dulcis aquæ fun-
dunt & exhauriunt bilem, & feru-
tem mitigant. Cottidie his vtatur ex
oleo & aquā. Et madescat omni ra-
tione cerebrum vnguentis, oleis, &
emētochis. A balneo vngatur pectus
& spina oleo violato, amygdalino,
nymphaeae, adiice æqualem partem
pinguedinis porcinæ. Si perugilio
fatigatur, somno stude: nam hoc

Somnus. gratissimum Dei donum non mini-
ma curationis pars: propina dia-
odium: vel sumat lac seminum pa-
paueris, cum syrupo papaueris, vel
requiem Nicolai. Accipe syrapi pa-
paueris vncias duas; aquæ nym-
phaeæ, violatæ, lactubæ, singulas vni-
cias: misce, detur serò. Opium etiam
laetè solutum naribus impone. Ha-
beat & pilulas familiares, quæ san-
guinē ab inquinamento melanco-
lico serenant; quæ fiant hoc modo:
Accipe succi melissæ, vini aromatici,
cuiusque vncias tres; aloës pulueri-
satæ vntias tres: madescat his succis,
& ex Solis calore inarescat: ter repe-
te perfusionem: tandem adde senæ
pulueris tres drachmas; rhabarbari
binas drachmas; thymi, epithymi,
caryophyllorum, cuiusque drach-
mam; macis semidrachmam; scam-
monæ: sciptulum; croci semiscrip-
tulum. hæ tristissimum sanguinem

serenat, & opacos spiritus illustrant.
Si nullis remediis placetur feritas,
hæc inutiliter cuncta moliemur; po-
tiùs vinculis coercentur. Sed sem-
per cautio adsit ut caueas ab his, ne
in calamitatem te præcipitent: sæ-
pe ego periclitatus sum capite apud
hos. Inter Empirica commendat

EMPI-
RICA.

Dioscorides, libro de Euporitis,

ifmis manij

hippomarathri radicem & lemen-
coctum ex aquâ, ac potum: huic
subscribunt Paulus, & Aëtius. Alij
contenti sunt solo potu aquæ bora-
ginis. Ego accipio serum lactis, cui
infundo folia buglossi, boraginis,
violas, nymphæam vel lactucam,
acetosam, vel capita papaueris, cum
paucō epithymo: ut eo fruatur loco
potus per aliquot dies. Aliud, Flo-
rum rorismarini, boraginis, radicum
buglossi, singulos manipulos; croci
semidrachmam; malicydonij vncias
quattuor; vini albi clari libras duas:
misce, & per diem integrum mace-
rentut bene pistata; dein fimo equi-
no imponantur dies quindecim in
vase vitro, dein bis aut ter distille-
tur; dosis est vnius drachmæ: efficax
in melancholicis cunctis remedium,
& tremulo in corde. LYCAN-
THRO-
PIA qualis sit affectio primùm dixi-
mus. dicitur Arabibus chatrab sum-
pro nomine à bestiolâ quæ sine serie
certâ super aquas hue & illuc fertur:
ita hi etiam stare loco nesciunt. Re-
ferr D. Schenckius ex Job, Fincelio

LYCAN-
THRO-
PIA.
*λυκάων.*Historia
lupa.

libro 2. Mirac. hanc historiam. Pa-
tauui lupus sibi videbatur agricola
anno 1541. multosque in agris in-
siliit, trucidauitque. Tandem non
sine difficultate captus, confidenter
se affueravit verum esse lupum, di-
scrimen solùm existere in pelle cum
pilis.

Curatio.
pilis inuersâ. Quapropter gladiis ferunt eius tibias & brachia, amputantque, veritatem rei exploratut. Cognito verò hominis errore, eum chirurgis tradunt curandum, sed post dies non multos exspirauit. His singulis mēsibus emitatur sanguis: & vere ad lipothymiam id fiat: nam à pleno vitoque, iamque se fundente sanguine nascitur. Viectu currentur humido, balneis, & theriacâ, vbi non ita sanguine circumfluunt. manè utatur sero lactis cum epithymo & senâ, per plures dies. Dormiat plurimum, si sit ab vîta bile, & humidis frigidiusculis indulget. Cauteritum futuræ coronali inuratur.

Mirare.
Dixi dependere ex calidâ & siccâ intemperie venenatâ: est enim morbus totius substantiae: quod talibus solùm remediis cedat, quamvis sub calidâ & siccâ intemperie consistat. Dux principum partium: nam plurimæ partes hîc in vitio videntur esse: Democritus neutrós hîc affici dixit: Asclepiadis autem sectatores membranam cerebri: alij diaphragma: Artemidorus Erafstrati sectator, & Artorius stomachum culpam agnoscere: plurimi tamen capiti vitium hoc ascripsere, maximè cùm iam mens fuerit alienata, cùm & ante notæ plurimæ futuri malij per faciem efflorescant. Dux eos peculiari ratione liquida horrere: nam ea est vis huius veneni, ut vel metuenda sibi quædam simulchia in illis videant: vel quia maximo fastidio madoris (in quo tamen medela esse deberet intemperie huius) tenentur. miserrimum profecto morbi genus, quo æger & siti, & aquæ metu cruciatur. Quod autem in aliis venenatis morsibus calamitosis, peculiares quædam symptomatum immanum ideæ non æquè eluent, in causâ fortè est horum ferocia; quod priusquam ed deueniatur ut partes principes ita in suam naturam vertant homines occubant à pernici vi. Quin venena illa biliosum sanguinem, aut pituitosum, vel putum putumque sanguinem tum spiritus incurunt, coque celeranter ad intercessionem belligerant. Sed hoc caninum, lenitum venenum cunctantius serpit, & melancholicum potius analogiâ serit, hinc non se prodit, nisi traiectis partibus principibus, potissimumque celebro, vbi prauum

*Nomen.**Definitio,
& eius
explicatio.*

NASCITVR interdum furor à morsu rabiosi canis, vocaturq. *Udopōclæ*, hoc est, aquæ metus; alij *Ugropōclæ* appellat, quod non solùm aquam, sed & cuncta liquida auersentur. ab aliis cynolysis vocatur: quibusdam phobodipso, quod cum timore fitant: aliis pheugydros, hoc est, aquifuga dicitur. Tristissima certe morbi calamitas, que hominem rabie, siti, & aqua formidine exanimat. Est autem hydrophobia phantasias depravata, dependens ex intemperie calidâ & siccâ venenatâ principum partium, maximeque cerebri, quâ, peculiari ratione veneni, homines liquida omnia fugiunt & horrent, causam ducens ex rabidi canis morsu, sanguinem inquinante.

primum in liquidis simulachrū iam
 tunc fingit. Quanquam auctor sit
 Theodorus Priscianus, hydropho-
 biam etiam ex serpentium mortu-
 euere. Causa huius mali, ut dixi, est
 virus perniciosum, quod in rabidi-
 canis saluário humore stabulatur.
 Est autem illud calidum & squa-
 lidum, venenatum, & contagiosum,
 quod per arterias facile toto se
 corpore fundit: adeò ut si Galeno fi-
 dimus, eius sola salvia corpori asper-
 sa id venenum spargat. Puto tamen,
 tactu salivam non lēdere ille so
 corpore, modò illico vrinā aut salsa ab
 aquā abstergeatur. Quosdam lēlos
 rabidi animalis vnguis fanaticos
 euasisse testatur Aurelianus. ita refert
 quendam lēsum parumper à gallo
 gallinaceo pugnante, in rabiem in-
 cidiisse. Aliud exemplum narrat sar-
 tricis, quæ cùm chlamydem scissam
 rabidis mortibus sarcientam sume-
 ret, atque ore stamina componeret,
 & lingua pannorum suturas lambe-
 ret assuendo, quod transitum acus fa-
 ceret faciliorem, tertio die rabiosa
 est facta. Quare quidam etiam pu-
 tant, ex aëre, canis halitu inquinato,
 hanc luem contrahi posse. Alij po-
 culo eodem, quo æger bibit, si quis
 vtatur: aut si ab ægro attentati cibi
 degustentur. Attamen si sanguinem
 emiserit lacera cutis, in eo propriè se
 condit hoc veneficum seminarium.
 Iam de signis. Cùm quis iam iam
 mortum accepit, nihil magni sentit
 mali: contratio prorsus euentu ac in
 aliorum venenatorum animalium
 mortu. Quare ubi canis momordit
 qui in suspicionem rabiei venit, ac-
 curatè perlustrandum num postea
 homo reddatur cogitabundus præ-

ter morem, necnon an vanâ ima-
 gine perfundatur cogitatio. Ita si
 euenerat, ac longius si cessant reme-
 dia, his tunc noctu somnus viola-
 tur, familiares vitant, ferino aspectu
 secum missant, lucem splendo-
 remque fugiunt: nam iam tunc
 germen veneficum bībit cerebrum,
 vnde mox, ut ait Thucydides, ^{ex pau-}
^{cis mul-}
^{δάλης πολλά.} Deinde præcordia anxi-
 premuntur ita ut stare loco nescius,
 furibundus huc illuc ruat facie ru-
 brā, cum sudationcula. Hinc incipi-
 ent ^{σοροπολεῖν}, hoc est, aquæ con-
 spectæ metum incurere: & tunc, ut
 loquitur Theodorus Priscianus, pa-
 ssio eos plena possedit, cùm quantum
 in desideriâ potionē accesserit desi-
 derij, tantum timoris in accipiendo
 generatur. Vel enim abominatur &
 nauseat ad liquida, vel in eis horren-
 da simulachra conspicatur, aut ca-
 nem ibi latere putans, formidine ta-
 cus in clamorem erumpit non sine
 horrore. Tandem cùm altius irrepit
 venenum partesque principes tra-
 iecit, tunc in his omne rationis lu-
 men extinguitur, ac fanatici euad-
 ent, veteque mente exuuntur, nec
 contubernales agnoscunt, mordent,
 latrant; nam canes se existimant, go-
 norrhœa alijs tentantur. Aquam &
 specula fugiunt: conuelluntur extre-
 mæ partes, singultiunt: sunt qui in
 epilepsiam abripiuntur, qui dein fa-
 natici redduntur: sitis inexhausta,
 sudores frigidi, syncope, mors. Dio-
 scorides fatetur tunc esse malū in ex-
 pugnabile cùm de aquâ verentur de-
 morsi: cùm nimirum allatâ aquâ
 horrent, ac latratū astantes terrent: ^{Rabidus.}
 & si diutius aqua adsit, tremunt, su-
 dant, delirat, ac lipothymia tētantur.

Sed interdum latet num rabiosus fuit qui momordit canis: quid tunc agendum? Accipitur mica panis, ad mouetur vulneri, ac eius sanie tingitur: ea vorata à sano cane, si ei insaniam non intulerit, rabici expers fuit qui morsum intulit. Imò sanus canis plerumq; talem auersatur miçam: nam canes odorā vi excellunt. Domicellæ etiā arceant catellos s̄q; ab v̄su aromatum, hæc enim canibus rabiem accersunt. Sribit Plinius Columellam auctorem esse, si quadragesimo die, quām s̄i natus, castretur morsu cauda, summusq; eius articulus auferatur, sequenti nervo exemplo, nec canes rabidos fieri. Canem autem rabidum occurrentem ita agnoscet. hi immemores cibi & potionis perseverant, truces oculi scintillant, demissis auriculis ac caudâ linguam exerunt, spumam ore volvunt, vimbræ suæ allattant, iterumque latratus expertes anxij currunt, ac in cuncta obvia morsu feruntur, incerto oberrantes cursu, & quasi titubantes ebriosum more, modò dextrosum, modò leuosum. ad humum depresso talis canis gerit caput ac ad latus conuersum, hianti est ore, ac lingua exerrā nigrante, & sanies naribus manat, sani canes eum fugiunt. Priusquam autem hos rabies inuadit, tristes sunt; & in quiete, quasi ex cursu anhelosi. Huic passioni canes obnoxij vivunt qui se saturant carnibus animalium quæ pestilentia: aut fulmine, aut venenatorum mortibus interierunt, & qui verminosā escā vescuntur, ac putridam vñā aquam lambunt; & is qui morsus fuit ab alio rabido cane.

Prognosis. Ad prognosia venio. Hi homines

siti plerumque enecantur. Si spacio inualuerit hæc insanía, medelæ est expers: hoc est, cùm mente exutus aquam metuit. Quamuis Eudemus, citante Dioscoride, quendam euassisse afferat; & Themisonem medicum: quem tamen non demorsum, sed ab amico hydrophobo ita affectū fuisse afferit alios prodidisse. Sed & ipse Dioscorides ita loquitur, * Hoc est, at' aut' n̄ r̄d' aw̄. & p̄ḡm̄t̄s. b̄t̄v̄, ei p̄n m̄ll̄s̄ x̄ḡs̄m̄t̄n̄ m̄l̄s̄. b̄s̄d̄m̄t̄. Tamen in paucis initio, cùm nondum patentes principes peruersit venenum, ali qui curantur, vt evenit illi philosopho apud Aëtium, qui initium dedit proverbio, Quid cani cum balneo? nam hi elleborō curari possunt, aut phlebotomiā, vt mox dicemus. hi sunt qui se in speculo adhuc agnoscunt: nam huic, inquit Abinehna, nondū periit salutis spes: nam nondum ita demersam cerebro vim veneni denotat, quin elui possit. Variè autem aquæ metus superuenit, qui busdam à decimo quarto die post quām demorsi fuere: alijs à quadragesimo, aut sexagesimo: alijs post sextum aut septimum mēsem: tanta enim segnitia repit malum, vt rarò se proclat ante vigesimum diem: & plerumque à trigesimo die. Quia septem annis legitur hæc pernicio, inquit Paulus. Aigineta: Galenus aliquos post sextum & octauum annum à morsu eo venisse narrat: Albertus post annum duodecimum quosdam sensisse tandem hanc iniuriam: Guainerius quendam refert Tra. De claps. octodecim annis in hydrophobiam incidisse, ac intta diem tertiam obiisse: cùm malum post decimū octauum annum eo tempore se ape-

inde peti-
tūlū
incu-
bile ho-
minem
manet,
nisi mul-
tis vta-
tur au-
xiliis.

Quando
mapiant,
quam
metuere.

Trag. De
venen.
cap. 12.
De mor-
bi rabidi.
canis.

se aperiret, cùm vmbra forbi arboris transiret. Nam ferunt, si quis sub forbo arbore iacuerit qui aliás demorsus à cane rabido fuerit, rursus in rabiem verti. Quare quamuis hoc venenum diu latiter, cùm tamen se aperuit, celeriter enecat, fraudato ponu ægris, adeò ut quidam intra triduum moriantur ab obortâ hydrophobiâ: vt exemplis id prolixè demonstravit diligentissimus & doctissimus meus Forestus. Lentum itaque adeò cùm sit in quibusdam hoc malum, antiquis ob moram ignotum fuit, ita ut nesciuerint à vulnere rabidi canis illud evenire. Nam usque ad tempora Aristotelis morbus hic in homine nondum innotuit: quare idem asserit, hominem solum commorsum à cane rabido, à rabie non occupari. Et Plutarchus ex sententiâ Athenodori medici affirmat hydrophobiam morbū nondum fuisse tempore Asclepiadis: is tempore Pompeij vixit. Hippocrates nusquam eius meminit, nec Nicander qui sub Attalo ultimo rege Perugami vixit. Nec me mouet Aurelianrus, qui certè incommodè eius antiquitatem probat, nam Ouidij tempus, qui paululum ab Asclepia devixit, nullum adhuc nouo malo remedium nouit:

—nam, dicit, medicina

Nec formidatis vlla medetur aquis. Serius aut citius symptomata eluent, vt fuerit aët calidior, temperies corporis, venenum prauius, grandius aut rectius vlcus, vt corporis caco-chymia ad putredinem aptior; venarum, arteriarum, omniumque ductuum amplitudo vel striccio. Conclusum nec patulū vulnus plus

periculi habet, quām amplum, vnde laxare se virus potest. Sed, vt hoc item, cùm ad hydrophobiam deuen-tum est, non redeunt, quanquam non despontet curationem. Abin-cenna, modò se adhuc agnoscant in speculo, qui istos valentibus purga-tionibus redintegrati mentem pos-se putat. Iam ad curationem ve-niamus. Aër cubiculi sit calidus & lucidus, quò foras se vertant spiri-tus & sanguis. Et ob eandem cau-sam vitet somnum, quousque vis veneni sit exhausta. Edat arantia & citrea mala; & his cibi condiantur, vt etiam tormentillæ, pimpinellæ, calendulæ, boragine. Caro sit vituli-na, veruecina, gallinatum, & talium. Caveant astantes ne comedant reliquias ciborum degustatorum ab his hominibus. Vitetur inedia & sa-tietas; vt enim hæc vires deiicit, ita illa suâ copiâ ad caco-chymiam & focum veneni facit. vinalia cibis remisceantur. In primis curandum vt aquam bibat: & si iam metus præ-ludia adsint, tegatur poculum, vel tubulum habeat, vnde bibat æger. Demorsus ilico generosum vinum hauriat, & cæpas comedat; ea enim dissipant seminaria venenata. Poculis indantur folia pimpinellæ, & cacumina cum floribus calendulae. Familiaris potus sit vinū oligopho-rum, vel iolabium ex syrupo citreo-rum, cum decocto acetosæ, vel hor-dei. Laudat Dioscorides vinum & lac, cæpas, allium, aromata: nam di-cit, diu hæc vires suas fundunt per corpus. Comedat cancros, & olus ex cicchoreo. Sribit Matthiolus, demorsos in Hetruriâ abstinere integrō anno à contactu ligni corni, & san-

*Curatio.
Prephylac-
tica ne
hydropho-
biæ evadat.*

Remedias.

guineæ virgæ: nam si hæc ligna manibus eorum incalescant, illico rabie exagitantur. Ita habendus in victu; nunc remedia perlustremus. Si illico abstergeatur vrina sanies spumâve aspersa, nihil magni metus erit: nec enim fomite aut contactu omni lædit: sed maximè si morsu elicitus sanguis, is spumâ aut sanie tangatur: ille enim focus mali. Attamen spuma leuiter cōtemni non debet: nam refert Galenus, eam inficere: & Matthiolus duos vidit solâ spumâ infectos. Plinius scribit, tantam vim mali esse, vt vrina quoque calcata rabiosi canis noceat, maximè vlcus habentibus. Demorsis mature remedianum: nam ob cunctationem moriuntur: pauci alioqui perierunt. Argumento est Baldus Iurisconsultus: is à catellâ labium perstrictus, cum rabire eam nesciret, & ob exiguitatem negligenter vulnusculum, quarto mense fanaticus interiit. Non fecetur in morsus principio vena: sed sic aluo libera. si non sponte feratur, da mannam cum diacatholico, & syrupo rosato laxatino: fiat instar opiatæ: sumat cochlearium ante cibum. Alia aliisflua pharmaca absint in eunte morbo, vi & phlebotomia, ne intrò trahatur venenum. Sed eunte curatione, si citius quam par est vulnus coaluerit, tunc si plethora adsit, phlebotomia; vel si cacoehymia fœderari, pharmacia locum habet. Nostrî, iam iam demorsos, antequam hydrophobi euadant, ter in Oceânum mergunt. Multa remedia quæ tuentur à paurore aquæ prodit Plinius libro vigesimo nono, capite quinto: sed non omnibus filendum; publicis potius

standum. Tale est illud ex canceris fluuiatilibus, quo utebatur Æschriô Empiticus, præceptor Galeni & conciuis, medicamentorum peritis simus senex: huius meminit Galenus vndeclimo simplicium libro, hoc modo: Patella erat ænea rubra, in quam impositos canceros viventes hastenus vrebant, donec in cineres abirent, vt facile ad læuorem redigi possent. Hic Æschriion semper hoc adibus habebat medicamen, tempore astriuo vrens canceros post ortum Canis, quando Sol in Leonem transisse, Lunâ decimâ octauâ. Cottidie dabat hos cineres, usque ad diem quadragesimum mensura magni cochlearij, inspersos aquæ. At si non protinus ab initio, verum aliquot post dies à morsu curam cœpisset, tunc cottidie duo cochlearia aquæ inspergebat. Ad ipsum vero vulnus emplasticum applicabat medicamentum, quod ex pice Brutia, opopanax, acetoque conficitur: habens picis librâ, aceri acerrii vnum sextarium Italicum, opopanacis vero libras tres. Afferit Galenus, neminem unquam mortuum esse, qui hoc antidoto rectè fuerit usus. Et dicit Galenus, fluuiatilium cancerorum cinerem, substantiæ totius proprietate contra rabiosorum canum morsum efficacem esse, eumque tum solum, tum cum gentianâ & thure multò præstantiorem. Thuri sanè unam partem esse oportet, quinque autem gentianæ, porrò cancerorum decem, raro enim, inquit Galenus, aliter illis vstis sumus usi. Dioscorides in quaternos cyathos meraci vini, bina cineris cancerorū cochlearia, vnumque gentianæ coniicit: hæc in polenta dilutionis

*Æschri
ni reme-
dium.*

dilutioris modum subacta, quattuor exhibet potu. In principio hoc remedium dabat. Sin ab illato mortuus, bini terni dñe fluxissent, à trisplicato pondere curationem auspicabatur. Commendat Aëtius bitumen iudaicū Asphaltites, drachmæ pondere ex aquā potum: quin eos qui iam primum paucorem aqua incurrerent, hoc curari afferit. Plinius commendat cynorrhodi, hoc est, sylvestris rose radicem, unicum, inquit, remedium oraculo quodam nuper repertum: nam demorsi militis mater monita in somno, ut radicem cynorrhodi mitteret filio bibendum: casuque accidit, ut milite incipiente aquas expauescere, superuenerit epistola orantis ut pareret religioni, seruatusq. est ex insperato, & postea quisquis auxilium simile tetauit. Insanabilis, inquit Plinius; ad hosce annos fuit rapidi canis mortus, paucem aqua adserens, attamen ante Plinium, Celsus & Scribonius multa remedia prodidero: vel his cunctis ille cynorrhodon prætulit. Quidam accipiunt radicum gentianæ drachmas duas, astacorum fluviatilium in furino combustorum drachmas tres, terræ sigillatae semunciam: præbent horum drachmam ex decocto astacorum; hoc saepè. Aëtius ne seminaria venefica materiam sibi analogam corrūpant, arceaturque corruptionis promptitudo, laudat decoctum oxylapathi potum: nam eriam vrinam cieri inde afferit, & id saluti esse: atque idem decoctum vulneri imponit. Celebrat Scribonius Latgus mirabile antidotum Apuleij præceptoris Celsi, & alij alia; verum cum theriaca cuncta

ferè accipiat qua illa, hac vtendum posui suadet ex decocto astacorum, vel gentiana, aut acetosa, pimpinellæ. Poterit gentiana & theriaca insundi in aquam viii, vii cotidie, sumat cochlearium ex decocto oxylapathi & pimpinellæ, vel ex infuso calendulae diluto. Dum ab impresso monsuta de intenbris est peragitur, simul ex vlcere omni arte protectetur venenum: & diu & malum effluat sanguis: nam omne à cane vulnus diutius patere debet, etiamsi suspicio absit rabiei: à rabioso autem quod est, ante quadragesimum vel sexagesimum diem non urto obseparabitur, asperso, cinete, fici hinc si connuet. Illico scartificato vulneris ambitu, diducto que si connuet, vulnera, cucurbita magna imponatur, mox vino calido clavatur & abstergatur locus. Nam huc maximè opus est chirurgia: quini vulnera amplius reddatur, resciissa per ambitum carne lacerâ, ne ante tempus coeat vlcus, fluatque plenius sanguis, & dein scalpello altius adacto, subinde cucurbitis amplis tentetur. Mox vrtur ferti, tam altum vi seminaria venefica absorbeat, modo nerji & tendines id nō impedian. Si ferrum reformidat, fiat id vnguento rosato cum sublimato; & butyro, oschara illinator dum decidat. Sundendum ut quam primum circumsalve exuat vlcus, & cotidie precipitatuni tunc vlceri inferatur: nam acer coitum, & venenum extrahit. Vel misce precipitatuni traictoriis vnguentis aut emplastris, & interdù inferatur vulneri, nihil enim potentius extrahit virus ab alto, tegatur vlcus brassicæ folio butyro illito. Alij sinapi soluto

in urinâ vel acetô lauant & fricant
 locum, & pannum duplicum eo ma-
 dentem vulneri imponunt. Alij ac-
 cipient alliorum radicem medium,
 cum semuncia theriacæ & fermenti,
 & semipugillo melissæ, & matrubij
 fwtidi, omnia pistillo comminuta
 superponuntur. Quidam crucâ cum
 batyro, & sale coctani imponunt:
 nonnulli sumum equitum coquunt
 in aere aceto, & imponunt. Pix etiam
 liquida cum sale & euphorbio im-
 ponitur, & pili eiusdem canis vul-
 neri impositi remedio sunt. Sed fi-
 dissima & optima inter presidia est
 theriaca, in aquâ vita vel generoso
 vino solata, & diu parti astricta, sic
 ut crux manet, illo abstesso, lina-
 mentis eodem medicamento ma-
 dentibus impositis, mox superpone
 alfa vel cæpam cum sale & terebin-
 thinâ tritâ. Sed cautio adsit in caute-
 riogram impositione, vt, ubi morbi
 principium (quod varium est, duo-
 rum, quatuor, & plurimum dierum)
 præterit, à cauterio pax sit: nam
 altius iam se insinuavit venenum:
 sacrificabimus itamen, & siccantia
 euocantia quo imponemus, & pli-
 nigos, & quæ vesicas efferunt.
 Optimè facit & per se caprifici li-
 ber, inquit Scribonius, contritus &
 impotitus vlceti: item laset per se.
 Sed, inquit Dioscorides, si hæc in-
 terna auxilia primis diebus præter-
 missa fuerint, nec scalpro carnem
 circinare nec vrere oportet: non
 enim quod iam transiit in viscera sa-
 tis euocare poterit: frustra itaque
 doloribus corpora ipso sternemus.
 Tunc potius validè corpus purgetur
 celeboro, & ante & post quadragesi-
 mum diem sapius: nam hydropho-
 bas quosdam sanauit hoc pharma-
 cum, cum iam iam pauor aquæ illos
 tentaret (nam nemo seruatur iam
 eum infedit omnino aquæ formido)
 & cibis acribus indulget, & sudores
 eiat. Itaque cum hoc periculum
 herbescere incipit, necedum adeò ti-
 tuberæ ger, quin se adhuc in speculo
 agnoscat, id periculum non nisi pe-
 riculo vincitur. da extractum elle-
 bori, cum extuso liquore cæpæ, in
 quæ cineribus obruta, theriaca coxit:
 cum extuditur liquor, adiice aquam
 pimpinellæ vel cardui benedicti, adi-
 ice quid confectionis hamech: nam
 præcipiti hoc in malo opus est de-
 iectione, vomitu, & sudore. Bânea
 etiam venenum deiiciunt: in eo
 desudent aperio vlcere, donec vires
 ferunt, & dein meraco vino exci-
 piantur; hæc per triduum si fiant
 initio vlcesis, tutus erit. Si autem,
 dum interna optimè curantur, ante
 tempus carno vestiatur vleus, expe-
 diet, ex sententia etiam Dioscoridis,
 iterum diducere aut inure vlcus.
 Sed cum iam coit iusto tempore,
 hoc est; post quadragesimum diem,
 vult. Dioscorides locum adhuc re-
 gendum esse emplastro quod è sali-
 bus conficitur: nec multo post sina-
 pismo vrendum esse. Si itaque iam
 aquam metuit, sua ore Celso, pro-
 sciatur nihil tale cogitans in piscinam
 non præuisam, & modò meisus bi-
 bat, modò attollatur, vi inuitus aqua
 satietur: ita sitim & aquæ metum
 eluet. Cautio adsit, ne fatigatum cor-
 pus, à frigidâ aquâ, couellatur: quare
 à mersione, illico in oleum calidum
 demittatur. Mirandam histeriam
 refert Philostratus in vita Apollonij
 Tyanei: Rabiosus canis adolescen-
 tem mo-

Cautio in
cauteriis.

tam hy-
 drophob-
 cum cu-
 ratio.

Historia
 6.lib.18.

rem momordit, qui mox in caninos deflexit mores. latrabat, sedebatque ut canis, & cœu quadrupes gradiebatur, manibus tanquam pedibus utens. iamque dies triginta hoc mōrbo laborabat. Apollonius ciuibus præcepit ut canem inquirent qui momorderat illi negabant se canem vidisse, quod extra nōnia morsus fuisset adolescens. O Damis, inquit Apollonius, is canis albus est, villosus, castos ouium, magnitudine amphichicis canibus æqualis. Stat tremebundus iuxta fontem aquam cupit, & timet ipsum ad ripam duecit, & immutata acribus hoc tantum, quod à me vocator. Adductus canis ciulans ad Apollonij pedes proculuit, iussit mortum ut lamberet. Redidit adolescenti mens, parentes & amicos agnouit, & ex flumine aqua biberit: nam remediū rabiei est aqua, si eam attingere rabiōsus auderet. Philostratus. Narrat Aëtius, si hydrophobia semel tantum ex coagulo catuli comedenter, statim eum inuidet aquæ cupiditatem. Dr. Julius Palmerius scribit se omnes qui iam aquam tinerent, & rabidi essent (modò non ultra tres paroxysmos durasset morbus, & morsus factus in capite, aut facie aut collo hō esset) hoc illos antidoto feliciter curasse. Accipe foliorum tutæ, verbena, salvia minoris, plantaginis, foliorum polypodiij, absinthij, valgi, menthae, artemisiae, melissophylli, betonicæ, hyperici, centaurei minoris, omnium æquale pondus: si sit puluis, idosis est duarum vel trium drachmarum cotidie, cum duplo satchari, vel ex vino, aut pomo, vel ibseculo, aut ex melle, & in formâ tabulati,

sumitur iejunio stomacho, & horis tribus ante paltū. & puluerem hunc vulneri inspergit. Ideo ait Ferne- lium de pinipinella scripsisse, nam ad præcautionem facete, si eius folia sumantur. hoc habuit ex Regis Gallicæ venatoribus, qui, demoratis à rabidis canibus, cotidie folia aliquot exhibere solebant, idque unicum iis esse medicamē prophylacticum. Scribonius Largus resevit quendam barbarū naufragio Cretæ appollum hydrophobas curallę etiam cum latratus erebant, spasmoque vexabantur, sinistro brachio alligata hyænae corij particula, panico illigata. id, insquit, ego pro magno munere accepi à Zopyro legato inde missō, hospite meo. Theodorus Pteleianus chalazicis admotis juvat peclus & stomachum. dein aerotatio ex mastice & nardino oleo. Caput foticatur decocto anethi, chamaemeli, betonicæ. Vinalia præberi vult. Ab incensa adeo ut ad cantharidum & sumatur, gat, dum sanguinem mingat, raper. Hæc credo apicissima & optima esse ad huius mali prædicationem.

CAPUT XIFI.

De M E M O R I A E detimento:

& quo modo ea sit firmanda.

Miv suis factum, caput iam agrediatum, ac de Mnemio syno Musarem parentem, ac Iouis amasiam agamus. Antiqui ex tribus quas statuebant Musas in templo Delphico, Mnemem, id est, memoria, tanquam imaginationis sacrarium & conceptaculum, maximam posuere. Exenim ruunt ac soluantur omnia ingenij ornamenta, necesse est, nisi

est, nisi hæc memoria in præsidiiis excubet: nam quibus hæc non arri-
fit benignâ venâ, hos perpetuis insci-
tia latumiis damnauit Iupiter. hæc
enim eruditio*nus* & opor-
tet eum qui ad palestram literariam
tendit, *μνησις* ēra, hoc est, po-
testate retinendi pollere. Necessarium
itaque vix bonum memoria, & the-
saurus scientiæ ac lumen. Attamen-
tes ex omnibus animi partibus ma-
xime fragilis, in quam primùm se-
nctus incurrit, sepeque, ut Plinius
inquit, tērat deficeret vel quieto cor-
pore & valido, somnoque serpente
amputatur, ut inanis mens querat
vbi sit loci. Ictus lapide oblitus est
litteras tantum. Ex præalto recto la-
pus, matris & affinium, propinquorumq.
cepit obliuionē. Alius ægrot-
tus seniiorum etiam: sui verò nomi-
nis Messala Coruintis orator. Talia
refert & Valerius Maximus, & Fer-
nelius. Miranda alioqui hæc splen-
dida homini insita vis memorie,
qua reuocat atque exhibit vetera,
ac acta puerorum illi digitos mittit,
hesternorū sepe oblitis. Quod quæ-
ris, altius se sepe illatebrat & recon-
dit, mox aliud agenti reddit se, atque
postlimino ludens se offert. Hanc
admirans Tullius, inquit, An sit ani-
mūs ignisve, nescio, nec me pudet,
ut istos, nescire, quod nesciam: quic-
quid sit, iurarem esse diuinum. Au-
gustinus dicit memoriam esse ani-
mum: modò ventrem vocat animi,
cuius aula sit ingens, & opidò quām
admirabilis: modò memorie cauer-
nas nuncupat, nume antea, vel etiam
sinus. In quibusdam animalium hæc
propè est nulla, cernario quamvis in
fame mandeti, si respexerit, obliuium

cibi obrepere aiunt, digressumque
aliud querere. Ita inter homines qui-
dam mirè obliuiosi, quidam memo-
ria tenacissimi. Seneca hac ita excel-
luit, ut duo millia nomina recitata

*De se ipso
pref. lib.
Declam.*

ordine referret: ducentos etiam ver-
sus, ab ultimo incipiens recitatet.
Cyrus in exercitu penè innumerabili,
omnium militum nomina te-
nuit. Micheidas duas & viginti lin-
guas calluit, & totidem iura dixit.
Themistocles anno uno Persicam
linguam didicit. Theodectes versus
quām plurimos semel auditos ita
reddidit, ut pars nulla subsultaret.
Cyneas Pyrthi legatus, postero die
quām Romam venerat, virtusque
ordinis viros nominatim appella-
bat. Carmadas quidam in Graciā,
quaे quis volumina in bibliothecis
possebat, ea legentis modo narrabat.
Cæsar simul scribebat, legebat, di-
ctabat, & audiebat. idem prodit de
Adriano Imperatore Spartianus. Ita
summus Deus variè in hominibus
hanc potentiam mitebat voluit. In
sensu enim principe Deus simula-
chra insevit: princeps autem sensu
in quibusdam mollior & dilutior
habetur in quibusdam rigidior. item
aliis in motu est, aliis quiescit; ita
simulachra in eo condita imitantur
eius conditionem. hinc illa memo-
ria varietas. Desultoria & fragilis in
paruulis memoria est, ex iugi motu;
in constanti adulraque etate firma
& tenax. Sieuti verò in profuentem
impressus signatorius annulus, im-
primis nihil signatique, ita illorum
memoria conseruare nil potest, qui
agitationis fluxu raptantur conti-
nuo. Et in iis ferè memorie nulla
vis, quibus dutiusculi & inflexibles

*Causa ma-
teria.*

*7. Natur.
h. 24.*

*1. Lib. 6.
in parbo-
log.*

in. lib.

sensus: quā enim fiat ut annuli impressionem accipiat lapis? Etiam si ferè fatear (quod in consolatione probat Boëthius, & quidam Platonici non negant) à sensibilibus non imprimi formas in animā, tanquam à sigillo in cera: verū sicut sunt in animā naturales substantiæ vires, intellectus, ratio, imaginatio, sensus, ita rerum quoque cognoscendarum rationes educit. Quodsi attentiū meditatur, & diutius idem, in hoc ipsum se valentiū confirmat, idque est meminisse. Quin auolans anima ē corpore, memor est aectorum, si Platonī credimus, qui assert sese interioscere animas hīc quā iuncte fuerant cognitione. Si formæ, inquit Plotinus, residerent, consideratio ad reminiscendum nequaquam indigeremus. Spiritus congluiat animam & corpus, hic quoquoeversum susus, eucdit animæ vires. Quin sensuum picturas suscipit: nam hīc in animæ substantiā primò figi nequeunt, quia incorporea. Sed ipsa anima in spiritu, ut in terzo speculo ideas intuens, de obiectis iudicat, hoc iudicium, sensus perceptio dicitur. His similes species sed multò lucidiores anima suā vi in seipsa fabricat: hāc conceptionē phantasiam vocamus, hāc in temperato cerebro diu condit se: & cū opus est, evocatur animi imperio ad sensū communem, quæ phantasie p̄st, ex quibus excitabula speculationis oriuntur, quæ ita educta, suggestur intellectui quæ olim sensu percepimus: ut picturæ antiquæ referunt. Quicquid sit, ait Tullius, iurarem diuinum. Quid obsecro te, tetrâne tibi, aut hoc nebuloſe, & caliginoso

10. De
Republ.
& in Le-
gibus, &
in Epist.
& Platin.
lib. De
anima.
immet.

celo, aut sata esse, aut concreta videatur tanta vis memoriae? An capacitatem aliquam in animo putamus esse, quā tanquam in aliquod vas, ea quæ meminimus infundantur? Absurdum id quidem: quis fundus, quæ tanta capacitas intelligi potest? an imprimi ut cera m animum putamus? & memoriam esse vestigia singulatum rerum in mente? & quæ possunt esse verborum, quæ rerum vestigia? Sed satis sit hæc innuisse in lyceo philosophico; ego interim Pœniam familiam deserere nolo, & receptam in ea antiquitū sententiam amplectar, quæ medicis rebus (cū ea corpori proximas causas accommodet) accommodatissima, cerebri temperiei aut habitui memoriae felicitatem & rimbationem ascribat. Est autem reminiscencia felix, facilis promptaque per vestigatio, ex perscrutatione, imaginis quæ aliás inhæserat. sit enim ex imaginatione memoria, huiusque est cōscrutrix. Acceptas enim ideas ab imaginatione coadit in thesauris, quas deinceps promitt, si præstos sint: si confusa, per evolutionē repetit, hoc est, per reminiscientiam. Quare memoria singularium est repetita phantasia. De hac vi labefactatā hīc agimus; hoc est, de memoria quæ lreditur per se, & non per aliud: nam in phrenitide per se nō lreditur memoria, sed propterea quia imaginatio & cogitatio ibi percelluntur. Affecta memoria, intuolata perseuerare imaginatio potest, & cōtra: cū verò horum medius dux ratiocinatio violatur, vna & imaginatio, & memoria affliguntur. Sed in per se affecta memoria illa titubat, siue

CATIGAE
MORBI-
TICAE.

De diaria.

*Sanitatis
iuventa.*

*An Thera-
tis.*

officij immemor redditia, obliuium patit. Iam ad causas venio quae suo munere memoriam exuunt. Valet memoria ex probâ cerebri temperaturâ: nam ut scribit Hippocrates, Cùm in corpore pars ignis siccissima, & aqua humidissima æquè temperantur, in eâ tempore anima memoriosissima efficitur. Nam ita ignis nutrimenti non indigus, haud vagatur: nec aqua motus egens, multum levatur. Quare senilis iuventa præcoxque ingenium minimè laudandum, in quo aëreum potius quam aquilentus mador exundat: quod, ut inquit Fabius, quicquid potest protinus ostendit. Non est hæc vera solidaque vis, nec penitus immisus radicibus nititur. ut quæ summo solo sparsa sunt semina, celetius quidem se effundunt, & ante messem herbulae cassis aristis flavescent: ita hi Dateti & Entelli, triarios de pote excussuri. Sed audianus prudentissimum Platonem de memoria dissententem: Cùm, inquit, alicuius in animo cerea effigies illa, profunda & multa, lenisque & probè subacta est, quæ per sensus inserviunt in hoc insculpta quod Homerus animæ eorum vocavit, cerea hanc similitudinem intelligens, utpote pura signacula & funditus insidentia, diuturna sunt. Hi homines ita facti dociles sunt & acuti, & memores, & sensuum simulachra non commutant, unde & vera opinantur. Nam cùm sint ea in amplâ & pellucidâ regione, velociter distribuunt, dividuntque in proprio effigiem singulas, & hi sapientes dicuntur. Sed quando densum est alicuius cor, vel cum lutulentum, nec ex defecata cerâ, vel molle ni-

mis, vel durum, non rectè omnino se habet. Nam mollis nimirum cerâ, celeres quidem ad percipiendum efficit, sed eosdem oblitiosos: dura verò contra, diu memores, sed tardos ad percipiendum. Et qui densam & asperam lapideamque & toream, vel fœculentam habent ceram, obscura simulachra continent, obscura quoque qui duram, profunditas quippe non adeat. Obscura præterea quæ molliorem, nam ex confusione facillimè evanescent. Quid si præter hæc inuicem etiam congesta sint, ob sedis ipsius angustiam, si quidem exigua sit animula, obscuriora quoque illis simulachra fient. Hi cùm quid vident, audiunt, aut cogitant, quia singula singulis mox reddere nequeunt, tardi sunt: nam aliud pro alio, cogitando decepti concipiunt. hæc magni illius philosophi sententia. Galenus scribit obliuium nasci ex fluxâ cerebri substantiâ. Quin allerit violati memoriâ vel à solo frigore, vel cum humiditate, vel eum siccitate. Quare falluntur qui putant tantum à frigore memoriam lœdi. Ut enim entescat memoria, opus est simulachrum receptione, & tutela. Quare memoria studebit calor, & siccitas: nam tenuatur cerebrum caloris potentia, hinc facile admittit imprimenta: & stabilitas est à secco. Igitur in fractâ membrâ, aut simulachra non excipiuntur ob crassitudinem cerebri, quæ illi est à frigore simul cum siccitate: aut suscepit non harent in fluido cerebro, sunt enim duæ memoriae virtutes, citè recipere, & constanter retinere. Quare cùm tenuitas cerebri potissimum fiat à calore: stabilitas

*Artus
medice
1. cap.
3. De lo-
cu eff. 5.*

Ratio rel.

4. Naturam.
Stabilitas autē à secco: hæc robur ei adferent. At algid & mador bellum ei inducent. Vnde apud Cæcilium in Epiclero, Itāne Antiphō profonā fide, itan' est immemoris, itan' est madida memoria? Quod autē pueris, quamvis humidis, memoria est, id, inquit Abintenna, quod animi motibus plurimis non distrahitur, nec eorum conuellitur cogitatio. adiicit Thomas, simul ob motus vehementiam: nam quæ admiramur, melius adglutinatur memoriae, omnia autem noua & insolita mirantur pueri. Ut autem primariam vim obtinet caliditas, tenuando, ad memorie fabricam, & secundam siccitas, ita ad lardendum primas partes habet frigiditas. an non timentibus excutitur memoria, ob frigus stringens, & vestigia arcens? Secundum autem locum ad memorie debellationem obvincta humiditas, nam in humido cerebro multi spiritus comedentes, sese, tanquam circuli in aqua secant, quod etiam fieri posse non nego in his cerebris, si sunt biliosa; propter spirituum mobilitatem. Quare leuiter à madore affligunt memoria. Humor autem in virtute erit copiā, aut qualitate: vt si crassamentum quoddam gerat, vnde spiritus cerebri densificari, & substantia cerebri combinetur. Veris etiam abscessus offendere poterit. Quare frigus sùa vi, aut mador per se memoriæ iniuria erunt, nam frigus in causa est ne designari & exprimi rectum formæ possint, sed quasi straniant & desilient plage at humiditas in causa est, quod non retineantur in imagines & quæ hæc fuerint. Quare Galenus, ad animi

ignauiam inferendam, primum locum habere scribit frigus: secundum humiditatem. Non exigua hæc *Dabium.* surgit difficultas, cum perpetuò in hoc malo idiopathia affligatur cerebrū, & medici semper hic studeant quod calore afflent cerebrum, videatur memoriam labefactari non posse, ni adsit frigida cerebri dyscrasia. Respondeamus, bisaciam laedi cerebrum; primo, cum ita affligitur, ut extra linieam sanitatis abripiatur, ita vi ægrū dicitur. Secundò, cum ita cerebrum leditur, ut intemperatum quidem sit, non tamen ut ambitum sanitatis deserat. Cum iraque ita cerebrum à sanitate abit, ut ægrū dici possit, Hæc iniuria grauis erit, & necessariò fiet à frigore; & non à solo madore. Et hoc est quod volebat Galenus secundi De symptomatum causis ultimo, & tertii De locis affectis quinto, nam transigit ibi de passionibus contra naturam, quæ sanitatis ambitum deseruere. Propterea rectè ibi dicit, eas nasci ex frigore, nam dicebat, Vbi memoria periit, vel grauius pressa facit. Cum vero sermo est de ea intemperie, quæ nondum sanitatis limites exiliit, & cum nondum cerebrum ægrotat, tunc à solo madore titubare potest, & hæc sententia scripsit Galenus in Arte medicali, Oblivium norat fluxam cerebri substantiam. Nostre maxime de ea memorie iniuria, quam incurrit ab algida cerebri intemperie. Hæc intemperies non inquam est materia expers, & interdum materia iuncta. Iungitur enim pectora, aut melancholia, cum interdum virisque si nam amœtia virumque hunc agnoscit succum sui auctorem. Obtundit illi autem à melancholico

*12. Cap. de insatu-
bri simpli-
ciori.*

lancholico succo memoria, cùm is
vitiū facit qualitate aut copiā. Qua-
litate, cùm ille succus rigida quadam
frigoris potentia crassescit, longe q.
magis quam in afflictione melan-
cholicā. hinc est quod melancholici
tandem amentes euadant, enitescente
validius algore, strictiore q. à succo.
Præterea percellitur memoria & ra-
tio ab abscessibus cerebro conceptis,
nam longa die, efficaci vi suā, frigus
inurunt; quod ab atroci illa peste
Atheniensi, cuius vis populo ignori-
dei aram expresserat, euensis legi-
mus apud Thucydidem, quod ita
reddidit Lucretius,

*Ntque etiam quosdam cœpere obliuia-
terum*

Cunctarum, neque se possent cognoscere ut ipsi.

Quin etiam senium exhaustis spiri-
tibus memoriam homines exuit, quod
euens Francisco Barbaro, & Geor-
gio Trapezontio, vel etiam à primo
ortu & naturæ primordiis inconcina-
na capitinis figura, aut pauca cerebri
substantia. Valida interdum capitinis
concussio memoriam excusit, quod
Valerius Maximus scribit Athenis
viro cuidam eruditissimo euensis;
cùm ictum capite lapidis exceperet.
Quare parentes & præceptores pue-
torum caueant, ne puerorum capita
aut tempora feriant. Sunt & alias à
foris cause: iam Aetius existimat ob-
purgationes quosdam, aut alias im-
modicas euacuationes, aut animi de-
liquia, fractis viribus, memoriam
percelli. Sed, inquit, solo viðsthi
redintegrantur. Veneno quinetiam
hausto memoria amittitur ita Bam-
ba rex Gothorum, hausto veneni ab
Heringio successore dati, memoriam

Llib. 1.

Llib. 6.

*Externa
causa.*

*Externa
causa.*

amisit. Observatum fuit, ex terrore
& repétino metu memoriam excus-
fam euanuisse, ita memorat Apollio-
nius, Artemidorum grammaticum,
motu crocodili in arenâ iacentis, ha-
ctenus expausisse, vt litterarum me-
moriam exuerit. Rerum etiam agen-
darum moles & cogitationum poly-
dæala facies, mirum in modum
memoriam obtuit: cùm enim me-
moria sit quoddam formarū prom-
ptuarium, quas ipsa ab imaginatio-
ne sumit, & semper validiori actio-
ni cedat imbecillior actio facultatis
animalis, ita omnia tumultuaria &
quasi aliena tantum apparent, sine
certâ ideâ, & effluunt. Interdum ca-
piti illata, non dextrè, medicamina
frigida, memoriam afflxere. Ut etiam
stricto à frigore vrens aës, ut etiâ his
euens, qui iter per ventos gelidissi-
mos legunt & uiues. Frigori iungit se
interdum humiditas, intedum sic-
citas: hinc Galenus refert, ex valido
studio inexhaustisq. laboribus, cœ-
terisque siccantibus & refrigeranti-
bus memoriam obtundi. His iunge
crepidam, ebrietatem, vigilias, in-
tempestiuas, cibos frigidos; im-
moderata venus eneruat & conuelliit
memoriam: desidia etiam, & protra-
ctor somnus. Consistunt autem ha-
intepetries, si Paulus credimus, quan-
doq. in humoribus, vel cerebri ven-
triculis, vel in ipsis vasis, aut dispar-
sis succis cerebri corpore, vel muscu-
lis temporalibus. Esto: semper per
essentiam afficitur cerebrum: non
enim oppugnat validè memoria;
ni adsit cerebro frigida concepta in-
temperies, & satis vehemens vitium
curatuque non facile. Signa optimè
explicantur à Galeno, tertij De locis
*Tarsaf-
filia.*

*Signa con-
sum.*

affectionis

affectis quinto. Si à frigore sit, his facies albet, venæ in his fugiunt non conspicabiles, capilli recti, rufi, stabiles: nullus sentitur in capite calor: frigoris impatientes sunt: indulxit pituitosis, & eò nutat tota vinctus ratio, temperies, habitus corporis. Si humida intemperies sola in querelâ fuetit, torpor aderit & somnolentia. Quapropter scripsit Aëtius, Observare oportet somnos eorum qui memoriam perdidérunt, an valde sint somnolenti: ita enim repereris intemperiem prædominantem. His sunt capilli plani & recti: nec calvescunt: os, nares, oculi madent: celeriter percipere solebant, sed euaniâ memoria. Siccas si causa fuerit, vigilæ molestæ erunt. Quare vnde sit dicent excreta, habitus, tempora- mentum, vinctus, regio, tempus anni, ætas, diæta. Considera itaque virum plurima excernantur per os, nares; vel an siccas in his sit. Et num capilli, robusti, crispi, rufi, si calvi. Cognita mali huius natura, iam num curari possit videamus, & præsen- tiones perlustremus. A senio euaniâ memoria est insanabilis. hic, inquit Aëtius, diæta contenti simus, nec quicquam cutiosè moliamur. Quibus autem repente deficit memoria, cæteris sanis, in his futura epilepsia aut paralysia metus est, aut de apoplexiâ verendum. & in summâ, inquit Aëtius, magnum aliquod malum præfigit, quare hic cum morbo pugnandum. Si à peste vel lethargo fuit impressum malum, contentio- gùs, ex Aëtij sententiâ, curatio erit aggredienda: ne longo die invalescat intemperies. Sed ad quas metas fle- ctemus totam curationum velita-

tionem? has rei debellandæ natura indicabit. Si itaque mera puraque frigiditas vitium innedit, orietur indica- cione calfaciendi sine siccitate. Si humiditas, a refaciendum. Si siccitas cum frigore auctor mali fuerit, hu- midandum, & calfaciendum. Ego, inquit Galenus, noui quendam qui ferè memoriam amiserat ex nimio literarum studio. alium etiam vini- torem, ob vineæ labores similiter affectum. & uterque eorum palam à calidis & siccis lædebatur: ab hume- ciantibus & calidis opere sentiebant. Iam ad curationem. Nullus aucto- rum phlebotomia meminit: nam intemperies frigida adest: & si qui succi crimen gerant, longè à sanguine recessere: nam algent. Attamen quamvis frigus cerebrum fatiget, si totum alioqui reliquum corpus san- guine circumfluat, vena pertundi poterit, ob metum qui adest, ne à calidorum admotione magnus in- ducatur morbus, quod innuit Paulus tertij libri vndecimo. Alsa-haru- vius ad cauteria venit: hæc vtilia, vbi à materia frigidâ malū est. Brachiis & cruribus inurûtur, quomodo sine igne & tuis hoc agas, docui libro primo Methodi nostræ ad praxin, vbi de cauteriis. Pharmaca lenien- tia, preparantia, & purgantia hic eadem sint, quæ in dolente capite prescripsiimus. Sed pauca iobdam. Alius exoneretur à pilulis alephan- ginis; idque saepè. Præparetur succus pituitosus mellitis potius, quam sac- charatis, oxymel hyssopites, & betoniæ vi afflatum optimè facit ad pi- tuitæ evulsionem: cum decocto ori- gani, pulégij, maioranæ, rotundatini, melissæ, stachados, visci, sanitæ, hyssopi,

CHI-
A Y R.
GIA.
Vena fa-
cile.

Cauteria.

PHAR-
MACA.

hyssopi, betonicæ, verbasculi odorati, hoc est; herbae paralysis, basilici, iuulæ, acori, radicis paeoniae, nucis myristicæ, cinnamomi, catyophyllorum, cubebarum, zedoariae. coque ex his tria vel quatuor, ex aquâ vel vino, & in fine coctionis adde libra, tres uncias mellis & aceti. Præparata: materia purgeatur hierâ pictâ simplici. Aëtius commendat Hieram Russi. Ego lubenter sequor Mesues consilium, qui primò virutur hierâ sum trochiscis alhandel, iuncto castore. Aëtius alioqui miris encomiis vehit hieram Russi: nam affimat hanc prauas materias solum, intactis bonis, excludere, ventriculum firmare, appetitum redintegrare, flatus discutere. Sed ut ex animo sententiam aperiam meam, non tutus mihi videtur usus magnatum hierarum, hoc usu & ratione ductus affirmo. Vbi, nam dum in Italia eas exhibeti vidi à doctissimis alioqui medicis, nunquam impunè & sine trepidatione id factum novi: gravissima enim symptomata patibat. Ratione, nam colocynthidem accipiunt, non rite paratam, & cuiusvis aromatum accessione illâ non exquæ mitescit. Quare qui his vtuntur, auctor sum ut loco eius imponant trochiscos alhandel. Affirmat etiam Aëtius hanc à capite prolicere aliisque, à partibus citra violentiam, sine dolore, ardore, ac stomachi fastidio, & fati. Hanc describit Aëtius Terrabilij primo, sermone tertio, capite 119. Et postea exhibet binas drachmas, seminiis malorum, ob eius, sisen nuam purgationem. Præbet autem huius hieræ semunciam, bis in messe, purgationis, ergo. Dar cuam ad di-

cutiendos flatus, & ad ventriculi robur, cotidie scriptulum; ut maxima dosis sit semidrachma: hanc enim per fabam indicat Aëtius molem. Quare ratione purgationis, bis mense dati poterit, vt cedat materia pituitosa: sed ratione flatus & roboris, si prius usus eius ineundus, sualore Aëtio. Innuit his idem auctor, bonis sanitatis rebus initii remediorum usum, non solum robur afflantium, sed & recrementa aluinæ regionis excludentium, ubi frigidâ à materia mortificâ fatigatur vetriculus. Elleborum albū laudat Aëtius, non modo proœcto morbo, sed & ineunte, ne vires cadant: & quid opus est multis auxiliis, inquit, fatigari hominem, cum ex maximo auxilio maximam medelam cōsequi licet? Si quis mitiora velit, utratur pilulis sine quibus, cochiis, arabicis, auricis, aggregatiis, adiecto paucō castore: haec dantur ad drachmam, vel sumat electarium Indum, aut de centro solutinum, diacartham, cum melle rotato laxatiuo. Sin malit apozema, id fia; ex capiti dicatis herbis, adiice agaricum, carthamum, turribum. Sed si à melancholica materia malum est, ad elleborum cogit, nec ellebori albi usum differri vult, quod ut parandum, albi diximus. A purgatione totius, caput euacuabitur apophlegmatismis, ex cubebis comitatis, erithris, ex cyclaminis radice, sternutatoriis, ex castoreo & elleboro albo, auribus etiam indetur olei quid castorei. Iam ad Topica quæ admouentur venio. Hic occipit vertebræ prima, & surura coronali admouentur, quod fieri cum iam prouisio totius corporis habita est, magnaque materiæ

Capit. purgatio.

T. 2. 1.
c. 1.

materiae pars pet os & nares euacuata fuerit. Vbi frigus peccat cerebri, Aetius laudat, si hyems sit, oleum irinum: & si robur huius augere velis, remisce quid aceti, in quo coxit serpillum, baccæ lauri, piper, thymbra, calamintha, pulegium: nam, 1. 1. 23. inquit, totum foris & intus calfieri debet. Nam aestate, solum oleum satifecerit. Interdum medius cerebri ventriculus hac contagione etiam abripitur, vnde cogitatio percellitur, tunc irinum oleum cum castoreo utiliter illinetur toti capiti. Inunctiones etiam fiant inter primam & secundam vertebram, ex oleo castorei & macis. Lotio interdum instituatur ex decocto in lixiuio fermentorum vitis, in quo coxit salvia, majorana, pulegium, stachys, betonica, hyssopum, serpillum, thymus, chamaemelum. Sumat manipulos aliquot duarum aut trium harum herbarum: & in fine coctionis adiiciat binas uncias aceti, ad perusionem. Iauetur ita caput, singulis quinque, decem, aut quindecim diebus, & mox vngat. Si quis extremo prematur obliuio, occiput & ceterix vngatur oleo castorei, nigellæ, euphorbij, costi, eruce. optimum est oleum caryophyllorum cum oleo euphorbij & castorei. & intus parum sumat confectionis anacardine, aut lingua ea fricetur, liquat enim pituitam. Vel fiant sacculi ex salviâ, lauro, betonica, majorana, benionino, styrace, caryophyllo, nigella. Aetius audet venire ad emplastrum de sinapi, vbi materia in vizio est, & à sinapisino vtitur balneo. laudat etiam Nonus sinapi ex oleo, ut & pyrethrum ex oleo officiogm. Magnus si adsit ma-

dor, portetur in capite papyrus gilua, odore ligni aloës, ladani, styracis, caryophyllorum, aut masticis perfusa. Sin siccitas se consociauerit, vt euenit à peste febribusue acutis, fiat lotio ex decocto capitis veruecis in lacte, cum hordeo, violis, rosis, nymphæ, boragine, lactucâ, cucurbitâ. & dein vnge adipe anserino, vel oleo violato, & amygdalino. Tardem ad corroborantia ductum hunc flectemus. Si intemperies quedam restibilis fuerit frigida & madida, hanc ira castigabimus, & eisdem intus datis remediis, quibus talem succum hic parauiimus ad exclusionem. vel hoc modo: Accipe aureæ Alexandrinae, diamosci dulcis, diambra, mithridatij, cuiusq. sumat semidrachmam, cum hydromelite; hoc agat singulis decem diebus. Ita diacastreum, vel pleres cum musco. Aetius, notato iam loco, sumit mulsa quaternas uncias, quibus adiicit castorei drachmam, vt fiat haustus. Commendat etiam cornu cerui, vel rasuræ eboris drachmam cum mulsa, ab vsu hieræ Russi. Auicenna his iungit acorum conditum cum melle, zinzibet conditum, & radices eryngij; à pastu. Radices pyrethri conditæ. Mæsue addit condito zinziberi olibanum & piper. Dôctissimus meique amantissimus Forestus hoc commendat. Accipe radicum acori veri conditarum, hoc est, galanga maioris, conseruæ florum betonicæ, rotiferi marini, cuiusque unciam; conseruæ herbae paralis semunciam; tuberum, cinnamomi, nucis myristice puluerisatae, singulas drachmas: confice cum syrupo de stachade: sumat manu copiam castaneæ: & fricet aucham

CORRO
BORAN-
TIA.
Si frigus
& mader
nocent.

nuchiam aquâ hederae arboreæ, ter vel quater distillata. Abluat occiput aqua vita. Vsu vim compertam probat talis remedij Abincenna, quod accipit olibani, cyperi, croci, piperis albi, myrrhæ, partes aequales; singulis diebus sumat drachmam. Aliud, Accipe syrupo stœchados, mellis anthosati, singulas vncias, theriacæ veteris vel mithridatij scriptulū vnum aut alterum: diamosci dulcis scriptulum; cum aquâ betonica, salviæ, primulæ veris, fiat haustus; vtatur saepè. Aliud: Accipe conseruæ stœchados, conseruæ rosmarinini, & florum lauendulæ, singulas vncias. si fortius quid velis, adde diamosci dulcis, vel diabæ, aut galangæ quid: & cum syrupo stœchados, vel corticum citriorum, fiat electarium liquidum, vel conditum: sumat manè castaneæ molem, & superbibat parum vini. Condiatur melle diatrion piperion, cum myrobalanis, & paucō musco. Aquæ vita indatur cortex citri mali, vel galanga, caryophylli, calamus, cubebæ: eius aquæ sumat guttas aliquot manè, cuin cochleario vini. Ita vtimur floribus rosmarinini, &c, si lubet, omnibus iam dictis. Decoctum salsaphras miram potentiam spirat in hac intemperie madidâ algidâque. Non abstinendum à syrupo de stœchade: nam stœchas,

a. Simpl. inquit Dioscorides, omnia viscera & uniuersum habitum extenuat: & ut auctor est Galenus, exterget & roborat cuncta viscera: nam compositam temperiem gerit, amara est & subastrigens. & Mesues ait hanc cerebrum & sensus organa mundante. & prudenter admonet biliosos, ne hanc tangant: nam sumpta hos

turbat, ac in sitim & calorem abripit. Frequens in usum veniat diathos dulcis, aurea Alexandrina, diacastoreu, plenis, theriaca, & mithridatum. Experimento compertu est lignum aloës illud odorum, & suffitum, & natibus admotum mirâ vi facere ad robur cerebri: Accipe huius puluerem cum caryophyllis, atque ossé de corde cerui, misce cum oleo nigellæ: mirè confert cerebro. In deplorâ re; vt si ita excidat memoria vt nec amicorum nec proprij nominis meminerit, fiat pessus naribus indendus, pro vice non diutiùs, quâm quis numeret semicentesimū numerum: & dein paulatim crescat die mora, dum quis integrum perlegat paginam. Accipe euphragiæ sicca, mentha, betonica, verbenæ, singulos binos scriptulos; florum rosmarinini scriptulos quatuor; caryophyllorum, galangæ, cinnamomi, cuiusq; drachmam; nucis myristicæ, styracis calamitæ, singulas drachmas; galliae moscatæ scriptulum: mellis anacardini, vel aquæ betonicae assuso fiant pessuli, ideâ nucleorum daçtylorum, & naribus imponantur. Hoc fiat dies quinquaginta. Et interim dum naribus pessum continet, legat vnam lineam in auctore, & discat. Vega hanc rationem celebrat 3. De arte medendi 10. Et vult vt quinquaginta noctibus passulis & amygdalis paucis cōtentus vivat. Prandium sit affa gallina, & vt singulis noctibus hora somni fere pessulum sinistræ nari inserat, & vt narem coto obturatum seruet, dum decem carmina Virgilij recitarit. His elapsis diebus, reces pessulum nari sinistræ inserat, & ipsam coto obdat, & discat per integrum

In deple-
ratâ re.

Si frigus & fuscus accidit.
integrā horā vel duas, deīn se-
cluso pessulo dormiat: manē tenebit
omnia: & omnes memorandi vi ex-
cellet. sed vita cruditatem in horum
vſu. Intus ſumat parum anacardinæ
confectionis, vel eā lingua fricitur,
quod pituita ſoluatur. Sed hybernis
diebus id agatur, ne febrem excitet.
ſumat ſemidrachinam cum conſer-
uā roſarum, ſemel in hebdomade.
Aqua vītæ, quæ habet ſemē crucis,
validum eſt auxilium, ſi eius ſemi-
cochlear hauriatur. Et vngantur di-
ctæ partes aquâ vītæ, quæ gerit ca-
ſtoreum cum mithridatio, caryo-
phyllis, nuce myristicâ, euphorbio.
Hæc potenti vi flagrant: nam, vt ait
Serapio, quæ tertio ordine calida
ſunt & ſicca, memoriæ iacturam re-
ſaciunt, auxiliantur cerebro & ner-
vī afflīctis à frigidâ iniuriâ: ſed
ſanguinem exurunt, vt febres inde-
ſiant, quare hiſ cauē vtediu: quod
ſi fiat, hæc ſacra anchora in deplora-
tis. oxymel ſcylliticum in viſcosâ pi-
tuitâ vtile erit. Sed ſi ſicca & frigida
intempories fatigat cerebrū, vt euen-
it ob longas morbotum iniurias,
vel labores duros corporis aut ani-
mi, vietū contrario hi optimè euadent.
Itaque hic à rebus ſiccis & fri-
gidis ocium ſit. abſit vſus anacardio-
rum. ita, inquit Abineenna, tran-
ſigendum quoque vbi à febre vel
incendio viſcera conflagrant. Sed
fiat poriū vncio ex oleo amygdali-
no, adipe anſerino & gallinaceo. &
ve fit, ſi quibus calidis indulgendum,
hæc remiſcebimus ſeminib⁹ mal-
u⁹, vt decoctum caſtorei, vel eius
pulueres. Seniculis aridis, exhaustis,
qui ῥιζom̄ Græcis, quod pompa
funebris iam illis paretur, irrigatio-

confert, ac ſuavi alimentorum ne-
ctare madefcant, ac nutricatus am-
brosia rore perfundantur. Accipiant
cortices citreorum conditos, conſer-
uam boraginis, bugloſſi; paſſulas,
mel, ſaccharum, vinum ſubdulce,
butyrū, oua recentia, pineos, amygdala,
castaneas molles, auellanas:
nam iuglandes & cępæ bellum me-
morie indixere, vt & lactuca. Ra-
pum confert, ob humidos & calidos
flatus. Cerebella perdicum, & paſſe-
rum. Hoc modo caſtigatur nuda illa
ſiccitas, quæ grandævis ſenibus mo-
leſta eſt: & hiſ quibus memoria ce-
ſpitat à graui inediā, & ab exau-
ſione à laboribus, & à perigiliis:
nam hiſ danda ſunt aliq[ue] ſucci
plena, quæ facile mitigantur: &
plenā manu paſtum incant: & vi-
num maturum, vt dixi, bibant: pro-
lixè & molliter dormiant: dulcibus,
abſque ſudore, balneis indulgeant.
Caput rigetur decocto malu⁹, al-
thæ, ſeminis lini, chamaemeli ex
laſte, butyrum, vel agnīnum omen-
tum capiti inſeratur. Accipiat con-
ſeruam boraginis, & nymphæ, cum
coricibus citreorū conditorum, ele-
ctarium reſumptiuum. vtatur multo
butyro, & penidiis, cæterisque iam
dictis. Madore nimio ſi circumfluat
cerebrum, illum abſorbemus, hoc
modo: Accipe cinnamomi, caryo-
phyllorū, cuiusq[ue] drachmam; ſemi-
nis vrtice, masticis, ſalviæ, calamintæ,
origani, ſingulas ſemidrach-
mas; galanga, zinziberis, granorum
paradisi, piperis, cuiusque ſcriptu-
lā; caſtorei grana ſex: fiat tenuiſſi-
mus puluis: & cum vino & ſucco
betonicæ fiant trochisci: detinat ho-
rum ſemidrachma, hotis quattuor

Si homi-
diante-
cat.

*Admoni-
tio ad me-
moriae cul-
tuos.*

ante prandium, cum vdcia yini, vel cum conserua stœchados, aut toris-
marini. Admonitione dignum puto,
ad memorie stabilimentum mirum
in modum facere studiorum rode-
rationem. Nec illis credendum, qui
studijs assiduo incumbendum putant,
quod omnia euoluenda sint, vt
aliquando optima excerni possint.
Addunt vitam breuem esse, & infi-
nitam exhaustamque esse librorum
segetem. Ita est: sed hi nos audere
hortantur, quod adipisci non possumus;
quodque a se qui nemo potest,
sequendum offerunt. Quis quæ so si
Nestoris vitam vivat, tantum aperto-
rum cumulum legat, auriminerit?
Multum, non multa legenda, si me-
morie consulendum: alioqui quæ
infarsceris, quasi per vas Danaidum
essent: id ne fiat, meditatio reme-
dio erit: consistit enim memoria, in
fidâ ac stabili imaginum conserva-
tione. Quare assiduitas lectionis ob-
sist semper, nunquam prodest. Nam
animi nostri promptuaria ita sunt
expedita, vt alia pars excipiendis
imaginibus, alia iudicio, alia refer-
uandis iis quæ recepta sunt attribua-
tur. Quoties itaque tanta est imagi-
num frequentia, vt altera alteri o-
curreat, vt quasi vnda vnda propellatur,
tunc irritus omnis labor, certè
remissione studia acuuntur, ac vege-
tiū ad remissa studia redditur. Vidi-
stī: vt concertantes s̄epe non modo
aduersarij viribus, sed suopie cona-
tu atterantur: hoc nimium studiis
inliantibus vsui venire soler. At qui
refoti reuertuntur, reparatis viribus
ingenij, & squalore illo longi incu-
batus deterso, veluti repubescentes
nihil non arduum perficiunt. Nec

quenquam inueniat Musonij philo-
sophi sententia, existimantis remissa
studia omitt. Repercitat ille ad philo-
sophica studia, quæ ad hunc beateq.
vniendum faciunt, ne vita irrepant
his cessantibus, ne virtute ablegata,
soboleuant vita, ceu videndi facul-
tate extincta, cæruat in fibnasci.
Ego studiis immorandum, non im-
moriendum suadeo: rerum multi-
tudine opprimunt memoria. Quæ
quisque meminisse velir, subinde ab
animo reposcat, ac in mentem reno-
cer, atque reuoluat. Mirum dictu, in-
quit Fabius, quantum nox, interpo-
sa adferat litmitatis. Sive requiescit
labor ille, cuius sibi ipsa obstabat fa-
rigatio, sive maturatur & coquitur,
sive firmissima eius pars sit recorda-
tio. Quæ statim referri non poterant,
contexuntur postero die, confirmatq.
memoriam idē illud tempus, quod
esse in causâ solet oblinionis. Atta-
men negligentiā nimiā, quasi situ
eucuator memoria, vt moderatā à
curā exsplendescit, curam voco me-
ditationem. Recentandi labor adsit
eorum quæ percepisti, vt eundem
quasi cibum comolas, & mentis
oculis in amabilem quasi rem de-
figatur. Socrates apud Platonem lit-
teras in memorie offendiculum in-
uentas putat, quod consignata his, è
menie laxamus: animo potius in-
scribenda, & ut inharetur, subinda-
ginem reuocanda: alioqui poster-
gato memoria cultu, illa stupescet.
Adhibetur in discendis semper or-
do (qui anima est memoria) ac ratio
rerum: excludatur tumultuaria ac
confusa lectio: viterur semper osei-
tantia & ignavia. Viden' vt agri cultu
screidentur, in cultu sterilecant: ita
& hic

& hic fundus in cultu arescit, industria vigescit. Maximè autem memoriae hærent quæ vel cum voluptate, vel cum admiratione admittiuntur animo. Admirationem ad fert maiestas rei, dicentis auctoritas, vel narrationis breuitas: voluptatem, rei utilitas, aut venustas & iocus, vel distinctionis amoenitas. Vixtus ratio sit bona & inculpata. Aëris salubritas facit ad lucem spirituum cerebri. hos etiam recreat odor ligni aloës, caryophyllorum, rorismarini, ocimi, nigelle, ladani, styracis, beniouini, rotarum rubrarum. Vbi materia frigida madidaque cerebrum fatigat, (cùm pituita in sanguinem vertatur) sit vietus extenuans, calidus, siccans, vitentur tamen quæ validâ vi frigoris aut caloris ex splendescunt: nam plethoricis caulis grauant caput: hæc attrahendo, illa cohibendo euaporationem. Cibus exactè coquatur: & frugaliter instituatur cena. Sit friabile nutrimentum, inquit Aëtius, aliquoq. modo calidum, & tenuans: quin acris ex internallis exhibeantur, inquit, vt thymbra, origanum, pulegium, raphanus: sed horum copia vitâda. cruditas omnis absit; nam mentem vitiat. Cibi condiantur origano, thymo, hyssopo, salutiâ, rosmarino, maiorana, mace. Quæ perdiçum laudantur, turture, passeruli, tardi: cum saturiâ, caryophyllis, pipere, cinnamomo, & cateris talibus. Fugiat olera frigida, fructus, lac, caseum, inflatis ablineat: alia enim ex illis spiritum condensant, alia conturbant, absint crassifacientia & humectantia. Sin humida intemperies cerebrum occupat, fugiat nuper ædita animâta, cerebra, caseum,

fructus vites fugaces, & aquam. Prolustria loca nocent, & austera: cernix à ventis tuta sit, confert sinapi, capares, cæna parca, non prolixus somnus. A pastu coriandri grana, cum diazydonio & mastiche, vel quid. anisi, aut corticem citri malii. Si à sufficitate langueat memoria, vtatur ptisanâ, nucleis pineis, electario resumptino, diatragacanto frigido, humidoqne victu. Vinum in fractâ memorâ laudatur ab Aëtio tenue, album, non valde vetus: copia vini & aquæ vitanda: nam cerebrum madefaciunt, vitetur ebrietas. Somnus sit moderatus, nec à repletione ineatur statim: & à cæna parcâ nihil serij agat. Post sesquihoram quieti se dedat: diluculo experitus, meatus omnes purget, linguam, dientes lauet, narres emungat, & pectore pituitam expectoret, eburneo pectine caput demulceat: capilli sint æstate culti: ventrem deponat, vtatur sèpe pilalis de hierâ cum agarico. Venetis usus sit rarissimus: nam stuporem ingenio ad fert, à succedaneo frigore. Lassitudo capitis & mentis fugiatur: sitq. mens affectibus libera, animus tranquillus & placidus, ne quid menti caliginis offundat, sitque mens omnibus negotiosis occupationibus libera. Empirica pauca iam addo. Sumat manè aquæ vitæ melissatæ cochlear. Ita radicibus caryophyllatæ, pœonia, ex salutiâ, origano, pipere, nuce myristica, citri flavedine, calamo aromatico, caryophyllis, cubebis, ligno aloës, castoreo, baccis juniperi, rosmarino, mithridatio. Si haec ardentiora, adde flores boraginis, violarum, rosatum, nymphæ; sic etiam laurus, stœchas, maiorana,

EMPIRICA.

galanga, & parū mosci. Ex tali aquā vita aliquibus ex præscriptis imbuta, sumat manē aliquot guttulas: & illinat nates guttā, occiput etiam & tempora. Si ardenter eius vis intus flagrare videatur, remisce cochlearium syrapi violati. Talia sint etiam halsama quæ foris illinuntur, qualia plurima describuntur in Euonymo Gesneri, Tomo 2. & quod describitur folio 211. & 213. in 16. Oleum terebinthinæ, vel caryophyllorū, aut rotis marini ex floribus pénā illitum. naribus, & occipiti postremo affritum vertebræq. primæ, & sincipiti. Imple cucurbitam floribus rotis marini, sepieliat in arenā ad medias: & tunc soli expone per quatuor dies, & inspissabitur. Scribit Simeon Sethi sel perdicis arteriis temporum illitum semel in mense, ita tamen ut penetret, plurimum roboris memorie afflare. Pullum gallinaceum assūm prandeant, & caenent passulas cum amygdalis, & vinum tenue bibant; & cum eodem cottidie sumant huius pulueris semidrachmam: Accipe origani, pulegij, calaminthæ, maceris, cinnamomi, singulas drachmas; pipetis, galange, zinziberis, caryophyllorum, singulas semidrachmas; castorei scriptulum. hæc agat viginti dies: & bis in hebdomade caput ablinat lixiuio ex decocto stœchados & maioranæ cum cinere vitis

CAPUT XV.

*De SOMNO, & de COMATE
somnolento, vel Cataphorâ. Latinis Sopor. Arabum Subeth.*

Nomen.

VETERES passim apud Hominem stragulis lectorum è

pellibus factis vñi sunt. Vnde Aëtus, *Vetus.*
Modestus pater, apud Pindarum de *Pst. 4.
Id est.* aureo vellere loqués, inquit, "Aëtus immor-
spuritus aëtus. Et Pindari interpres
ait, veteres substrauisse pelles: hinc
a rædis, nœma, id est, somnum dici,
eò quod super pellibus dormitent:
vnde Aristophanes, *lu* σε μὸ μοσῶ,
γνοῦται εἰ κρατίνη καθάπ. Fuerunt qui
n̄ καμάτω τὸ καμάτην dictum veter-
ibus scribunt, quod est cræpalæ &
comassationibns indulgere: nam &
ebriosi sopiuntur: siue quod οἱ κα-
μάτην omnium promptissimè, ex
vinolentiâ, incurvant in hoc vitium.
Est autem cūma inexplabilis dor-
miendi cupiditas. Sed ut huius affec-
tus natura conspicua fiat, primùm
de Somno qui fit ex lege naturæ
paucis trāsigam, quid sit, & qui fiat.
Somnus est vinculum primi sensifi-
ci. hoc est, sensus communis relaxa-
tur ab assiduo opere: nam somnus
est eius quasi nexus & impedimen-
tum, à quo se non potest extricatae,
vnde functiones deiecit, manus
dant sopori. Nam in somno non so-
lū motus, verū etiam sensus,
omnisque functionis animalis ad-
est ocium. Ita ut sit somnus quasi
requies animi, pars melior humanæ
vitæ, omniumque perfugium labo-
rum. Occupatur tunc cerebrum in-
stauratione spirituum animalium,
quibus penè erat exhaustum; mo-
uendi, sentiendi, & cogitandi assi-
duitate per vigilias, dum res gerun-
tur & mens intenditur. Vnde Auer-
rhoës spiritus comparat militibus,
qui pugnâ fricti, ad ducem suum somni,
redeunt sub signa, quò inde redire-
grati, vegetiores exilant. & idōnes
quædā dñngues videtur inesse spi-
ritibus.

ritibus à suis principiis ac parentibus, quā, vt genuinæ loboles, ad ipsa viam affectant. Et tunc ex reti mirabili, venis, & arteriis cerebri, in cerebro nascitur quædam oppressio ex anathymiasi, ita vt spiritus tunc exitu prohibeantur ad sensus & motus organa. Surgit autem anathymiasis in cerebrum in primâ, secundâ, & tertiat coctione, & ibi à cerebri frigore & madore crassescens op̄ primit has vias. Ita vt materialis causa somni sit suavis & benigna sanguinis & spiritus vitalis anathymiasis in cerebrum delata: vbi, quod incidenterit in locum algidum, refugescit, & in crassamenum cogitur, sensumq. communem obligat. Quare vt ducatur naturæ filo somnus, vapor ille qui rigat cerebrum, nullâ ratione in vitio esse debet consistentiâ, qualitate, nec copiâ; & cerebrum frigore & madore non solutum sit. Causa autem finalis somni est, restitutio vitium & spirituum, per vigilias dissipatorum: nam ad horum restorationē his fruitur cerebrum. Quod enim absumpsis spiritibus obruat nos somnus, docet Hippocrates, vbi ait, πόνος ἀρπαγων, καὶ οὐρεῖ σῖτος, καὶ υπὸ τοῦ αὐτάγχοιν. id est, exercitatio est artuum, atque carnium cibus, & somnus viscerum. Ab inopiâ siquidem spiritus animalis, colligit se primum sensituum, & audiè rapit illam anathymiasin. vt somnus nihil aliud esse videatur quā tempus illud, quo cerebrum fruitur suo pabulo, anathymiasi nimitem, quam in spiritu animalem conuerit. Quare naturalis somnus nō prolixior erit, quām vt illa anathymiasis benigna cuicta naturæ vi fuerit:

6.Epid. 5

nam, si hæc interceptio (de quā modò diximus) fiat à vaporibus crassis, & succis viscidis obligantibus sensum communem, fiet coma, vt mox ostendam. Quare animali spiritui reficiendo & instaurando, placida est opus quiete, quæ dono Dei gratissima serpit. Ac somnus ille qui animalitatis quiete absolutur, sensu motuque cessante, virtuti addit partium nutritiarum atque vitalium: Inde enim ciborum & sanguinis cœtio, tum copia vivifici nectaris, corde replete veluti cornu Amaltheæ: unde calor & spiritus propagatio est ad cerebri τὰ ἐργαλεῖα: quorum copia comparata hominem somno excutit, alacremque operi proficit qui ante somnum vix loco stare poterat. Certè rerum omnium quæ naturæ ad sui vegetationem concessæ sunt, nihil est melius, nihilque magis consociale quā illa quies quæ Dei dono grata serpit mortalibus. Fit itaque somnus, vt ad immediatam causam eius veniamus, calore nativo ex labore & siccitate ad alimentum se referente, hoc est, viam affectante fois intrò. Ita per veram & continentem somni causam somnum definiuit Abensina, quæ est contradiccio caloris naturalis à sensoriis peculiariis, ad eorum principium: hæc est causa immediata somni. Iam quot sunt quæ reuocant calorem à sensoriis instrumentis, tot sunt causæ mediæ fuentes & iuuantes: quæ plurimæ sunt, vt quæ in causâ sunt quod anathymiasis copia rigetur cerebrum. Quare fit somnus intrò rapto calore. Propterea vt calor nativus intrò vel foras viam affectat, iravigilarum vel somni inclinationes.

Z. 3 flunt..

fiunt. Ita Hippocrates dicere vide-
tur; quod quod ventes calidiores
ficiunt, eò sanguis absoluitor per-
fectius, & maior succrescit anathy-
maseos copia: & suadit huius
materiae somniferæ, dormiendi ne-
cessitatem veluti nectare quodam
celesti saturat: nam, inquit, Alius
hyeme & vete calidissima, & somni
longissimi. Quare ut somnus ex lege
nature fiat, opus est ut calor foris
intro moueatur, & ut ad sit copia va-
poris benigni in cerebro: tunc enim
hie somnus suavis; quando nimis
ipsa dormiendi necessitas commode
fouetur à causis somniferis, suavis
& copiosa anathymaseos cerebri
ex lege nature constituta, & mentis
tranquillæ bonarum cogitationum
epulis saturata. Vnde Apollonius
Tyanæus apud Philostratum; ad

^{z. Lib. 14} Phraotem Indiæ regéait, Nisi quieta
mens fuerit, nequaquam oculi som-
num suscipient, proprieatæ furiosi ho-
mines dormire nequeunt, agitata
mete aliud; quæ cum ingiter tran-
filiat ex aliis in alia cogitando, torridæ
aspiciunt, ut insomnes dracones, &
reliqua ibi eleganter differit ille ex
cum Apollonio de somniis. Sua vis
ille somnus Homero uenit, μένειος,
& αὐλόποιος dicitur; quin &
τευραντες, & γνωρεπος. Abensina mihi
opiniæ somnum definitio sit videtur,
cum ait, somnum esse redditum spi-
ritus animalis ab instrumentis sensi-
bus & motibus ad cerebrum. Hic som-
num qui fit ex lege nature, & cum
qui præter naturam euenerit comple-
ctitur. Somnum qui ex lege est na-
tura paretur in tenuem, ex quo fa-
cile escutitur homo; & in altum &
arcuum. Quen hunc qui naturæ lege

fit duplēm ponit, unum natura-
lem omnino, alterū verò non mete
naturalem appellat. Omnino natu-
ralem dicit cum, in quo colligit sele
princeps vis ad cerebrum, cum raptu
spiritus vitalis ad centrum: quod spi-
ritus restauretur qui vigiliis exhausti
fuero, nec ultra nutricatus mitigatio-
nem protrahit naturalis ille som-
nus. Verum in somno naturali non
mete, laborum vi exhausti spiritus
resarcuntur. Sed somnus præter na-
turam ultra omnem nature necessi-
tatem & nutricatus (ex quo alioquin
naturalis somnus foretur) euictio-
nem superat: impeditque cunctas
actiones animales, excepta respira-
tione. De hoc iam hic agimus, & di-
catur coma, quod est symptoma ca-
taphoricum, in quo non potis est
lucem accipere oculis, cum illi sem-
per noctem accipient: quamvis non
nunquam difficile non sit è cerebro
somnum excutere, non nunquam
etiam difficillimum, quando sopore
sepultum est. Duplex enim est coma,
unum ἀνάρρητον, alterum ἀγνοητον. Sed
virtusque communis est iniusta oculorum
conniventia. In omnibus co-
matosis apparent oculi connuentes,
quæ madmodum in lethargicis genit
sublimes. Est igitur coma inclinatio
veternosa quæ certius in conniven-
tiâ oculorum, quam facit exolutio
virtutis naturalis in phantasiâ debili
& infirmâ. Est enim coma phanta-
sia infirmitate symptoma; ut caros abo-
litæ: nam coma significat non sim-
pliciter productorem somnum, sed
σύρδεια φόρον, hoc est, ex quo ægrè ex-
cutitur. De hac specie nos iam agi-
mus, nimis de comate somnolento:
& non de caro propriè appellato:
quod

Causa du
pax.

3. Epid. 3

1. Propr. quod ideo dixi, quia Galenus non
2. 29. nunquam carum vocat somnum atque
Q. v. d. etiam. Est autem coma vel somnus
sui causa. præter naturam, collectio spiritus
animalis in cerebro præter naturam,
orta ab obstruktione vel intemperie.
Dixi esse collectionem præter natu-
ram: nam dum natura ut hæc sit,
surgit naturalis somnus: at dum à
causa præter naturam sit, cuius cause
vi spiritus exitu diu prohibentur, sit
somnus præter naturam; præcedito,
ut dixi, spiritu caloris vehiculo ab
humore immido, aliave vi. Causæ
proponuntur à Galeno 3. De causis
pulsuum: & 4. De praesagii. 8. & 3.
loc. affi. 4. 5. Et 1. Propheth. 2. 29.
Causa est intemperies vel obstruc-
tio. Intemperies frigida, & humida;
consociatae materiæ, vel materiæ ex-
pertes. Frigiditas auctore Galeno,
principem ad hæc locum obtinere nam spiritibus magis refragato-
rit quam mador. Atamen mador
primum à frigore locum occupat ad
hunc effectum. Hic enim solus luxurians, altos ac prolixos somnos
efficit, ut sola siccitas vigilias. Si
consocietur ei frigus, nascentur so-
poriferæ stupidae que passiones. Ob-
structio etiam huius causa est. At
dicit quis, obstructio quoque carum
adferit. Respondeamus, id differant,
quod in comate materia tantum bo-
piam in vitio est: at in varo, hæc etiam
qualitate & copia infesta est: nam à
frigore alget. Propterea comate de-
tentis respondent: caro impliciti siler.
Fit autem obstructio à vaporibus,
qui nascentur vel à toto corpore, vel
ab aliquibus partibus. A toto: ita
Posidonius antiquus medicus scri-
psit hunc affectum etiam fieri à vapo-

ribus calidis & humidis, in febribus,
qui caput incurvant. A partibus, ut
ventrículo, ceterisque in membris quæ
in querela sunt. Ita repletio capitis
caraphorica, qua soboles est affli-
ctorum viscerum, & impunitatis va-
sorum, comatis caula est. Quid etiam
Aristoteles censet, somnum nim-
rum non naturalem fieri ab opplo
cerebro à vaporibus halituoso: ut à bal-
neis, à eibi viniique copia, ab alio
suppressa. vel, dicit, humoris à copia
qui nec frigoris nec caloris modum
vehementer excedat. Si enim piti-
tosus frigidus valde fuerit, & magha
copia cerebrum tigaret, altum sopori-
tem, quem Gratiæ *καρυπογναθούσις*
appellant, inferet. Hi autem vapores
à toto vel parte suggesti, vel copia
vel qualitate virtutis habent. Si sola à
copialin crimen trahantur vapores,
comam inferre non poterunt ni ob-
stinent. Cum verò sola qualitate frigi-
dâ in vitio sunt vapores, comam
non dabunt infarciendo (foret enim
caeros) sed sola frigoris potentia; ce-
rebrumque affligerunt hanc partem
si milarem. Duxi comam: iis somni-
feri causas esse obstruktionem cere-
bri à vaporibus, vel intemperiem frigi-
dâ, vel humidam, materiæ exper-
tes, vel materiæ consociatas. Materia
hæc est simplex, pituita viscida &
terida, nithyaliud: quam cerebrum
obtinendis & somnos suadens, vel
coacto inducens. Sed num idem fit
in lethargo? ibi materia in cerebro
putreficit: comatis vero pituita non
putret: ideo caros adiungit lethar-
go, non comati. Humoris huius in-
gressu, in comate, nec uorium *τάχη* exoluuntur. Sed ne varia auctorum le-
ctio turbet, illud obseruabile, omne
comam.

coma diuisum esse in mixtum & simplex. Ac mixtum nascitur ex pari dominatu bilis & pituitæ, pariter inter se concertantium. de hoc hic non ago. Simplex vero, de quo hic, ex obstruentibus vaporibus, vel intemperie, vel à pituita simplicis & incorrupte abundantia, ut iam diximus: vel interdum à cerebri evolutione, vel ab eiusdem perfrigeratione febrilis ardoris consequentia. Atque mixtum coma semper est ~~etiam~~, id est, somni expersus: at simplex ~~etiam~~, id est, somniferum: illud tantum oculis noctem excipit, hoc cerebro & oculis noctem fugit, nec potest eam accipere. Ut rursum autem commune est, oculis, veluti somno arctissimo conninere. Quare, ut breuissime dicam (nunquam enim satis dicitur, quod numquam satis discitur) tres sunt ferè causæ comatis, refrigeratio, ut Hermocrati euenerit: de quo Hippocrates illud scripsit ~~κατηγορία τον καμάτων~~, id est, quiescebat comatosus. Non enim ille somnum finivit nature vi conciliari, ut conciliari solet, quando ad dormiendi necessitatem accedunt tres illæ somni naturales cause, vaporis somniferi suavitas, cerebri temperie, & mentis tranquillitas. Sed fuit soporatus Hermocrates, conniuendo nimis palpebris, quas aperire non poterat, ob fractam facultatis viam, ab exhausto cerebri, & frigidâ intemperie per consumptionem retorridam à febrili ardore. Secunda causa est oppressio, à vapore vel materiâ frigidâ; ut cum talis pituita stabilatur in cerebro, à diurnâ tempestate austriâ, vel edacitate, aut bibacitate collecta. Vel

Anato-
phalacis
causarum.

etiam, quod mirum videri possit, à materiâ calidâ, biliosa, spumante, vaporosa, & effera. Cum eius vertutate circumfluant venæ: adeò ut interdum satis sit quod excludatur aliud, satis quod in capitis arcem à febre subleuatum ascendat, inuidentibus paroxysmis, inde soporantur & comatosi fiunt. Nam per accessiones succus primùm ergastulis venarum coecitus mouetur, hinc surgens vapor cerebrum ferit, hi sub finem febris excitantur. sed hoc ad carum potius referatur, de quo mox. Tertia causa est resolutio. Et cunctæ causæ refrigerantes & humectantes, auctores somni arctioris & continuatis esse possunt: ut aer frigidior, medicamenta stricto quodam algore rigentia: & quicquid cerebro frigus induere potuit. Et vapores sursum elati, ut qui ex intestinis vermiculatis puerorum. Venenum etiam in causâ esse potest: hoc euomatur, clysimis dein cluatur, tandem thesiaca castigetur. Iam breuiter varias comatis ideas ob oculos ponamus. Coma est duplex, ~~υπνός ή ψυχή~~, id est, vigil & soporatum. Hippocrates cataphoram appellat omne coma, & somnolentum, & non somnolentum: Galenus non somnolentum vocat simpliciter cataphoram. Vigil est, cum commissis palpebris inuito, ne lucem accipientibus ætri nihilominus vigilant. At soporatum, de quo hic, cerebro, & peccore, & oculis dormiunt. Hoc nascitur ab intemperie cuius vel sine materiâ. Sine materiâ, est vel simplex, vel composita. Simplex, vel frigida, vel humida. Vel enatum fuit coma ab obstructione, aut à fractâ facultate.

vel ab

DIFER-
REN-
TIAE.

ut à cetero passio-
nibus di-
fingua-
tur.
vel ab oppressione. vel venenū. Di-
criuinatur symbolis certis ab aliis
passionibus. à catuche, quod illud sit
et τὸ λύτρον hæc verò εὐ τάχη. à caro,
quod caro detenti, oppressis cerebri
sinibus, non respondeant concussio-
nam adest absolute resolutio imagi-
nationis in comate vero eius debili-
tatio. ab apoplexiā nam hæc detentī
non sensunt, & spiratio laddit. In
syncope adest cadaverosa facies, &
pulsus languidus: non ita in comate.
In prefocatione ab utero, punctū
sensunt, sed non loquuntur, at in co-
mato stimulare loquuntur, & altius
inclemati respondent comatosi. A
lethargo differt: nam lethargus est
somm̄ libido inexpugnabilis, cum
febre & delirio. & in lethargo ma-
teria p̄nitris in cerebro stabulatur: at
capitis materia non patret. Coma
est vitium solubile, attamen validum
ratione cerebri, quod fatigat. non
agit contagia. cerebro congenit affec-
tus. Facile agnoscitur; nā palpebris
conniventibus facit ager: impulsus
eas quidem aperiunt, sed rursum
somno merguntur. Ager pendula
inferna obdormit mandibula, vt ob-
seruauit Posidonius apud Aëtium:
qui etiam dicit, hos habere caput
humidius. Si ab infarctu enatum
malum fuerit, repente hoc malo oc-
cupantur. Si intemperies materie
expers hoc vitium fecerit, nulla erit
inflatio in facie: color nigrescit, nul-
lum pondus caput sentiet, pulsus
tardus erit. Si facit à materie, pon-
deris molem sentiet caput. Si à pi-
tuitæ copia pondus habuerit caput,
os, nares, oculi, excrements pituita
circumfluent, nausea adfuit, diæta in
pituitam præcessit fæcida his iunge-

temperiem ægri & cætera indicia ex
naturâ ducta, albet facies, lingua pi-
tuitescit. A sanguine rubet facies, &
venæ turgent iugulates, & que ponē-
autes, caput & facies calent, rubent
oculi, tempora pulsant. Utrum vero
vapores surgat ex pulmonibus, ven-
triculo, intestinis, aut aliis ex parti-
bus, agnoscetis ex earum partionis
afflictione. Peruestigata ex mali na-
turâ, facilè mente accipiemus quā
contraria vi expugnari debeat. Quia
calor spiritusq. iuriò viam affectant,
indicabunt hæc foras euocari debe-
re. Sed cùm hie intrò rapus profi-
ciscatur ab aliquâ causa, hæc erit ab-
scindenda. Quare si materia adsit,
euacuetur: primum tamen totius
habitâ prouisione; nam deinde pars
erit adeunda. Si obstruc̄tio copia vi-
tio adest, euacuetur. Si vapores infe-
rantur cerebro, reprimantur. & fo-
cus vnde proficitur extinguitur,
firmenturque ventriculus, pulmo.
Si viriū imbecillitate coma ena-
tum fuerit, ille eeletrī dicitur re-
creandæ. Hæc cymosante curationis.
Sed antequam arma expediamus,
quibus velitatio hæc inibit, perlu-
strandum num redintegrari cere-
brum possit. Somni arctiores nec
tuniventer, qui eos inuidunt qui
aliquot dies in vigiliis exegerunt;
boni sunt, cœam si penè carotici esse
videantur. Quæ causa impulit Hip-
pocratem, vt illam questionem po-
suerit ad disputandum, τὸ νερόν δε
ἀργὸν ἡ ταρταρίχη κακόν; hoc est, estne
sopor ubique malus? non enim malū
est soporari à crisi post diuturnam
somni vacuitatem. Vnde eleganter
Bacchylides, *τὸ Κυλαῖται μελισσαν
ὤνθος Απὸ βλασφέμων, οὐ θεοῖς θάλπες
κέρα.

INDICA
TIONES
curatri-
ca.PRO-
CHOSIS.

1.1. 29.
Procris.
*Hoc dicitur
neg. sur-
ripitur
tacillitus
fomite
à palpe-
bris, na-
strum
qui fo-
uce oce.

etiam. Sed cōma interdum iungitur morbo calamitoso, ut funesto lethargo. Hic dormiendi finem non facit ager: quod primum oppresso cerebro mox inde accidit exoluto. Hi dormiunt cum oris hiatu, quem edit laxitas temporalium musculorum.

etiam. illud.

Talem somnum appellat Homerus *καρπυντον δαγέτον*. Quare à vitium si fuerit imbecillitate, quae ex morbo periculoſo superuenierit, lethale. Quare in Epigrammatis est, *ἀνθρώποις τὸ δάγετον*. Cōma ab oppressione natum, vel parotidibus excutitur, vel alio prorupta subrubris excrementis in crisi. Si autem criticus non euenerit profluuiis alui præruba, cōma reddit funestum. nam vitio animalitatis accedit effēta vis œconomiae naturalis: quoque plures principatus in vitio sunt, eò res ægri peius eunt. Scribit in Coacis Hippocrates, *καρπατόδοτον γενεσθεντον λιγνίδην* deiectione pessima esse solet. hoc est aquosa deiectione in iis qui labuntur subinde ad pedes: nam fractam œconomiae naturalis vim significat, & animalitatis effēta. Mortiferum est cōma quod cerebri inuexit refrigeratio, quam ardor febrilis reliquit exhausto cerebro. Tale erat Hermocratis cōma: nam hunc comatosum reddidit somni vacuitas undecimo die morbi. Calamitosum hoc fuit Hermocrati; nam febrilis astus confeccarium frigus, est funestū. Quod si à tali vi enatum cōma videbitur, quæ debellari possit, ad auxiliandum nos accingemus. A sanguine si fuerit, aperiatur vena cephalica: & digerentibus siccantibusque applicitis curetur. Hirudines ponē aures & frontis admoueantur. A menstruis

cūm enatum est malum suppressis, recludatur pedis vena. Sin languor non ferat vena sectionem, cucurbitæ dorso imponantur: hoc faciet ad evacuationem & reuulsionem.

Quin cucurbitæ scarificatus expertes, coxis cruribusque hæteant. Et frictiones siant validæ, vinculaque iniiciantur infernis artubus. Postea pars capitis si ferro carenti ab igne vreretur, bonis id ægri fieret rebus. Coxendici etiam & cruribus dropaces, phœnigmi, & sinapismi inferrantur. Aluus eliqueat glande acti, si pituita in vitio fuerit; ita immixtior officij admonebitur. Quin cotidie clysmis acrioribus eluat aluus: & ab iis auspicabimur curationem: nam auertunt à capite morbosicam materiam, excitantque oppressam animalitatem. Inde itaque proficiscatur curatio, & dein ad acetum & Topica veniemus. Clyisma fiat ex hyssopo, calamintha, stœchade, cétaurea, verbenaca, semine cari, ameos, calami radice, enulâ, carthamo, agarico, polypodio, colocynthide: cum oleo ruta, chamælino, melle rosato, & salis drachmâ. Parentur succi ad exclusionem ex hydroelite, quod fieri ex una parte mellis, & octo aquæ partibus, coquatur ad tertiat partis exhaustiōnem. dein ius cicerum. syrupus de mentastro ex melle. Vomitus si cœniat his ex facili, concitetur. Purgetur pilulis de hierâ cum agarico, iunge paucum castoreum, vel detur hiera cum trochisciis alhandel, & castoreo. Aliud: Accipe pilularum cochlearum scriptulos duos; trochiscorum alhandel grana quattuor; castorei grana octo: siant pilulae quinq; que, cum,

*Cura.
xio.*

*Curar.
xio.*

*Lorientis
admon.*

*Prepar.
Tinctia.*

*Taygan.
tia.*

que, cū syrupo de stœchade. Aliud: Accipiat cochlear mellis rosati laxatiui, in quo trochisci alhandel quid intabuit, vel elleborum aut eius extractum. Si sit à sumptā cicutā, vomat primū, & dein bibat vinum aromaticū. Si ab opio, aut papauere, mithridatum bibat cum vino. Apophlegmatismos & erithina phlegmagoga aliās descripsimus. Euacuato corpore ad Topica nos flectemus. Si adlit materia quæ aliunde capiti importatur, illam retrudemus frigidis remediis, & ex sententiâ Abensis & Razis oxyrrhodinon capiti impnemus. Accipiēmus aceti tres vncias; olei rosati completi vnciam. Ad tertium morbi diem, inquit Razes, his vtemur. Quare sinistre pragmatici perpetuò calida capiti admouent. Ita Posidonius, antiquus medicus, vtebatur irrigatione rosacei, aut chamæmeli, cum aceto: sit autem acetum, ait, acerrimum. Dein acerū forte natibus & fronti admouetur, eiisque incoquatur abrotanum, ruta, castoreum; & quarto die morbi volebat Razes admisceri his sinapi. Ex his etiam fiat rigatio capiti: vt ex abrotano, thymo, rutâ, lauendulâ, salutiâ, rosmarino, serpillo, & acerrimo aceto. Post vngemus oleo & succo calido. Commeadatur valde verbenaca recta, si vitidem oleo incoxeris, caputque inde rigueris: nam crassos succos potenter exhaustit, & roborat: in omni antiquo dolore nobile remedium. Declinante febre vtemur sternutamētis ex castoreo, euphorbio, & elleboro. Et palato affricetur theriaca, mithridatum, aurea Alexandrina. Errhina fiant ex cyclamine cum elaterio. A

nudâ intemperie frigidâ si malum enatum fuerit, sonebimus caput decocto ruta, saluiæ, rosmarini, maioranæ, stœchados, lauendulæ, lauri. Dein illinemus oleo lilino, costino, laurino: his iunge castorei aliquid & piperis. oleum euphorbij commendatur etiam, & oleum ex semine salvie. Surgimus in vsum sinapi: quod occipiti admotum probat Alfaħrauius. Si, inquit Posidonius apud Aetium, frigidius appetuerit caput, anethino ex oleo fiat irrigatio, cum oleo dulci ex æquo permixtum, ac ealfactum adhibe. Si validius fit frigus, dicit, pulegium & rutam oleo coquemus. Præstat sacculis vii ex floribus rosmarini, stœchados, chamaemeli, meliloti, maioranâ, caryophyllis, cubebis, macere. Et multū calidis linteis fricetur caput rasum. Quodsi originem ducat ex adnoto populneo cum opio, vel mandragorâ, vngetur oleo castorei, nec dormiat æger: & vnge narēs mithridatio veteri cum aquâ vitæ. Cùm vero humida intemperies auctor mali est, siccantia remedia opitulabuntur; schœnathos, castoreum, sinapi. Absint embrocha & olea: nam hæc ad somnum faciunt, Potius pulueribus caput aspergatur: vel fiant sacculi ex cineribus caulinum brassicæ, vel culmorum fabarum, farmentorum vitium, vel quernis cineribus: vel ex arenâ maris, milio retorrido, cum sale tosto, verbenacâ: additum quid cinnamomi vel macis; vel ex furfure cum betonicâ, maioranâ, stœchade, rosmarino. Imbecillitas virium huius calamitatis parens si fuerit, infundemus capiti decoctū rosarum, spicæ, chamaemeli, meliloti. Et acci-

CORRO
BORAN-
TIA.

VICTVS.

RAZU.

*Ad sym-
ptoma 1.
lib. 43.*

piat ager odorem aquæ rosatae cum fantalisa. Cum tedium hoc effugit ager, cerebrum firmari debet. Si ita, que auctor mali fuit intemperies frigida, vctetur manæ mithridatio, theriacæ, diacalaminta, diamosco dulci, diagalanga, & quod ex piperibus, aromatico caryophyllato, zinzibere condito, pyrethro condito & inulâ; adjice semper quid castorei. Aqua vita saluata vel lauendula imbuta. Si humida sit intemperies, thus albillimum in pollinem attritum, & cum vino vel hydromelite potum in lunæ augmento oriente sole: adiice quid castorei. Aer talis sit qui foras euocat spiritum & calorem, qualis est lucidus, serenus, calidus: strepitus adsit, & hominum turba: perpetuum somno excutiat ager. Naribus admone nigellam. Detur hydromel hyssopites, vel origano imbutum, quod cum ori impositum est, strigantur nares, ita vi depellitur in ventriculum: hoc erit pro cibo. Nam tenuis hic vietus utilis est. Alioqui nutriantur pifane succo, vel iure pulli: aut decocto faniculi & cicerum cum oxymelite. Defecuscente morbo da carnes, & quid vini. Laudatur saltuum mirum in modum ad excutiendos somnos. Si à mado- re enatum fuit malum, parcitas solui adsit porus. Sed & ipse somnus remedijs arteti debet. Inuenitur Elia- nus in eos qui philomelis vescuntur ad vigilias: quare videntur antiqui ex illa auicula remedium petuisse. Sumat castorei cochlear & rami- lum ex pipere albo cum melicrate, ubi febris segnis est, vel poterit theriaca soluta in aquâ vita. Aut lamina ferri ardens poterit accio acri, su-

mus feriat nares: hic madores sorbet validissime, somnumq; sugat. Cum efficaciss velis, junge semen nigella, vel ruta, castoreum: nam hæc diu- ciunt fumos & ventriculorum cere- bri madores absorbent. Adferantur trilia nuncia, vi cogitet.

CAPUT XVI.

De PERVIGILIO, seu IN-
SOMNIA. SAHARA Aben-
sime.

TRIA sunt qua maximè viribus vigilans
bellum indexere, inedia, dolor,
& vigilie. Protectò in tenebris no-
ctu somni vacuitas ipsa per se, instar
grauissimi morbi molesta est: tum
verò ad illud malum hoc accedit
etiam, quod, ut inquit Hippocrates,
fortis vigilia potionem & cibos, om-
niaque que assumentur cruda om-
nino reddit, & coctionis experja. Et
per alios morbos una corpus facit
infirmitum, & feritatem humoribus
maiorem adiungit. Hinc noua leges
& vicissitudo symptomati grauio-
rum. Adeò ut ego necliam numquid
tridiosius, extra dolorem, homini
euenire possit, quam si in somnum
solui nequeat. Hæc enim est illa ca-
lamitas que totam naturæ econo-
miam labefactat spiritus exhaustien-
do, quibus reficiendis & instantan-
dis placida est opus quiete. Quare
corpus suo frandatum genio artcir,
&, ut ait ille,

*Attenuari iuvenum vigilata corpora
noctes:*
nam triplicis nostræ substantiarœ ef-
fluuium promouer, dolores, si qui
dimexant, acuit, mætores & iras ex-
acerbat, mentemque turbat, & insa-
niam

niam procreat: nam in peruvigilio spiritus perpetuo iactantur motu, hinc excalescunt, & una successo inflammant. Quare in Trozenam suisse natae Pausanias, super quam Musis & Somno rem diuinam faciebat accolæ illius loci: nam inter deos existimabant Somnum maximè Musis & sapientiæ gratum esse. Nec profectò est ullum animal cui perpetua sit vigilia. Itaque ut return omnum quæ naturæ ad perfruendum tributæ sunt, nihil est melius, nihil amicus, nihilque magis consociale amica illâ quiete, ita nihil sequèdutum ac eâ spoliari. Ut enim & in magnis morbis, somnus & grotum reficit atque recreat spirituum instauratione, ciborum coctione, & morbificæ materiæ pepasmo: sic admirabile est, quantam principiibus partibus noxam adserat, quantumq; cuncta naturæ præsidia labefactet, si quid vel in causis somniferis vel in somni iplius necessitate naufragij euenerit. Competiunt tamen, ut narrat philosophus, qui nouem dies inconnipis oculis egerint. Scribit Seneca in libro De providentia, Mæcenatem tribus annis integris, sine somno persenerasse: & tandem ab hac ægritudine liberatum esse, solâ placida & leni harmonia. Vir sanè doctus Hieronymus Montanus scribit se nouisse nobilem matronam, quæ trigesima quinque annos insomnis permanuit extra noctem, ut ipsa cum marito & totâ familiâ narrabat. Cùm Papiæ in Italia operam litteris dabam, retulit quidam, Nizolum illum Ciceronianum decennio somnum non vidisse. Est autem hæc afflictio contraria somno

præter naturam: quam ira definimus; Peruvigilium est effusio anima- lis facultatis ad instrumenta sensus & motus, contra naturæ legem. Hæc enim est proxima causa quæ vigilias efficit. Sed quænam huius effusionis causa: ea sane varia esse potest. Nam sunt vel internæ vel externæ effe- cientes noctium insomnium causæ. Interna si fuerit, ea erit materia, vel intemperies materiæ expers, vel dor- lor alicuius partis. Intemperies ma- teriæ expers, vt cerebri intemperies calidissima, vel siccitas: vel utraque hæc intemperies iuncta simul molesta est. Maximè autem calida intemperies, hic in visio esse solet, & vaporis somniferi prauitas. Causæ enim tres ex naturæ lege proferte suauem som- num solent, vaporis somnitri sua- uitas, cerebri temperies, & mentis tranquillitas. Si fuerit intemperies cum iuncta materia, illa erit vel bi- liosa, vel salsa, vel vaporosa. A bilio- sa dico acti vel adusta: excludimus sanguinem & pituitosim; hæc enim veterosam, illa autem comatosam yigilem afflictionem procreat. Quare vigilia gignitur à bile, & bilem gignit: unde his est quædam œmula- cia in ægri perniciem. At à pituita salsa plerumque hoc tedium nasci- tur, unde & senum insomnes noctes. Hæc velut in cerebro congeritur ac procreat, cùm id astu flagrat, vel diutius ibi cunctando, putrefacit in falsuginem, ab infarctu dum laborat caput, aut dum calidum natuum titubat; argumento sunt senes: vel aliunde influit, & à toto corpore fer- tur in cerebrum, maximè per febres biliosas. A vapore si fuerit, is erit acerius, qm bellum infert potius cerebri

cerebri substantia quād meningi, cūm non ita doleat: calfacit & siccatur cerebrū, spiritusque tenuat nimium ac disicit. Vel malignā qualitate delibuti vapores sunt, quales per febres exspirat biliosas. Vel ab aliquā effertuntur parte, maximē à ventriculi vitiā coctione: nam inde acres vapores sese in cerebrum effundunt: maximē vbi ructus nidorulentii fatigant. Quin & ab inediā anathy-miascos perugilium fit, dum nimis-
 rum ventriculi vitio nulla surgit: ut in lienteriā: sed rugitus & flatus ad-
 sunt. Causae quæ à foris sunt inter-
 dum somni vacuitatem adferunt; inter has adfert Abensina lumen va-
 lidum: nam id effundit animales spiritus. Perturbatio animi potens est in hoc tedium: ut cūm māror animū fatigat, qui conceprus est metu futuri mali: nam quod præte-
 rit, potius somniferum esse solet. Ita dolor, & stus, oppressio. Cibus etiam parcior, actior, ac flatibus plenus, quales fabæ; vel etiam crāpala, alii profluum, immodica venus: & corruptus in ventriculo cibus (vnde pueros fatigant acres fumi illati cerebro) excutere quietem nocturnam solent. Et viuum si pleniori hauriat manu, insomnes adfert noctes: exemplo Pergameni pueri. nam grammaticus quidam cūm singulis diebus balneum peteret, ac domi relictus esset puer, qui vehementiori pressus siti, cūm aquæ nulla esset copia, vetus vinum largius perpetuavit: mox in reliquum evasit vigil, ac homo esse desit. Curari tamen hoc malum potest, quamvis alioqui ve-
 hemens sit, cūm cerebrum exhauiat, naturæque prædiuī depasca-

tur. nullo est foedum contagio, cetero peculiare vitium, attamen illi non analogum, cūm à squalore otum ducat. Causarum signa petantur à clinicis, & aegris ipsis, & ab iis quæ prodita sunt De dolore capitū. vel si lubet breuiter. Si fuerit à calore, id manus ipsa explorabit: & his imis oculi restuant. Siccitas squalore linguae ac faucium se prodet: nares nullo madore rigantur, tensaque in fronte cutis conspicua est. Alioqui grauitas, materiæ soboles est. Si à bile, lucem, agitationem, ac turbam omnem reformidat. Quod si ex salta fuerit pituita, oculi ac nares à pītuita acri transuersent. Historia ac natura mali indicat quo modo exigi debeat. Nam cūm adsit effusio spirituum cerebri, orietur indicatio inhibendi illos spiritus, ne ita se pandant. Sed hoc fieri nequit, ni primū eius acci-
 dantur causæ. Causæ vt fuerint, ita opponenda remedia: nam interdum & calidis videntur: iterumq. humidi ac apertientibus. At diligenter per-
 pendendum num his indicationibus satisfacere liceat: nam interdum hoc facile obtinemus, nonnunquam vix, & ne vix quidem. Graue itaque malum hoc cūm sit, rectè illud pronunciauit Galenus, Vigilia corpora siccare & attenuare: & Hippocrates, vbi ait: ἡδῶπ θορό: ἀγγυτίο θορό, hoc est, aqua edax, vigilia edax. Scripsit idem Hippocrates, calamitosum esse non dormire nec interdiu nec noctu. Aut enim à dolore (vt nulla sit curarum excusatio) vnde acrior fit phantasia: aut à labore sic labo-
 rauerit, hoc est iactatione à squalore & calore cerebri, tetroque vapore somnifero. Aut de hoc signo non
 crit

*Cause ex-
terna.*

*Historia
ex Galen.*

*Natura
mali.*

SIGNA
causarū,

INDI-
GATIO-
NIS.

PRO-
PHOSIS.

3. Sanit.
12.

6. Epid. 4
20.

1. Progn.

erit suæ mentis: nam facile in phrenitide trahuntur turbati animi, quam facile admittit cerebrū squallidum, quod incurritur à tetrā anathymiasi. Quare hoc symptoma medicam manum postulat: propterea etiam Galenus de hoc mitigando egit, cùm vires prosternat validissimè. quin scribit Hippocrates, coniectarias ab hoc trahi conualsiones non absque lethali vi, quæ siccandi & exhaustiæ potentia enecat. dicit enim, δια την περιπολην, οὐ γε φροσύνη, γένος. Ex phrenitide periculi etiam plenæ sunt vigiliæ: nam ab inflammatione quæ nascuntur sunt calamitosæ. Si absit inflammatio, minus periculi adferent. Ex cancrosa inflammatione si inductæ hærent, conclamatum erit, ait Abensina. Desipientiæ metus aderit, si natæ sint à siccitate: nam sanguis à perennibus vigiliis acuitur, & biliosior redditus deliria mouet. Ab effæto senio etiam est immedicabilis. Si fuerit ab intemperie citra materiam, quæ à causis externis impressa fuerit, curari poterit. A dolore si obortæ vigiliæ fuerint, vt ex varijs emicant hæ causis, ita & varium sortiuntur euentum. Præterea contumaces vigilias si exceperit tussis, funescum, si Abensinæ fides: nam hæc mutuas operas in perniciem conferunt: cùm & tussis somnum excutiat, & somni vacuitas tussim acuet. Pueris sunt calamitosæ vigiliæ: nam minimè congener est pueris hic affectus: & grauissimi morbi puerorum solo somno tolluntur: cùm tamen aliarum ætatum morbi acuti vel excretione, vel abscessu solum finiantur. Hoc addo, si quis somni

expers ferè viginti dies in laguorem, & tremorem, & spasmodum trahatur, indicium erit exsanctum esse cerebrum spiritibus animalibus; malum id est, si itaque redintegrabilis fuerit naturæ, remedietur. Fiant leues frictiones. Pituita salsa si auctor, noxae fuerit, ea parabitur ad exclusionem serapio cichorei, vel de soncho, aut endiuia, & melle violato vel rosato. ex decocto cichoraceo, & fumariæ, lupulotum, boraginis, cassuthæ, radicum aperiituarum, passularum, liquoritæ, polypodij, semini scirrhæ, Dein purgetur pilulis aureis cù pilulis de fumariæ, vel de hierâ cum agarico & rhabarbaro: vel pilulis assairet. vt, Accipe pilularum aurearum & coquiarum, singulos scriptulos; dacrydij grana tria vel quattuor: fiant pilulae quinque. vel accipe dia-catholici vnciam; diaphœnici semiciam: electarij de succo rosatum drachmas duas: cum melle violaceo, vel serapio de cichoreo cum rhabarbaro fiat instar opiatæ: addi potest turbith vel rhabarbarum. Deinde theriacam nouellam, vel recentatam Antonini exemplo sumat. Si bilis fuerit soboles pérugilium, paretur exclusioni cichoraceis: Accipe aquæ hordei bene cocti: huic infunde folia cichorei & semen eius, ita & endiuia eiusque semen, & semen lactucæ, foliaque buglossi; vel seminum maiorum quatuor & papaveris drachmam, & etiam tamarindos. Fiat ex his maceratio & emulsiō: cui adiice serapium nymphæ, viola-pum, rosatum, granatorum, acetosæ, vel papaveris. Vel accipe foliorum lactucæ, malua, salicis, cuiusque pugillum: coque ex iuscule pulli; & sumar.

REME-DIA
PRAE-PARAN-TIA &
PVR-CAN-TIA.
Apituta
salsa.

A b i l e .

sumat. Deinde accipe casuarinæ, manne, pulpa tamariendorum, diacatholici, electarij de succo rosarum, cuiusque semunciam, cum syrupo de succo cichorei cum rhabarbaro, quod sufficit ut fiat instar opiate liquidæ sumat alternis diebus cochlearium, addi potest rhababarum. & hæc etiam solui possunt in sero lactis. T o . I .
T . A .
*In calore
sine mate-
ria.*

Purgato corpore, si quid vberioris succi continet, veniemus ad ea quæ foris admouentur. Si itaque fuerit ex intemperie calida, frigidis recreescat; ut portulaca, laetitia, cucurbita & coquunt oleum seminum recentium cucurbita, folia & flores nymphæ. Hæc etiam coqui, & foro admoueri possunt. Et, si æstu flagret caput, adiiciemus capita papaveris virtuosque, & radices mandragoræ. Caatio sit de hyoscyamo: nam caput ledit. Accipe vnguenti rosati, olei violati singulas semuncias: addi potest nymphæ oleum; misce, vel adiouve capiti placentam ex rosis, oleum ex floribus cucurbitæ, & oleum florum ligustræ, & populorum. Frontalia hæc commoda, & somno dicata remedia descripsimus libro secundo nostræ Methodi, De his quæ capiti calido foris admouentur: folio 163.

In seccitate. At sicca cum intemperies fatigat, vtemur iis, quibus spiritus torpidiores redduntur: ut oleo amygdalino, axungia vitulinâ, anserinâ, oleo violaceo: ex his fuit hapsus. Coquatur cucurbita oleo, & in eo flores eius macerentur. Sorbeat naribus oleum violatum cum oleo papaveris. Lauetur caput decocto maloarum; lini, althææ, chamaemeli. Vel coquantur maluz in oleo, ita & lactucæ, adiice quid vini albi & dulcis, ut persuadat

liquor. Abensina commendat capiti admulctum lac; vel eo tecens multo soueat caput. Aut, abraso capillo, spumâ seri lactis feruefacti illinatur caput. Sin labore & seccitas in vitio fuerint, praescripta medicamina utique misce, & auribus instilletur aliquid olei nymphæ, violati, cucurbitini. De his vide Eginetam 2. 98, & Aënium 4. 1. 116. Si consociata fuerit intemperies materia, hæc primum evanescit. Cum ab inflammatione vitium est, illi erit primò occurrentum. Materia in capite si evanescat, vi calida, ab evanescatione, frigidis iam praescriptis erit videntur. Quodsi prolixius cunctando in capite pituita molesta est, à purgantium vsu calfacientum erit & aperiendum; pax sit à frigidorum vsu. Hinc est quod Abensina vtitur oleo de croco, & palegio. Oribasius serpillum & melilotum coquit ex passo, & capiti imponit. Hæc mulceri ea vi somnum euocant, quam vigilarum causam expugnant obstructionem: bona aliter seu rhabarbarum refrigerat, elisabile. Quare soue caput ex chaphemelis, serpillo, palegio, hæc in decocto, quod attenuetur ac discutatur, materia morifica. Quodsi hæc materia in caput reparat ex toxo corpore, notandum erit, nimirum febri implicitus æger iaceat; quam qui rectè curarit, & vigilias facit, expugnarit. Hoc tamen in negotio illud notandum, num quæ à febre surgit materia, sit bilius vapor (ut sit in febribus biliosis) vel non sit salsa pituitosa, vteuenit in ciuismo, & purridit à salsa pituita. Si exspiretur bilius vapor, frigida odorata exhiberi vult Abensiua, vnde mitescat

Cum ma-
teria.

Abile.

mitescat bilis, & quodāmodo pituita-
tescat. vt si fiat irrigatio ex decocto
lactucæ, nymphæ, salicis, papaueris,
mandragoræ cortice. Et fiat illi-
tus. Accipe olei rosati vnciam; succi
citreorum drachmas tres; oui albu-
men quassatum; sed priū despum-
metur concussum cum aquâ rosatâ.
Aliud: Accipe vnguenti rosati, olei
violati, aquæ rosatae, singulas semun-
cias, populnei binas drachmas. Vel
accipe lactis muliebris binas vncias;
albumen oui concussum cum aquâ
rosatâ & paucō succo citri mali ma-
turi; & cum farinâ seminis papaueris,
fiat frontale inter duo lineamen-
ta. Aëtius his vtendum ait vesperi
horâ vna à cænâ. Accipe olei rosati
& violati æquas partes: bulliant cum
cucurbitarum succo dum ille exhau-
stus sit; id fiat septies: dein adde
caphutæ parum: vngat tempora &
nates. Senes rosaceo, & anethino re-
centi perungant caput. Manus &
pedes si souendi sunt, id fiat vt fri-
gescant, non ad calorem: nam in ce-
rebrum spiritus prolectari debent,
non aliò diffundi. Accipe foliorum
salicis, lactucæ, nymphæ, rosarum,
violarū, papaueris nigri, maluatum
vel pampinorum, singulorum ma-
nipulum: florum chamæmeli, meli-
loti, summittatum anethi, cuiusque
semimanipulum; calycum papaueris
albi vnciam: bulliant in aquæ pluviæ
partibus tribus: adde interdu vnam
vini, lauet, dum somnum tentabit,
pedes, manus, & vaporem facie ac-
cipiat. Suflitus etiam fiant ex man-
dragorâ & papauere, ex aquâ nymphæ
cocta. Naribus etiâ lac mulie-
bre cum oleo violato aut nymphæ
vel papaueris trahat. Aëtius puluinat

soporiferis implet: ex lactucis, man-
dragoræ pomis, foliis papaueris; ad-
de melissam quâ peruadat vapor:
nam vel styrax vel serpillum, aliudve
penetrantis potentia adiicimus, quò-
penitus vis se inferat cerebro. Spon-
giam somniferâ alias descripsimus.
ab his cùm excitare agrû vis, posca
tepidâ lauanda erit facies. His non
iuuantibus ad narcotica veniemus,
si biliosus fuerit vapor: nam à salsa
pituitâ quæ enata fuit in obstructo
cerebro, horum usus alienior esse de-
bet. His itaque frons, tempora &
nares illinantur: vt ex oleo violato,
nenupharis, vnguento populneo,
cum succo lactucæ. Et duictim ad
maiora veniatur: Accipe vnguenti
populnei, philonij Romani, singu-
las drachmas: dissolue cum modico
oleo nymphæ, fiat linimentum.
Aliud: Accipe opij semunciam; sty-
racis calamitæ drachmas duas; croci
scriptulum; itidis sesquidrachmam:
misce, fiat pomum. Aliud: Accipe
opij scriptulum; croci grana octo;
aque rosatae vncias quinque: misce,
fiat apithema fronti. Aliud: accipe
opij scriptulum; castorei, croci, cu-
inisque semascriptulum: fiat puluis,
adde guttas olei papaueris, vt fiat
forma strepti, & naribus immittat-
ur filo alligatum. Si quid mitius ve-
lis, contundantur rose ex oleo vio-
larum, nymphæ, & oleo de ranis,
adiice muccaginem psyllij, & fari-
nam hordei: cum pauco croco vel
myrrha, si non flammeo torreatur
caput ab æstu. Vel vnge frontem &
tempora oleo de ranis, & de man-
dragorâ. Aut accipe florum nymphæ,
violatum, lactucæ, anethi,
maluæ, papaueris albi, singulorum

NARCO
TICA
RII.

manipulum: coctæ ex aquâ herbae contundantur cum oleo ranarum & vnguenti recentis populnei vncia; adiice farinam hordei quod insipissetur: admoue capiti tepidè. Aliud: seminis popaueris, lactucæ, cuiusque drachmam; florum nymphæ, violarum, anethi, singulos pugillos: excipe duplicito lineam eto, & fumum excipiat aquæ rosatæ in quâ maduit betonica vel serpillum. Aliud: accipe olei papaueris albi vnciam: vnguenti populnei drachmas duas: albuminis oui despumati, & lactis muliebris 3j. fiat frontale. Aliud: vnguenti rosati, olei violacei & anethini cuiusque seminunciam; cinnamomi, croci, myrræ, opij singula grana septendecim: illinantur tempora & nares. vel opium copia erui, muliebri lacte tabescat, eoque lacte linteum tintum naribus indatur. vel grana duo opij & caphuræ liquefiant oleo violato, & eodem modo naribus indantur. Razes grana bina caphuræ naribus indit ex aquâ rosatâ. Effungi etiam potest oleum somniferum hoc modo. Accipe opij, seminis lactucæ, corticum radicum mandragore, singulorum drachmas tres; corticum papaueris seminunciam: crasso hæc terantur modo, & adiice decocti mandragoræ & papaueris libram; olei vncias octo: coque in diplomate dum aqua exhausta sit, cola, & collaturæ adiice florum violarum, nymphæ, anethi, chamæeli, singulos pugillos; iunge quid croci & cinnamomi: frons hoc vngatur, & naribus quid sorbeatur cum lacte. Aëtius etiam pectori talia quedam impoñit, & præparare hæc ad somnum ait. Si hæc remedia vi malî deuicta

Oleum
hypnoticæ.

Opium.

fuerint, intus dabimus narcotica; suasore etiam Aëtio. Attamen ex sententiâ Abensinæ, ab his superseedebimus, nisi labentes vires à vigiliarum perennitate, erigi hoc modo postulent. Quare fortis audaciùs hæc admouenda, quâm visceribus committenda: ideoque à moderatissimis exordiendū. Detur conserua foliorum lactucæ; & potionis ex acetosâ, lactucâ, semine papaueris, & lactucæ semine, fiat emulsiō. Accipe hordei mundati vnciam; seminū quatuor frigidorum maiorum excorticatorum, seminis papaueris singulas drachmas: fiat emulsiō ex aquâ ad vncias quattuor, adde syrapi-papaueris vnciam: fiat hordeatum. vel fiat lac amygdalinum cum emulsiōne seminum frigidorum ex aquâ lactucæ. Commendat Aëtius diacodium, quod asserit inter cuncta narcotica esse iucundissimi saporis. laudat Abensina syrump papaueris. Accipe syrapi rosati, diacodij singulas vncias: sumat horâ somni. Vel accipe syrapi nymphæ, diacodij, cuiusque drachmas sex; decocti lactucæ, vel emulsionis seminis lactucæ, aut si fortius velis, decocti capitum papaueris vncias duas, hauriat horâ somni. Notandum, vt, dum tussis adest, conserua addatur rosatum. Alter: accipe decocti florum nymphæ, vel lactucæ & portulacæ singulas binas vncias; diacodij vnciam. Cautio hîc adsit, vt talia propincentur remedia quinque horis à cenâ: hoc est inter decimam & undecimam: & si vires fractæ fuerint, adiice scriptulū diarrhodonis. Cotidianus horum usus est formidabilis: nam natuum calidum enecant.

Præterea

CANTIO
NES IN
Narcoticis.
cit.

*Ex Actio
e Qua-
tus.*

Cautio.

Præterea cautio de his sit in pueris; nam his memoriam affligunt in reliquam vitam. Nec his dentur qui ventriculo sunt frigido & cruditati obnoxio: sed ab his ore tantum diacodij semicochlearium retineatur, & exspuatur, id repeatat dum somnus obrepit, & postremum deglutiat: & manè diarrhodi quid sumat. Et qui horum vsum ineunt non sint repleto capite, aut catarrho impliciti. Et narcotica non alia dentur quam quæ vsu salutaria deprehensa fuere: aliqui morte dabis, non somnum. Nec etiam ad illa deueniendum, si morbus aliis debellari potest: aliqui ut vires stabantur his vtemur, & nō amplius. Et ut vnciae vnguenti quod foris admouetur tutò inditur semiscriptulus opij: ita potibus tutò additur semuncia diacodij. Qui plura de his velit perlustret quædam à nobis prodata libro secundo Methodi, vbi De capite sicco, folio 170. Accipiat interdum aquæ lactucæ binas vncias: syrupi papaueris vniciam vnam aut alteram. Quidam grana aliquot opij cum croco & cinnamo- mo peciâ colligunt, & in syrupo coquunt, & exprimunt: hoc cum philonio agi præstat. Vel distilletur philonium cum floribus violarū, nymphæ, papaueris, lactucæ, cucurbitæ, mace, cinnamomo, & paucō croco. Sed cautio semper adsit, ut narcotica detur viribus validis, & calido semper ægro; & ab euacuatione; & cum cetera frustra sunt; & à tenui cæna. His viætis etiam à malo contumaciâ, surgeamus in vsum philonij Romani, & mithridatiij theriacæq. recentis. Vel sumat pilulam vnam, duas, vel tres de styrace: fiant ex dtachmâ

pilulæ sex: adiice interdum quid dia- tragacæthi frigidi. Celsus papaueris sylvestris (quum iam ad excipien- dam lacrymam maturum est) ma- nipulum in vas dimittit, & super- fundit aquam, quæ id contegat, atq. ita coquitur. vbi iam bene is mani- pulus coctus est, idem expressus pro- iicitur, & cum eo humore passi par- mensura miscetur, inferuetque, do- nec crassitudinem sordium habeat. Quum infixit, catapotia ex eo fiunt ad nostræ fabæ magnitudinæ. Som- num faciunt vel per se sumpta, vel ex aquâ data. Si exigua mole magnâ vim propinare velis, Accipies totam compositionem trochiscorum Aster Galeni: soluatur aqua (sed aquâ pau- câ vitæ præstaret primùm haec solui: nam ita opium vna soluetur; & dein cum aquâ remisceantur) & obturato vase maceretur aliquot diebus ad focum tepidè. Dein exstilletur aqua per philtrum, more quo hippocra- ticum vinum manat: vel potius im- ponantur philtri longæ tenuesque partes: & in aliud inferius vas pro- lectetur liquor. quem deinde tenui foco admotum exhausties: & quod restibile manet argenteo vasculo ex- cipies. & propinabis eius granum vnum, ad tria usque. Cautio adsit in remedij fabricâ, ne in cinetes ex- escat exhaustum remedium: satis est ad crassioré mellariam formam reduxisse: nam melligo illa perennat diu. Ita cum à calore & per febres premit vitium transigédat. Verum si à falsâ crassâque pituitâ densi sur- rigantur vapores, ut in febribus quæ ex bile pituitâq. consociatâ nascun- tur, potius, ex Abensinæ & Aëtij præscripto, vtemur decocto serpilli,

*Nous
modus pa-
randorū
medica-
mentorū.*

*A frigi-
doribus
vaporis-
bus.*

anethi summitatum, meliloti, chamaemeli: nam hic aperiendum, tenuandum, exhaustiendum quod molestum est in capite, ac illinemus oleo anethino, chamaemelino; & Alhafaranta vititur oleo de croco. Paulus cautionem adhibet hanc, ne in ipso periodi paroxysmo frigida admoveunda existimemus: sed euanescente in eo paroxysmo febre: quin potius, inquit, calida accedente febre impone capiti: quod tenues in auras vapores euanescent. & mitescente tamdem febre somnus inducatur. Si vitium sit ab alio morbo qui in vitio est, vel si ex mero, cræpala, mali focus primùm extinguedus erit. Hoc itaque filo ducaunt curatio, primùm mali causam peruestiga: si causa fuerit à foris, eam in contrarium flectes. Sin intus nata, ut si dolor, eum multebeis: si febris, eam ut decet fugabis. Succus mali elidatur à præparatione. Dein Topicis indulgēdum: foue lotionibus, linimentis, emplastris, suffitibus, & errhinis indulgēdum. Dein intus propina pharmaca; quin tandem ad opista insurge. Viçtus etiam probus imperetur qui morbi cum causâ pugnet, & naturæ propugnet. Aërem frigore, si talis non fuerit vtrò, perfundes. Et blandioris auræ murmur inter arbusta, vel auicularum aut suavis vocalæ modulatio ægrum demulceat. Si sit ab animi ægritudine, silanus aquazum frigidarum ut iuxta eadat fabricetur, cuius illabētis in subiectam peluum murmure animus à variis cogitationibus vertatur in unius sonitus animaduersionē: nam ita quies ei obrepet. Et humi fusis herbis, ut pampinis, iuncis, aët humescat.

Causis.

ab aliis
morbis.Anæ-
phora, noſi-
curatio-
ni.DIA-
TA.

Aer.

Odorem captet ex nodulo, cui insint flores violarum, nymphæ, cuiusque pugillus; corticū mādragoræ drachma, & croci scriptulus: fiat puluis, qui sindone excipiatur. Quin facies sæpe irroretur aqua nymphæ, rosata, lactucæ, cucurbitæ. Iaceat r̄eger loco obscuro & silenti. Spongia somnifera nonnunquam naribus apponatur. Cibus elixus melior est quam cibus. Confert caro vitulina, agnina, & leporina commendatur hic Catoni, & esus pullorum, piscium. Lactuca est commoda postremis epulis, portulacæ, asparagi cocti, cum aceto & oleo, cucurbita, peponēs. Ex hordei farina & lacte acido fiat puls tenuis: vel ex ceruisiâ, aut aqua hordei hac fiat, in qua capita papaueris tria vel quattuor coxere: hanc cænet. Amygdalis conditi sint cibi, quod fiat evaporationis in caput. Vel fiant amygdalata: accipe amygdalarū dulcium infusorum in aqua rosata, hordei mundati cocti dum quam maximè inturguit, singulas binas vncias: quatuor seminum frigidorum maiorum mundatorum, seminis lactucæ, & papaueris albi cuiusque drachmam: simul cuncta contundantur & parum coquantur, & dulcor affletur saccharo. Aspergantur etiam cibi seminciæ emulsionis seminū papaveris albi. Nam Oribasius tantū forbitionis indit seminis papaveris albi, quantum tria impleat cochlearia: ut recte scripsisse videatur Matthiolus, huius vsum liberaliorem minimè reformidandum esse. Fugiant potius fabas, brassicam, erucam, cæpas, allia. Quidam à parco cibo, alij à largiore melius suavi somno merguntur. Si sit ex

Amyg-
dalatur.

*Sit ex mœdere, tenui vino demulcet
animum: iolabum alioqui violatum
& rosatum hos recreat ex aquâ co-
ctâ. vnguento rosato, oleoque violato
& anethino se inungant. Motum
commendat Auicenna & Paulus: &
balneis serò indulgeant. Galeni ex
consilio fiat strepitus coram ægro, &
loris facilè solutu arcte eius nectan-
tur manus & pedes ad articulos, dū
defatigentur: subito liberentur: &
eodem temporis momento, subdu-
ctis candelis, quæ ægro multæ admotæ
fuere, indicetur silétium. nam
spes est ut ex subitario illo motu, ta-
pto calore ad penetralia, obrepat
somnus. Sed cautio adsit, ne chita-
græ vel podagræ obnoxij sint ægri:
neque ulcera habeant stringendæ
pattes. Vitetur venus, & immoder-
atum studium. Si à diurnâ vigiliâ,
quâ ferè ad vigesimum diem iacta-
tus fuit æger, metus adsit conuulsio-
nis in tremebundo iam ægro, corpus
hoc humectandum erit nutricatu
madido & frigidore. Senes plerum-
que hoc malum exercet: in his mœ-
dor abſergeatur, & vespere balneum
ineant à coctione: & notetur in iis,
num largius cœnati vel parcius, me-
lius dormiant. comedant lactucas
vltimis cœnæ epulis. In pueris foeli-
cissima curatio huius mali est, ne lac
in corruptelam fatiscat ventriculo
acceptum. Quare cautio adsit, ne
hoc copia aut qualitate vitium fa-
ciat. Nutrix plenâ manu pastu ineat
lactucarū, amygdalorum dulcium,
cum papauere albo. Cœnat à valido
vino nutrit. Regio ventriculi puerilis
foueatur decocto mēthę, & masticis,
ex aquâ & vino: hinc illinatur oleo
macis cum contusa mastice. Vn-*

guento rosato cum oleo violato tem-
pora illinantur pueri; adde quid po-
pulnei, si calor iubet. Requies Ni-
colai vltimum sit remedium: nam
hebescunt acumina ingenij eius ab
algore in pueris. Addo Empirica:
*Quidam è floribus croci, demptis
staminibus, aquam destillant, & eius
vincias quattuor propinat horâ som-
ni. Et, si nimius obrepat somnus, na-
ribus admouebis spongiam aceto
imbutam, in quo fœniculi radix,
hyssopum, vel nux myristica coxit.
Alij accipiunt opij vinciam, alliorum
duo capita, simul pista hæc destil-
lant: manat aqua non fœtida: cuius
guttulae aliquot propinantur cum
vino. Tales plurimas describit Euo-
nymus Tomo 1. folio 226. & Tomo
11. folio 99. Dioscorides vinciis bi-
nis seminis papaveris tritis super-
fundit aquæ selibram: post octauam
horam emulget aquam: propinat
cum saccharo. C A V T I O adsit, ut à
cruditate ubi languet ventriculus,
abstineas à frigidis intus que dan-
turi; dum ille recreatus fuerit: & in-
terim admotis foris somno studeas.
Alij dentem canis nigri subdunt
capiti: quidam præferunt serpen-
tis exuvias & vulpis pelles. Som-
num prouocat vinum anethinum:
& etiam vinum petroselinites, ut
scribit auctor *Eupatorium* folio 206.
& 208. que scripta videntur Cassij
Dionysij.*

CAPUT XVII.

*De cōmāte Vigili, Gracorum
Typhomania, & Arabum Su-
bethsahara. Alij vocant Phren-
nitidem cōmatosam.*

Scribit Galenus libro De cōmāte quosdā Hippocratis inter-
pretes existimasse, cōmatis nomine
sōnum ab Hippocrate intelligi,
inducti Homeri auctoritate, vbi hoc
<sup>1.4. Hesd.
"sopora
mihi lo-
uis ocul-
los."</sup>
^{1. Protr.}
^{2. WOMEN.}
<sup>3. Lib. 6.
3. Epid.</sup>
ita sēpius **κολπωτή ψυχή ζεῦς ὄντες*. Alij
delationem in sōnum ab Hippo-
crate ita appellari aiunt: Nonnulli
veternosām passionem. At, inquit
Galenus, non ita ytitur Hippocrates
hac voce: nam cum vigiliis cōma
euenire etiam afferit. Et dubitare vi-
detur Hippocrates, num illos liceat
appellare phreniticos, an aliud quid.
Nam phreniticos appellare illos qui
nondum delirant veretur, etiam si
cuncta symptomata phrenitica esse
videat, vt caput, collum, lumbos,
præcordia dolere. Et Galenus libri
De cōmāte capite quarto ita scribit,
multos inuenies phreniticos qui sur-
gunt, nec oculos attollere possunt,
sed in eodem loco perleuerant vt lo-
thargici. vnde imperiti medici, neq.
non ien dare huic affectui nouerunt,
& penitus ambigunt, videturque
ipsis insolens passionis idea, que
nomen non habet. Quidam ex le-
thargo & phrenitide mixtā putant,
& vocant Typhomaniam. Quin in-
uenitur cōma non phreniticum vi-
gil, de quo ita Hippocrates, Nec
quisquam phreniticus insaniuit, sed
quadam in sōnum delatione peri-
bant. Paulus afferit Galeno vetustio-
res cōma appellasse catochon: At

recentiores catochen dixere pro ca-
talepsi. Ut res liquidè intelligatur, CAV-
SÆ &
SIGNA
caſarū.
dicemus duplex esse cōma, vnum
cōrādes, id est, veternosum; aliud
autem **χρυσόν*, hoc est, vigil. Cōma
autem vigil, vt auctor est Galenus
libro De cōmāte, aliud est phreniti-
cum, aliud non phreniticum. Cōma
vigil phreniticum iunctam habet
phlegmonem, idque iterum gemi-
num est, vel enim ignuum, aut ex-
peditum. perpetuò tamen his, ob
phlegmonem, adest delirium. Cō-
ma itaque vigil phreniticum igna-
uum fit, cūm phlegmone pituitosa,
hoc est, lethargica superat phreniti-
cam, hoc est biliosam. Hic vix ægi-
mouentur, & maximè delirant cūm
ad sōnum se componunt. In cō-
māte verò vigili phrenitico expedito,
nimis in quo biliosa inflam-
matio exsplendet præ pituitosā, ægri
expeditè & vi quadam exiliunt, ac
nonnunquam astantes inuadunt: hi
dormire videntur, & somni sunt ex-
pertes. Cūm quidam ita spem sōnni
fecisset amicis, illi abierte vt locum
quieti concederent, solo custode mo-
nacho clinico relicto. Hic etiam
fatigatus vigiliis, cūm iam dormire
ægrum putaret, somno concessit.
Astutus æger sopitum animadver-
tens monachum, exiliit, monachiq.
sopiti cultro, caput monacho absce-
dit: quod cūm palam ante fenestram
proposuisset, iterū eā clausā, lectum
& antiquum sōnum repetit. Hi
autem maximè delirant cūm à sō-
no eluctantur. Cōma verò vigil non
phreniticum fit, cūm materia biliosa
temisceret cū pituitosā, & est phleg-
monis experts. Hi non delirant, sō-
num quidem captat ob pituitæ vim,
at eum

Contra genitale.

at eum non capiunt, ob bilis fericiam: de his ita Hippocrates, Nec quisquam phreniticus insaniuit; sed quadam in somnum delatione peribant. Cōma itaque vigil enascitur ex geminā causā, nimurum cūm remiscetur calida frigidæ; hæc enim vigiliatum, illa somni auctor est. Verū, vt iam dixi, hæc miscella consociatur phlegmoni, vel phlegmones est experts. Paulus à veneno etiam induci hoc tedium auctor est: quod periculi plenum esse fatetur: & hi statim vomant aluumque deponant, visceraque his cumino & rutā foueātur. Sæpe causam agnoscit labefactatum corporis robur, quod præ imbecillitate palpebras apertas sistere nequeat æger. Inter externas causas est mensa plena dubiaque in bilem ac pituitā prompta, in quā cibi calidi pugnant frigidis: & artocreas putidæ quas auido rictu degulant. Et infausto coniugio variè maritata pocula, & ab ocio in negotia inconcinna migratio. Ad signa communia venio. Duplex diximus esse cōma; vnum ἀρρενία, alterum ἀρρενία. Sed utriusque communis est iniussa oculorum conniuentia: nam ita oculis conniuent, quasi somno arctissimo necterentur. In omnibus enim cōmatosis apparent oculi somno conniuentes, quemadmodum in lethargicis genitæ sublimes; attamen non dormiunt. Quoniam in summā dormiendi necessitate non suppetit opportunitas causarum somniferarum: quamuis in somnum solui reipsa videantur. Hi itaque commissis inuidi palpebris, nec lucem accipientibus vigilant ἀτάσθητος, inquieti & iactabundi. Hoc igitur non sola facit pi-

A veneno.

Symptoma communia.

Cœpi.

tuta, sed vel bili permixta, vel ipsa per se putris & salsa; quarum utraq. quantum copiā & crassitie ac visciditate opprimit & soporat, tantum exfuscat temperamento acriore. Connivent tamen continenter oculis, oppressione cerebri, quam mixta facit cacochymia bilis & pituitæ pariter inter se concertantium. Illa quidem ad somni excussionem, hæc verò ad soporiferam impressionem facit. è quarum mixtione monstrum hoc nascitur biceps phrenitidis & lethargi, quod νόσος μαγίας veteres nominant: quod est symptomā phantasie infirmæ, quemadmodum caros abolitæ, ab exolutione nerualis virtutis. Excitati quidem oculos aperiunt, libereque sentiunt & mouentur, & tamen desipiunt, ob polydædalas simulachtorum obuersantium ob mentem ideas: & enormia loquuntur quidam eorum. Iterumque conniuent oculis spe somni, & vigilis tamen manent. Propterea dicit Nonus antiquus medicus, ἀρρενία ἀρρενία: hoc est, simul vigilant & dormiunt. Cūm in his bilis emicat vis, dicitur rabies somnolenta: nam peculiare nomen vix agnoscit hoc malum: sed vt mixta est eius causa, ita & compositum agnoscit nomen, in quo viriusque vitium sonat: nam nunc proprius ad phrenitidem, nunc proprius ad lethargum nutat: hoc est, modò bilis, modò pituitæ symptomata hic exsplendescunt: nunc in somnum, nunc in vigilias pronus. Qqd autem cōma natum est ex imbecillitate virium, notatur pulsus languore; & hoc consestatum est exhaustioni. Cūm est phreniticum cōma cum inflammatione, adebet his tunc.

tunc febris & delirium, inquit Nonus. sed febris maior in cōmāte vigili expedito, quām in eo quod ignauum vocavimus. Qui dominatu tenentur pituitæ, eos à lethargicis discriminamus, eò quod nec tumeat, nec lieuat admodum, & modicè exudent. In his malum denunciant vigiliæ multæ, vrinæ suppressio, spirandi difficultas & collisum in gutture murmur, sudor miliaris, natibus clisus cibus tenuisque pituita, qui moderatiū affliguntur, infusum aliquem liquorem deglutiunt: vieti verò ad nares relidunt. Fit interdum in his dolor cervicis atq. lumborum, mox epiphænomenon sequitur mutatae oppressionis (quà premebatur cerebrum) in exolutionem, sanguinis nimitum substillum è naribus, idque quarto die, in acutis, hæc conspirant ad mortem. Iam ad curationem venio. Si redintegrabilis videatur sanitas, talia medicamina adferemus, quibus euocari somnus & vigiliæ possint. Hoc est, partim phrenitidis, & partim etiam lethargi remedii locum habebunt. Vrum verò superate debeat, ex notis deprehendemus: si enim phrenitidis ideam referat proprius, eius ad præsidia proximè accedemus. Primum itaque aperiatur vena: nam huius sectio æquè lethargicis & phreniticis studet: maximè hoc peragatur si facies quid rubeat, & febris admoneat, viresq. admittant. Sin nauseat, vomat: pluma inseratur gulæ intincta oxymelite cum succo raphani & oleo: tepidè illinatur. Supposita alum irritantia hic maximè commendantur. Si bilis vis exsplendeat in symptomatis, oxyrrhodion capiti ad-

PRO-
GNOSE.REME-
DIA.

moueatur cum chamæmelis: vel cum Nono oleum: &, inquit, si vigilæ magis fatigant quām somnus, oleo papaueris illinemus caput, aut calyces papaueris incoque oleo, &, si delirium vrget, serpillum. Vel ratione vigilarum inferemus oleum violarum cum lacte muliebri: addi potest vnguentum populneum, vel requies Nicolai. Sed monet Razes ne ultra triduum oxyrrhodinis vtamur. Tunc enim, inquit, sternutationem mouebimus, & rasum caput illinatur sinapi cum castoreo ex aceto. Si pituitæ vis validior emicat, vincula artubus iniiciantur, & crura cum sale & oleo fricentur: & glandibus acrioribus irritetur ignaua alius. Si inducas concedat morbus, utraque materia paretur ad exclusionem: Accipe quinque radicū aperiituarum, & liquoritæ, cuiusque semunciam: coque ex aquâ ad sequalibram, & aceti adiice quattuor vncias: amotis ab igne affunde betonicæ, melissæ, tussilaginis, cichorei, vel endiviæ, scabiosæ, aut menthæ manipulum vnum aut alterum; florum cordi dicatorum cuiusq. pugillum: macerentur tepidè totâ nocte: colaturæ adde syrapi de cichoreo cum rhabarbaro, vel syrapi de fumariâ vncias duas; syrapi de hyssopo vniciam. Deinde purga electario de sebesten, vel Indi, aut diaphœnici, & electarij de succo rosarum, singulis drachmis tribus. vel, Accipe agarici recenter trochiscati, rhabarbari, singulorum drachmam; cinnamomi, zinziberis, cuiusq. semiscriptulum: hæc infunde vino albo & aquæ endiviæ: manè adde colatura mellis tosatæ solutiui vncias binas: misce, fiat

fiat haustus. Tandem robur affletur capiti, temperiem restituentibus & his quæ exhauiunt id quod restibile est. Oleo itaque violato, nymphæ, costino, & lilino illiniantur: his ut decet remixitis eā lege quam exigit mistus humor morbificus. Incoquemus etiam satureiam, thymum, sennillū aceto. Auribus indemus etiam quid castorei ex oleo violato. sternuat, masticet, & gargariset. Utatur pro potu hydromelite non robusto. sitque ratio vixius anceps inter eam quam phrenitidi, eamque quam veterno dicatam esse voluimus.

CAPVT XVIII.

De CARO.

INTER cataphorica mala ~~caro~~; hoc est, inclinationes in somnos, ut neque oculis neque cerebro lucem accipient, sed semper noctem commissis oculis, siue dormiant siue vigilant, caros est habitus eximius semper. Hunc veteres ~~an~~ & ~~ad~~, hoc est, à capite hominauerunt, quia cerebrum occupari videbant cum phantasie exolutione. Etenim ut ~~caro~~ est symptomata phantasie infirmæ, ita sanè caros abolitæ. Est enim caros omnis sensus motusque ablatio, illæsa tamen respiratione; in quâ homo somno profundo opprimi videtur, oborta, dum in angustum arctatur cerebri sinus. Dixi illæsa respiratione: nā maximè hac notâ abit ab apoplexia, quæ perpetuò consecutam trahit violatam respirationem. Scio tamen in vehementi caro percelli respirandi munus, sed tunc propè ad apoplexiā abeunt. Dixi cerebri sinus arctati: nam medius &

anticus oppressi in carum abripere hominem solent: maximè autem media cerebri regio crimen habet. Hæc de naturâ mali, iam ad causas. C A V.
Dixi in arctum redigi sinus cerebri, innuens malum hoc suam hyparxin habere in violatâ organi confirmatione. Sed vnde illi sinus ita præter naturæ connuent legem? id evenit Galen. t.
Perrhet. 2. 29
infarctu, oppressione, vel subsiden-
tiâ. Infarctus primordia sumit à ma-
teriâ quæ non solum copiâ in vitio
est (nam hæc comæ somniferæ est
causa) sed & qualitate. Hinc est hoc
symptoma exolutæ phantasie: nam
exolutionis causa est prægrandis fri-
gida intemperies quam acida pituita
plerumque inuehit. Pituitam dico:
nam cari natura & hyparxis versatur
εν τῷ λύσῃ, hoc est, in resolutione:
quemadmodum ἡ καροχήνει εν τῷ τέσσερι,
id est, in tensione. Atqui non existit
νότος, quin nerui madescant, vnde
exoluitur tonos & robur eorum. Pro-
nascitur autem hæc pituita à capite
præfrigido & humido. Conuenit
enim caros cum lethargo in genera-
tione materiæ, non corruptione: quia
non trahit secum febrem sympto-
maticam: at lethargus habet sym-
ptomaticam febrem: habet enim
suam hyparxin in cœdemate phleg-
monoso, ut phrenitis in erysipelate.
Quin non solum à congestâ cerebro
materiâ hoc malum surgit, verum
& à ventriculo, pituitæ sed: & ex
intestinis: vel ab utero, aut à totâ
corporis œconomia algidâ madi-
daque. Argumento sunt serpentes,
qui hybernâ frigoris iniuitate in
specubus correpti caro, minus vegeti
enecantur. Ita à pituitosis febribus
surrigunt se succi & vapores crassi à
toto

Definitio.

Galen. 4.
cc. 2.
& 5. loc.
ff. 1.

toto corpore in caput quæ vigente febre exspirant. Proficiscitur etiam hæc calamitas ab inflammatione muscularum temporum : nam ibi omnium facillima cerebri sympathia, ex ossium tenuitate, vasorum amplitudine, & subiacētis cerebri vberitate, & nervorum virtute. Interdum non causa infarctus, sed concidentiae causā in angustum sinus capitis se colligunt: cùm nimirum vi morbi animales spiritus exhauriūtur: quod non sine calamitosā vi euenire solet, quod etiam atrocitas dolorū ascribitur per morbos acutos; quorum potentia, disiectis spiritibus, conlectariam trahunt sinus conniuentiam. Præter has causas agnoscit carus compressionem sanguinum cerebri, & cerebri substantiæ oppressionem, à contusione vel fracturâ cranci. His consocia remotiores quasdam causas, ut alimenta stricto frigore algentia & madentia, quæ importunè sumuntur vel capiti admoventur. & ex opio, mandragorâ, fungis, cicutâ. Et etiam sub lunâ jacere capite plenioris causis aucto: & à stomachi repletione validâ, & verminations in pueris nonnunquam hoc efficiunt, & ut dixi, locorum perfictiones in faemini. Hæc causæ cari; iam notas aggredior. In caro antica cerebri potissimum affliguntur; hinc est quod phantasias, & per contagionem medij sinus cerebri cum primis, cogitatio lœdantur, petitque sensus & motus, præterquam respirationis. Succedit carus plerumque febrium paroxysmis: nam ita eum discribunt Paulas à lethargo, quod conlectarius sit vehementiori febri: at febris lethargo conlectaria est. Atta-

men non nego interdum febris expertem esse carum, vt nec illa conlectaria sit, nec præcurrat; cùm primarius cerebri morbus est: nam enascitur à pituitâ algidiore, citra putredinem: ita agnoscimus apoplexiæ febris mithimè capacem. Sed tamen plerumq. caros præambulonem habet febrem vehementiorem, quod alioqui crassior vapor non ita te cerebro immitteret. Magna caro cognatio est cum apoplexiâ: in ea enim nec mouentur nec sentiunt, nec intelligunt, nec meminere: idem fit in caro. Aëtius ait, si pungatur & non sentiat, erit apoplexia: si punctiō nem sentiant, erit cari nota: quamuis nō eius meminere in caro postquam paroxysmum evasere: nam in caro æquè affectur memoria ac in apoplexiâ. Caro itaque occupati, dum punguntur, paucatim partem retrahunt. Notas autem causarum dico breuiter, si nulla cerebri compressio aut subsidentiæ sanguinum causæ prægressæ fuerint, necessarij erit ab infarctu caros, si acerbissimo cruciatu tentatus fuetur ventriculus vel vterus, aut si exhausti fuerint, febris immanitate spiritus, erit à subsidentiâ: hoc testabitur languescens pulsus. Præterea facile interstinguitur à lethargo, in quo interrogati respondent, nec omnino mutescunt. A coramate verò; nam id persenerat toto paroxysmo, & interloquuntur nonnunquam, audiunt, & mouentur subinde. Carotici non sentiunt, si quis illos tetigerit; attamen sentiunt si quis punctet: ita interpretanda est illa Galeni sententia, vbi scribit, § 2. 2. 3. ad cibam. q. y. cibos, ut vobis med. v. 4. L. 2. Vltdò cùm oboritur caros plerumq. causam

Siena.
4. loc.
ff. 3.

I N D I -
C A T I O -
N E S C I -
T R A T I C I .

causam agnoscit infarctum: sed nam illa materia à congestione in capite enata fuerit, aut à ventriculo, vel à toto corpore capiti importata (quod evenit per februm pituitescientum paroxysmos) propriis indiciis elucet. Hæc facies mali & causæ morbiæ iam ad medelam. Diximus in definitione, cerebri sinus in angustias redigi per hoc malum: itaque suadet ratio hos esse laxandos. Et si angusti fuerint ab infarctu, aperiuntur. Quin ille infarctus si agnoscat materie copiam, ea excludatur: fin frigore stricto, ut sit, viscosa lentescat; incaleat, & abstergeatur & attenuetur. Hoc modo ad excisionem cum parata materia fuerit, erit purganda. Dein impressa capiti intemperies frigida erit castiganda, & id robore afflandum calfacentibus & fccantibus, vnaque ventriculus firmandus. Sin mali causa fuerit collapsio sinuum ab exhaustu spiritu, illi fideli nutricatu erit reuocandi. Si acerbus dolor ventris vel vteii dissecerit spiritus, ille mulceatur. Quodsi opprimantur sinus à lapsu vel ictu, illud quod comprimit erit erigendum vel eximendum. Sed priusquam hæc in usum flecantur, noscendum, num redintegrari valentudo pristina possit: quare iam ad Prognosiā. Hi tacito, attamen feroci exitio conficiuntur. quod agnoscent summus præceptor, hoc ad disceptandum proposuit, cum rogat, τὸν κρασίδιον μεταχέιρισθαι, hoc est, an soporari vbiuis malum? Certè τὸν κρασίδιον quod venit à pregrandi intemperie ή πνότη αἰθηκῆ, hoc est, sensorij primi, siue primigenia, siue confessoria sit ut in Hermocrate, siue

à mutuâ contagione muscularum temporalium & cerebri, semper tale κρασίδιον malū est. At τὸν κρασίδιον quod sine villa cerebri offensione fit, quæ firmiter fixa sit, sed tantum leniter pressa, vt in ebrietate, & somno criticō non turbulento, tale κρασίδιον spem salutis praefert. Nam fugat delirium, & cephalalgiam soluit, & in pueris febrē placat. Ita somnus altus & grēque excessilis à causâ non morbiæ, in ægris qui iam diu vigilant superueniens, nocte dieque perseverans, magnum auxiliū ad fert. In infantibus etiam superueniens duabus seriatim diebus, remedium s̄pē attulit. Quare κρασίδιον significat symptomā morbi cephalici & arctioris somni necessarium excessum: vel etiam necessitatē dormiendi, quam peperit longa somni inopia, cum copia causatum somniferarum coniuncta; vt etiam liberalior vini usus, unde copia soporiferæ materiæ. Nisi dicere velimus, id ad cōma referendum, cum bonis ægrorum rebus à perenibus vigiliis superuenit sopora nimirum, vt caros malus semper habeatur: nam ita caros perpetuò cōmate erit periculosior. Si ortum ducat caros ab infarctu, vt pleniusq; fit, excuti poterit, at à compressione vix curatur. Et qui à coincidentiā enascitur sinuum cerebri, periculi plenus est, cū dolori, à quo nascitur, non facilē mederi liceat: nam vterini & stomachi dolores nonnunquam ægiōe inulecentur. Cumque morborum acutorum sanatio maximè in virium integritate spem suam habeat, & caros in hos incidat ex virium iacturā, profecto in angusto sanationis spes erit. Caros dum ad

CURA-
TIO.
2. 2. 3.

meliū se verit, finitur plerumque citra periculum. Aētius curationem cari prosequitur. Trallianus scribit eodem modo curandum, vt lethargus: fortioribus tamē attenuantibus & incidentibus id præstandum. Imō curetur ut cōma somniferum ferē. Actuarius venam pertundi iubet, si adsit febricula, inquit, & temperamentum, anni ratio, & ætas permisserint: exiguā tamen copiā. Alioqui quis in caro emittet sanguinem: certè nullus: nam frigidior est materia cari quām lethargi: neque enim putreficit. Si sit symptomā, respondeat curatio medelis phreniticis. Ut si incidat in cottidianam, vel hemitritaeum, aut tertianam notham, segetur vena: & cucurbitæ humeris apponantur. Initioque oxyrrhodina adferrantur capiti: mox oleo calido cum succo rutæ fiat illitus, & inspergatur puluis ex castoreo, euphorbio, chamaemelo, caryophyllis, nuece moscatâ, stœchade, betonicâ, calamo. Et ineunte hoc tædio fiant frictiones validæ brachiorum & crurum: ita fatigatis partibus vincula iniiciantur. Olfaciant acetum forte. Sed natura febris, cui cōsectarius est catos, perspecta sit. Initium itaque huius cōsectarij cari, eiusque finis admittet eadem, quæ phrenitis remedias; sed cùm suum percurrit statum, vigiliae erunt concitandæ, frictionibus & agitationibus, pilorum tractu, enematum vñ acriorum; primus tamen clyster esto mollis. Dein rausum caput abluatur, decocto foliorum lauri, maiorane, chamaemeli, stœchados, ex lixiuio. Dein perfri-
cetur caput oleo rutæ, cui insit ca-
storeum; mox hoc puluere asperga-

tur caput: Accipe capillorum humanorum combustorum vnciam; ca-
storei drachmas binas: succo rutæ exceptis, posticam & anticam pat-
tem capitinis illine. Excitetur olfactu humanorum capillorum qui mace-
rati fuere aceto: qui exspirent super prunas tetrum odorem. Tandem ro-
boretur cerebrum conseruā acori, diamosco dulci, theriacâ, mithrida-
tio: & foris, oleo castorei, rutæ, cha-
mæmeli, ritino. Si fuerit à primigeniâ
obstructione, parentur succi salviâ, sampsacho, rosmarino, hyssopo, stœ-
chade, primulâ veris, decocto satu-
reiæ, pulegij, cum seminibus quæ
excutiunt ventos, cum passulis, semi-
nibus earthami, agarico, polypodio:
adiice mel. Si fortius purgare velis,
vtatur pilulis sine quibus, solutis
aquâ salviæ. Et quædam horum in-
coquantur aceto, cuius vaporem
forbeant nares. Robora dein mithrida-
tio cum conseruâ salviæ, rosmari-
ni, betonicae: vel sumat manè the-
riacæ drachmam. Sinapismus capiti
imponatur. Sit calidior hinc cibus,
quām cùm ex putidis succis flam-
mat febris, quamvis illa ségnis. Pa-
tum sumat; & id optimè coquat.
Eluatur perpetuò alius, ne quid va-
porum se erigat in caput. Si fuerit à
ventriculi vitio, vt si ille antea doluit,
irritetur ad vomitum: vel detur hiera
cum oleo: vel eo fauces ex pennâ
irritentur. Sin agrè vomat, sumat
hieram cum melle rosato, & deco-
cto hyssopi. Dein oleum rosatum
& acetum fronti tepidè impone. &
enemata actiora abducant fœdita-
tes. frictiones tunc proderunt & cu-
curbitæ. & olea calida vnaque cata-
plasmata stomacho imponantur. Si
Ex ven-
triculo.

ab vtero

ab ytero ortum duxerit, & si ille ante doluit, reuelendum erit, & balneis indulgendum: si menstrualis sit mulier, & ab eâ cloacâ querela, euocentur menses: & emitte sanguinem ex saphenâ venâ. A venenoso edulio obortum cùm fuit malum, propinetur alexeterium, ut theriaca: & cicuta si hoc yitum fecit, porruges vinum giluum: si fuerit ex opio, dasibis mitbridatium ex vino: si hyosciamus, da aquam theriacalem, cum paucō croco & castoreo: vel aquam cinnamomi cum theriacâ. Si à foris admotis ita stupeat cerebrum, illatur caput oleo castorei, & aquâ vitæ. A subsidentibus in se sinibus cerebri cùm ortum dicit, tunc, quia exhausti sunt spiritus, recrurent vires prostratae: ideoque ne vereatis propinare parum vini, efflorescente etiā paroxysmo: modò valida phlegmone non prohibeat: tunc enim succus à carne elitus virilior erit: vel ille qui ex semissimo armo veruecino sèpius confoesso emanat. Ex vino & acero odorem hætiat. A paroxysmo solidorum ciborum usum incant.

CAPUT XIX.

De CATOCHÆ seu CATALEPSI RECENTIARUM CONGELATIONE vel STUPORE VIGILANTE.

QVIDAM hunc affectum ^{γένος} _{μόνον} ^{καταλαβάνει}, alij ^{γένος} _{τρία} ^{καταλαβάνει}, quod eo habitu magis quo correpti erant. Et quilibet harum vocum est homonyma, vocis itaque πολυτήμονες certa & distincta constituatur significatio.

catio, quâ vniuocè sumi possit. Duo significat catoche; nimirum congelationem, & coma vigilans, auctore Æginetâ; qui scribit veteres κατοχὴς appellasse hanc passionem quam recentiores κατοχὴν, quam nunc congelationem dicunt; de quâ nos agimus iam: sed qui Galenum antecesserant, vocabant catochi nomine *Coma vigilans*. Ita scribit Galenus ^{Prophet.} Archigenem & Philippū catochum ^{2. 50.} à comate distinxisse: iterumque eodem libro, vbi scribit Hippocrates, capite dolentes, cum catoche delirantes: id interpretatur de eodem affectu quem descripsérat Hippocrates his verbis, Tremulæ, obscuræ, blandæque. & θυλαρπδεσ, id est, tractabiles desipientiæ, valde phreniticæ, ut Didymarcho in Co obuenit: loquitur de comate vigili. Quin catalepsis nonnunquam significat subitariam vocis interceptionem cum sensus & motus fraudatione, quam ἀφανίει Hippocrates vocavit, veteres θύλαρψι, quæ est secunda apoplexiæ species; cùm spiritus vitalis à cerebro arcetur; hanc phlebotomia sanat. De his non ago iam, sed de congelatione. Quin apud Hippocratem symptomata catocha, non solum dicuntur, quæ vocatam hanc inferunt catochen; sed & illa etiam quæ sunt firma & fixa. Nos hic de eâ passione, quâ detentii κατοχὴ & κατεπεινεῖς dicuntur. Quæ Catoche vel Catalepsis ^{QVIP} propriè dicta, est subita quadam facultatis animalis detentio, tactu, motu, imaginationeque ablatis, in quâ agri eo charactere ac habitu quo apprehensi sunt immoti permanent, affectis maximè posticis partibus cerebri. Stupendum profectò genus

^{3. Lib. 10}
^{§. 6.}

^{Prophet.}
1. 2. 60.

mali, quo ipsa marcorei saxy, quis constringitur ac gelatur subito: dicas Medusam occurrit, ac in rigorem hominem obstuuisse. Huius morbi ideam imitatus videtur Socrates, cum exerceat se in vestigiis patientie: nam a Sole oriente in alterum Solem intonitis constitut oculis, eodemque vultu, & in iisdem vestigiis. Narrat & Philostratus Brachmanus Indorum, ab ortu in occasum usq. Solem intentis oculis contemplati, rimantes secreta quedam in flammifero eius orbe. Dixi in definitione motum auferri & tactum: nam spiritus animalis in singulis partibus, nec solo cerebro, a valido frigore & siccitate concrescit, & ad traiciendum nervos, & etiam in motum conciendos minimè aptus evadit. Hoc autem differt a tetano, quod hic musculi immemores sint tui officij & in otio: at in tetano, etiam si nihil ager videantur musculi, validè tamen insurgunt; non aliter ac quis pendula in celo, pennis misereque concussis pennis volat. Quare tetanus est a depravato motu musculari; at catache a motu abolito. Et vehementer percellitur sensus tactus: nam, vi perhibet Razes, nec etiam pinneti leniuntur: & Galenus scribit illos audire & videre, non tamen sentire. Plautiam etiam considerare dixi: resolu enim haec vis ab hoc malo videtur. Quin dixi esse subito detentionem animalitatis: nam catache est symptomum quod in corpore, & conservari dependet ab infarto. Demonstratio huius rei haec est, quod citior sit, citoque desinit, ad intemperiem referre non licet. Dixi posticas cerebri partes maximè afflent.

*Definitio-
na expi-
cata.*

*Differ-
entia.
tetano.*

*Pterritis.
1. 2. 56.*

*Differ-
entia.
Bmpf. 3.*

*3. Loc.
affil. 7.*

Dubium.

figi: sed dices, Igitur memoria magis labefactari debuit quam imaginatio. Respondeo, Siccitas imaginationi inimicior est quam memorie: unde, quamvis affligatur memoria, magis tamen imaginatrix percellitur. Causas mali rami venemur. Id certum est quod de catuche Philippus & Archigenes memoriae prodidere, eam in tensione quam siccitas fecit consistere: quemadmodum omne symptomata catasthoricum, in evolutione virtutis nervalis, a nimis madore nata. Sic in catuche quasi constricti gelu obrigantur homines, eoque situ quo deprehensi a morto fuerant, perseverant. Hoc fit a stricto quoddam frigore & siccitate quam percellitur cerebrum; hinc tensio praesertim muscularum ophthalmicorum, & ceteratum partium. Nam non solù cerebrum, sed etiam spiritus animalis in singulis corporis partibus concrescit, ac ad permeandum minimè apertis evadit. Id vero non sit quod in astomum adducatur cerebri sinus, a squalida ariditate ac frigore: nam si id foret, non illico ad ad se rediret homo: cum malum dure tam diu, quam percherat eius causa. Quare necessario a conglaciante materia aliquâ primordia ducet. Aetius existimat hanc infarctum esse melancholiaco (est enim sine dubio haec frigida & secca) infarctu cerebrum fatigantem. Ita & Paulus existimat posticam cerebri sedem a frigidâ siccâque materia obturari: ab iunctis vena & cerebri arterias copiam melancholiæ facit nimirum rigi. Galenus melancholiæ hoc ascribit, circa adissionem que nata fuit: simò potius evocâ, qua congelatione

*3. Loc.
ff. 1. 11.
artu me-
dic.*

*C A V-
S A E.*

*Tant. 3.
10.*

*Pterritis.
1. 2. 56.*

latione orta fuit. Sed profectò hæc morbifica materia corporeā mole non gravis videtur: etenim ^{l. 1. v. 7.} potius adferret quām rigiditatem nervorum, si humor densus in cerebri sinus subito illaberetur cā copiā quā rigidum reddat corpus totū. Itaque potius flatulēta est hæc huius morbi causa, vt rectè asseruit Arculanus, sicca, melancholica: vel, vt putat hic auctor, vapor elatus è phlegmate vitro, non putredine contaminatum: nam nonnunquam ternis horis hoc malum cedit, cūrā yllam euacuationem sensuī conspicuam. Hæc flatulenta gelidaque materia, vel congeritur in cerebro, vel illi aliunde inferatur. Congeritur, cūm cerebri fractus titubat calor cum siccitate, vnde secundū redditur in crassos vapores, qui in ventriculos cerebri irruentes, eosdem tendunt, & spiritus congelatos immobiles reddunt. Si aliunde inferatur vapidā illa materia cerebro, ea immittetur à toto corpore, vel à parte aliquā peculiari: atamen quacumque ratione hæc cerebrum inuaserit, tamē catoches auctor nūquā erit, ni comitem trahat frigidam siccāque cerebri intemperiem. Quare rigidi perseverat tacti calamitati hæc homines, quia congelantur illi vapores melancholici permixti spiritibus animalibus, non sine imp̄ficiō algidā siccāque cerebri intemperie. Sed dices, si hæc certa origo mali, itaque melancholici omnes sient cataleptici. Respondeo: non omnis melancholia tam validatē emittent trahit cerebri intemperient; nisi hæc per idiopathiam afflixerit: quin tunc hæc in catochen abire poterit, auctā intemperie

frigidā. Sed dices: vbi adest melancholia, haec abit in mentem, vel in epilepsiam: Hic adest melancho-
licā materia: Itaque abire deberet in
epilepsiam: sed consequens est fal-
sum: igitur & antecedens. Respon-
deo: melancholicus vapor hic con-
crescit valido à frigore, & posticæ
pattes maximè affligunt cerebri:
at in epilepsia & anticæ & posticæ
aqué laborant. Quin, dicet aliquis,
non videtur à vapore nasci malum
hoc, sed potius à siccitate & frigore
comprimente, vnde fit tensio ven-
triculorum cerebri: vel saltem erit à
compressione, vel subsidentia sinuum
cerebri. Respondeo: excludi has cau-
fas ab origine huius mali satis de-
monstratum est à Galeno: nam citò
fit, & citò desinit; itaque non erit ab
intemperie solā, nec à compressio-
ne, nec à subsidentia: sed ab infarctu.
Sed regeres, cūm adest maxima fri-
giditas & siccitas, arctatur cerebrū;
At hæc adsunt in hoc malo: Itaque
ab arctatione, & non à materia fieri.
Respondeo: Id si fieret, non illico ad
se rediret homo; quia tam dia durat
vt causa; sed ternis horis interdum
redit: quia materia est flatulenta.
Sed hoc adfert ex Hippocrate: vbi
ex iictu fit affectus, nulla materia in
vitio est: At catuche oritur ab iictu
auctore Hippocrate: Itaque non à
melancholiā, sed à compressione:
Respondeo: Hippocrates illum affe-
ctum ~~ἐκμετάναστην~~, hoc est, obtrupescen-
tiā appellat: Homines quidem, vt
ibi scribit Galenus, manent oculis
apertis, ac quasi attoniti, vt hi qui
valido metu percelluntur: & deci-
dunt instar mortui in terram: nam
dicit ibi Galenus, indicium est, quod
iictus

ictus penetravit in cerebrum. At in catoche eodem habitu, ut compositus erat homo peruerterat. Sed nonne scripsit Galenus condiscipulū suum ex studiis immoderatis in hoc malum incidisse? sed illa auctores sunt intemperierum. Ita est, sed vna trahunt copiam melancholiae. Sed vngabis nos: Galenus scribit, ut vigiliæ nascuntur ab intemperie calidâ cerebri, aut ob humorem biliosum, ita eodem modo catalepsis fit ab intemperie: si itaque vigiliæ referuntur in intemperiem, ita & catalepsis. Dico rationem clamare non nasci ab intemperie solâ hanc calamitatem, quod citò fiat: itaque opus esse dicimus materiâ frigidâ & siccâ vapidâ, consociatâ intemperiei cerebri, quæ erassem faciat, congelet, & inurat maius ei frigus: quin cùm tali in cerebro cespiteret calidi vis, surrigunt se flatus frigidi & siccii, hi teridunt ventriculos cerebri. Sed quid igitur Galeno ibi in mentem venit, ut solius intemperiei meminerit? Certè Galenus ibi ad causam huius mali immediatam, non autem ad immediatam collineauit. Itaque in catoche locum suum agnoscit intemperies frigida & siccâ, sed non immediata, attamen quia hinc surgunt flatus melancholici. Collimat enim Galenus ibi ad caput curationis: ut, vbi vigiliæ à calore, hoc deleto, vigiliæ cedent. Cùm extinguitur frigida & siccâ intemperies in cerebro, cerebrum curatur à catoche, & extra hoc periculum ponitur. Itaque arx curationis erit, frigoris cerebri castigatio. Quare catoche refertur immediate in obstructionem & tensionem, obortam à flatu melancholico, qui surgit à labefactato calore, ex vitio frigido ex quo laborat cerebrum: & spiritus animales concreti, antiqui motus immemores redduntur, ob imminutos flatus. Attramen dices, vbi nascitur malum, quod aliunde importatur materia, id non egit intemperie vñlā: quare à sola materiâ circa capitib[us] intemperiem enasci poterit catoche. Respōdeo: Ut fiat catoche, non sufficit materia copia, sed opus est gelu quodam, quo maximè algescat vapor hic morbus: etenim marmoris more perdurant homines frigi ab hoc malo: itaque vaporum melancholicorum congelationē opus est: hoc fit à frigidâ & siccâ cerebri intemperie. Alius dicit, Aëtium scripsisse, quandam catalepticum decubuisse tres dies, quarto euasisse haemorrhagiā: itaque & ex sanguine venit. Dicimus Aëtium non loqui de verâ catoche, quæ sit exquisita: sed respexit ad obstupescientiam ex compressione posteriorum ventriculorum cerebri, ad differentiam cari. nec aderat signa veræ catoches. Quin obiici possit, à pituitâ & bile, omnium ex sententiâ, enasci hoc tedium. Respondeo: eos loqui de catoche vigili, quod etiam catalepsin vocabant. Nam à bile corpus non stupet in immobilitate: & certè à pituitâ laxum potius quam rigidum redditur. Est praterea catoche quandam firmiter semper fixa nec leuiter pressa: quæque exhausto cerebro humore primogenio, facit ut attoniti stupeant, eodemque statu maneat quo deprehensi fuerint, ut videantur, nec videant tamen. Inter causas externas est act hybernum, aquiloniâ tempestate asper. & pluia

4. L.

aff. 2.

Ab ex-

ausito.

Externa
causa.

& pluvia algida impetu procelloso feriens caput. & cælum ningidum grandinolum. Ita qui hyeme per Alpes iter faciunt, gelidio concreti animam interdum efflant: & equis insidentes distenti manent cadauer-
tori homines ac frena tenentes. quin & vnâ equi gelu rigentes in vestigio consistunt mortui. Nam spiritus animales afficiuntur in hoc vitio ipsi, & quasi concrescent à frigoris siccitat-
usque vi: propterea enim minimè apii euadunt spiritus ut abducant vim sentiendi & mouendi in partes neruofas: sed iisdem locis quibus intercipiuntur, quieti manent, & hæ partes rigidæ sunt. Liberalior frigi-
de potus stomacho ieuno, inter cau-
cas que à foris sunt refectri etiam pos-
test. quin fungorum elis, aut tor-
pedinis. Nidor etiam argenti viui, &
cerusæ, aut usus opij vel mandrago-
ræ. Et qui aquam fœtidam fatigati
potant, hanc noxiam accersunt. aiunt
etiam ex verminibus intestinorū aspi-
rari hanc fœditatem. & in febrium
paroxysmos incurrit interdum cara-
lepsis. Hæc de causis: ad differentias
pergo. Proprietate hic differentiae nullæ
sunt: nam catoche unicam agnoscit
causam. Attamen inuenias catochen
debilem, & fortē. Debilis, ut testa-
tur Scapio, non omnino auferit sensum
& motum. Nam quidam inge-
miscant, alij iussi linguam exeter-
nituntur, alij obtuse audiunt, sed
muti & immoti: quidam manus
mouent. Quidam, inquit Fernelius,
dum literis sedulò inuigilaret, re-
pentè hoc malo perculsus, ita quidam
obriguit, ut sedens calamumq.
digitis premens oculis in libros de-
fixis putaretur in eorum studia in-

cumbere, donec impulsus depre-
hensus est omni sensu carere. Alterum
mortui ritu iacentem inuisi, qui
neque cernebat, neque audiebat,
neque compunctus sentiebat quic-
quam: facilis tamen inerat spiratio,
& quicquid in os inferebatur, prom-
ptè vorabat. è lectulo sublatus solus
consistebat impulsusque incedebat,
& quocumque vel manus, vel bra-
chium, vel crus inflecteretur, illic
quasi fixum & stabile permanebat.
Expressam quandā dixisses latuam,
aut arte progredientem statuam.
Vna itaque causa catochen facit; sed
an non flatus illi vnde catoche, vel
congeri in capite, vel aliunde impor-
tari poterunt, ut inde differentiae ca-
tochæ nascantur? Profectò si aliunde
afflentur capiti, catoche non nasce-
tur, ni adsit valida cerebri immode-
ratio à frigore & siccitate: etenim
non satis est ut vaporum adsit copia,
verùm opus est praalgido frigore.
Hoc volo, flatus cerebro immissi
longè ibi frigidiores reddi debent:
nam matmoris instat algent homi-
nes isti. Itaque vaporum congelatio-
ne opus est. Differentiae communes:
Est vitium hoc redintegrabile, atta-
men vehemens: nam valido infarctu
tenentur, & longus adeſt à naturæ
lege abitus in parte principe. Conta-
gio abest. Cerebro est analogon à
frigore, at minimè à siccitate. affigit
per idiopathiam cerebrum. Iam ad
symbola quibus noscitur hic affe-
SICKA.
ctus abeamus. Hi stupent attoniti,
hisque est impotentia conniuendi à
siccitate & frigidâ intemperie con-
trariâ cœmati, quod cernitur in con-
niuentiâ penè inuitâ planeque iniua-
sâ. Sed catochi palpebris nunquam
connuent,

connivent, oculosque ostentant firmiter fixos atq. immobiles. Quamuis scribat Paulus, clausis oculis deprehensos, ita manere: quod tamen negare videtur Galenus, cum ab hac notâ illi abire videatur à caro, duni ait, "οὐ μὲν καρπός, κατεπιέσθων γίγνεται τὸ διάφανον ἡ γατάρας οὐδὲ τὸν ὄπονταν. Quare Paulus de comate vigili illud protulit: nā dicit hoc ita ab antiquis vocatum fuisse. Subito in hoc malo homines sensibus cunctis exuuntur, licet vigilantis imaginem praeservant, ea quâ prehensi forma perseverant. Ut si prius genu vel brachium flexerant, eo in flexu perennant; os si fuerat apertum, ita perseverant. Mera idola sunt. Adnitere ut deprehensi inflectas brachium, flecti non poterit: hoc non fit in apoplexia: & oculos claudunt apoplectici. Aspice oculos: nam semper oculi

^{4. De loc.}
^{affect. 2.}

* Hoc est,
Caros
conni-
uētib[us]
fit palpe-
bris: at
h[ab]it aper-
tis cat a-
leplis.

^{2.1. diffe-}
^{rat ab}
^{alii.}

In sopori-
fero affe-
ctu respi-
ratio si fue-
tit

læsa, erit
apoplexia.

libera, tūc
oculi vel
erunt

clausi, &
tunc vel

aperti

catochorū sine palpebratione aperi-
consistunt; cuiusmodi esse solent eo-
rum qui magnâ contentione aliquid
intuentur. At comatosorum oculi
sunt planè grauati, nec potis est ipsos
continere apertos & palpebris expli-
catis. Sed catoche ēr̄ τὴ τάση, vt com-
ma ēr̄ τὴ λύση consistit. Motus pri-
maria ratione aboletur hic, quod sit
affectus postremā cerebri parte con-
ceptus: guttus & taclus, quia pro-
pius recessere à materia, magis per-
celluntur, quam visus & auditus:
maiori enim facultate iis opus est.
Respiratio leuiter impeditur, nec
pulsus admodum extra naturæ li-
neam abit; nec faciei color in pluri-
mis mutatur admodum. Aluus &
vesica immemores redduntur officij
sui, sopito à sensu. Hæc tabella lu-
cidè soporiferorum affectuum dis-
crimen dabit:

^{4. Loc.}
^{affect. 2.}
^{4. De}
^{causa pul.}

adest febris nec superuenit alteri
morbō, & erit lethargus.

adest febris & post aliud morbum
accessit, vel est cum paroxysmo
febris: tunc caroticus ager est.

cum rigido corpore, tunc catoche
erit. *et catoche prī* -

non rigido corpore, partim vigi-
lant, partimque dormiunt; erit
agrypnus comæ.

Si vigilans Coma vigilans
Si dormit Coma soporifera,
Si vigilat Coma agrypnus.

^{INDICA}
^{TIONES}
^{CYRA-}
^{TIVAS.}

Deinde naturâ mali deprehensâ, ad
curationis scopos nos vertemus. Flau-
tus quia melancholici tensionem in
cerebro faciūt, illi erant discutiendi.

Præterea nascitur occasio castigandi
intemperiem cerebri, ne noni flatus
insurgant. Vnâ etiam videndum vt
melancholica materia euacuetur. Sed
tamen

PRO-GOSSIS tamen primum de toto habenda est prouisio. At priusquam remediis agamus, prudenter transigendum, videndumque num sperabilis sit sanitas. Videtur ex natura passionis, Indications has absolui posse, cum mali causa sit dissipabilis fatus. Attamen fortis catalepsis, vix, imò ne vix quidem curatur, ob principatum cerebri. Secundò si iam superuenit, hominem abripit: non enim naturae potis est bis affligi in tam prænobili arce exitiali bello. Præterea non bono loco sunt catochi in febre: nam huiusmodi ferè sunt à translatione materiae siccæ, quæ ipsos & alijs, id est, rubicundos reddit & cephalalgicos: deinde à suppressione alui quæ cephalalgiam auget, peiorumque facit. Et talis catoche, non ita multò post conuulsionis successionem habet. Si in febribus inciderit, grauis est qui fit in algore; minùs grauis in tremore: minùs offendit si citra algorem fiat febris insultus. Quod autem prodidit Aëtius, hanc periculi pleniorē esse lethargo, & quod affirmat pulsum deficere in languorem: is potius de melancholicā phlegmone dissentit, quam de catoche: ut qui admouet capiti pauper. Si itaque redintegrabilis spes adsit salutis, felix accedat manus medica. Quoniam itaque demonstravimus materiam quandam hic cerebrum fatigare cum intemperie frigidâ & siccâ, erit euacuandum, & alterandum. Ratione conceptæ cerebro materia flatulentæ, nō: io nascitur hanc eximendi: & influxuorū, si ab ea metos, & adhuc influentis, auertendī. Conceptam materiam tollemus euacuando: influxuram

auctitemus trahendo irruentem ab affecta sede humorem. In usum itaq. enocanda auertentia, euacuanta, & insidentem cerebro materiam resoluentia. Nec hic cūstanter agendum, nec à paruis auspicandum, ni enim iuves, occideris si curabile malum. Horum autem remediiorum quedam dicata sunt curationi, hoc est, paroxysmo: alia autem præservationi. In præsente atque virgente paroxysmo utemur medelis veterni, hoc est, calidis & siccantibus: nam fatus disici debent: quare ab humidis pax sit. Prescribatur validum clyisma, ex thymbrâ, thymo, pulegio, fumariâ, aniso, sœniculo, epithymo, rutâ, polypodio, elleboro, senâ, colocynthide: coquantur ex iure galli veteris: colatur adiice oleum chamaemeli, electarium ex lauri baccis, Indum maius, vel hamech. Si lenitatis programma exigas: Accipe mercialis, betæ, chamaemeli, anethi, epithymi, stœchados, cuiusque semimanipulū; polypodij vncias tres; senæ semunciam: coque ad tertiaz partis exhaustionem ex aquâ: huius decocti accipe librâ; catholici, mellis anthosati singulas vncias; olei lilini vncias tres: misce, fiat enema. Sed glandes commodiū admouentur ex hierâ diacolocynthidos semiscriptulo, & salis drachmâ, cum vnciâ vñâ mellis puti. Cautio tamen adsit; Si febris iuncta fuerit, præstat eam prius abire, nec antè per os aut sedem quicquam infundere, & solùm, dum paroxysmus febrilis placet, frictionibus crutum vti. Inunctiones & fotus fiant ex calidis & siccis To rz GA remediis. Accipiemus, ex sententia Razis, oleum sabacinum, hoc est,

iasinatum (calet enim secundo recessu) cuius duodenis partibus, vnam iunges euphorbij: vt, Accipe olei seseunciam; euphorbij drachmam. Ita etiam castoreum remiscesmus ob flatus. Accipe olei rutae vnciam; olei spicæ, aquæ vitae, singulas semuncias; castorei, euphorbij singulas drachmas: misce. Commendatur à peculiari vi oleum liliatum: prodest & chamælinum, laurinum. Maximè posticæ parti capitum fomenta admouebimus, occipitio raso ad postremam suturam: Ibi infundes decoctum betonicæ, calaminthæ, verbenæ, lauri, laudulæ, satureiæ, hyssopi, chamælii, meliloti, sabinæ, maioranæ, senæ, sinapi: tres vel quattuor ex his coquantur ex aquâ & vino. Extersus locus illinatur oleis iam dictis; vel Accipe olei lilini, & aquæ vitae, singularū binas vncias; castorei drachmam; euphorbij semidrachmam; sulphuris drachmas duas; fimi columbini semunciam: misce hæc, & stupis cannabinis aptetut occipiti. Illitus etiam fieri poterit ex oleo carui destillato, quod remisceatur cum oleo castorei. Fouete quin occiput licet ex aquâ vitae. Poterunt oleo in eo qui thymbra, hyssopū, castoreum, ammoniacum, bdellium, myrrha, iris, cum vino. Sternutet ex elleboro nigro, cum pipere, cumino, sinapi. semen nigelle naribus imponatur. exhibeatur etiam aliquid quod discutiat flatus, Accipe theriacæ drachmam; mithridatijs scriptolum, infundatur cum aquâ cardui benedicti, ab enemate excluso. vel detur quid diambræ aut diamosci cum aquâ theriacali. Si effœtus fuerit senex

propina aquam vitæ, modò metus absit fundentium se humorum: sit pura hæc aqua, & sèpiùs destillata. Frictiones tiant dorsi & extremitatum artuum: qui etiam vinculis irritantur. Clamores fortes dissipant flatus. Si fuerit à fungis, vomat, & enemate eluatur. Si sit à frigore ^{Ab exte-} _{nu.} congelatus homo, statim in folium dimittatur aquæ putalis: etenim hæc tepet si cum stricto hoc corporis frigore committatur. Nam si aliqui subito calidis dimittantur partes, putrescent: hoc in Noruegiâ & sub polo vñus deprehendit. Dein sensim folio affunde tepidam, & oleum chamælii, liliorum, vñi lini, aut lumbricorum, & sambucinum: vel bruti animantis sanguis immittatur. Cautio sit ne fatigentur balneo: nam vita spiritus his euaniuntur. Dein occiput & spinæ filum illinantur oleo laurino cum medullis, & pauco oleo latetino. Theriacæ fricitur os: rutam inde naribus: auribus instilletur castoreum. Gallineus per dorsum scindatur, & aspersus puluere caryophyllorum, cubebarum, & calami, raso capiti imponatur: id ter repeate. Cautio ubique sit de aceto, ne hoc vñquam admouendum in hoc malo putes: ne pauci spiritus restibiles extinguantur: abstinentium enim à percussione, cum humor vapidus à frigore algear. Atque hæc erunt tentanda, quod euinci possit acerbissimus huius patoxysmū insultus. Iam mitescente malo, vñ eins in metu, aliam curandi seriem trahentis, Etenim præteruationis ratione, opus est calidis & humidis cephalitis remediis. Utile est hydromelitis fœniculati possumus nam hic

Preparatio. nam hic minimè collineamus ad vapores, qui iam minimè in viro sunt, sed ad castigationem intemperie frigidæ algidæque. A paroxysmo fiat balneum ex oleo communi: & cum omnino euigilauerit à feroci hoc malo, coctioni succorum & eorum evacuationi studebitur. Tunc præscribantur syrapi de epithymo, fumariæ, stœchade, buglossa: ex decocto melissæ, lupulorum, betonicæ, apij, sœniculi, calaminthæ, anethi. vt., Accipe radicum buglossi, calaminthæ, fumariæ, singulorum fæcunciam; florū stœchados, buglossi, cardui benedicti, epithymi, singulos manipulos; seminis sœniculi drachmas sex: hordei mūdati vncias duas; paullatrum fæcunciam: coque ex aqua buglossi & betonicæ ad libram; sub finem adiice parum vini, quod nucem myristicam affusam habuit horas duodecim: colatura affunde syrapi stœchados, & epithymi singulas fæcuncias: fiat porus. Purgetur decocto fumariæ, lupulorum, polydij, senæ, epithymi: in hoc diafena solnatur, vel confection hamech, & catholicum: cum syrupo de stœchade. Hæmorrhoides si antè se fundebant, euocentur. Restibilis tandem intemperies corrigatur theriaca, vel mithridatio cum conserua horaginis: & diamosco dulci, pletes archon cum musco commendatur, & conserua radicum buglossi. Bibat parum vini maluatici, vel Hippocratici. Accipe specietum lærificatis Galeni drachmam; conseruae buglossi vncias binas; nucis myristicæ scriptulum; infunde maluatici vini fæquilibet horis duodecim: ter bibat de die. Aqua & radix angelicæ, cum melissa

infusa. Vino indatur maiorana & betonica, eaque à vi splendescientia. Inungat occiput oleo lilino, chamæmelino, amygdalino, sambucino: his inimacerata sint thymus, hyssopum, serpillum, flores buglossi: adiici interduim poterit quid ynguenti althæ. In hoc malo proderit aët calidus: quin panni calidi toti & capiti applicentur. Cibus exactè tenuis in morbi paroxysmo præscribatur, & attenuans, flatisque discussiens. Hydromel propinetur sœniculi quod bibit vim, vel sepiel die nupinatur insculo pulli in quo ciceres decohere. Ratione verò præcautionis sit viretus humidus & calidus, quò cedat squalida algidaque immoderatio. Ab acerosis cunctis abstinendum, vt & ab aliis siccantibus. Vinū bibat album, tenui, subastrigens: de præseruatione loqnor: nam Galenus *3. Simp.* scribit, vino fuluo igneoque se crafle catalepsin. Aët in præcautione huius mali sit calidus & madidus.

CAPVT XX.

De VERTIGINE.

Cerrobantes. **V**ERTIGO ab accideti nomen *NOMEN.* tumlit, quod repentina gyrations oculis ingerat: *Græcis οὐρα;* cùm caput falso circumrotari videatur, *οὐραίνει* vel *οὐραίνει* constat duobus, *λύραι* & *οὐραῖ* (*nā οὐραία* pro gyroque accipitur) in quo falso creditur circumagi caput, ex falso imagine; ac veluti spectris quibusdam visorum mendacium luduntur caligantes oculi, hec Cælio Aureliano dicitur *scotomatica* passio: *Hippocrati οὐραίη*, nam Hippocrati *οὐραίη*, est oculos perueri: à dictione

Quod est.
*Definitio
nem expli-
catur.*

MAQ; quod est oculus apud Iones;
auctore Polluce: aut ab IXX; hoc est,
voluo. Est autem vertigo facultatis
phantastice prava actio, affecta cer-
nendi vi oculisque caligine offusis,
non sine lapsu periculo, orta à con-
nuentibus cerebri anticis sinibus.
Definiuimus ad phantasiā hoc sym-
ptoma pertinere: falsae enim imagi-
nes visorum mendacium ludūt vim
re p̄phantasie, ita ut cuncta & se cir-
cunnotari existimant. Nam spiritus
ministri re p̄phantasie, in anticā hāc
parte turbulentē mouentur à flatu
impuro. Enēm vis illa re p̄phantasie
diffundit suas vires in externa sen-
suum instrumenta: ita ut eorum
simulachra impressa concipiāt. nam
nō dicitur auctor, hoc est, ea pars
animæ que sensu vigeret, eadem &
phantasiæ, & appetitus, & motus fa-
cultates habet. Præterea definiuimus
hanc esse Prauam actionem. nam
animales spiritus, quasi tumultuario
quodam motu agitantur, ac veluti
viteruntur, impuri redditi à sumido
vapore: cuius vi sinus cerebri con-
niuent, quare sedis domiciliique
angustia, exitus spiritibus impedi-
tur; inde tumultuantur illi, & in gy-
rum se voluunt: hinc vertigo &
deprauata phantasia. Adieciimus defi-
nitioni, Affecta cernendi vi. nam
spiritus qui rigant oculos affliguntur
ab angustia & à vaporibus, illisque
comitti, horsum, vorsum voluunt.
Quare cùm vacillant spiritus, simu-
lachorum visibilium vehicula, cun-
cta ita etiam gyrate videntur. Hinc
vel deprauatur visio, vt in hac cir-
cumrotatione falsa: vel acciditor vis
cernendi, vt cùm quasi per nebula-
lam vident: vel visus auferitur, &

dicitur vertigo tenebricosa, hoc est,
iacto & curv' dir. Definiuimus,
Cum lapsus periculo, contagione
posticæ partis cerebri: nam ni fulcio
arrepto sustineant se, labuntur. Scri-
psimus in definitione, A sinuum ce-
rebri connuentia id fieri. nam fit
illico, iterum que abit: hoc ergo non à
dyscrasia, sed à violata conforma-
tione. Est itaque hic partua obstruc-
tio, maior est in epilepsia, at maxima
in apoplexia. Ita quidam morbi
breuissimo evanescunt spacio. Iam
ad causas huius mali propius acce-
damus. Circumagitur spiritus ani-
malis in semiangustiam arctatis si-
nibus cerebri à flatuento spiritu
atque maligno. Flatuenti huius spi-
ritus generatio & impulsus vel est
indigena cerebri, vel aduenia sursum
inferne translatus. Indigena est à re-
pletione particulari, vel intemperie
& cacochymia quadam malignâ
firmiter fixâ, qualis esse solet tinctu-
ra lanarum veneno Aslyrio fucata-
rum: qualis vertigo, in cephalalgia
sine febre & echus varietate, præ-
nuncia esse solet vel epilepsia, vel
apoplexia. Aduena vero vertiginis
causa est anadrome symptomatica
vel critica sanguinis in febre acutâ,
tū vapors sumidos qui vel ab impuro
stomacho, vel à pulmonibus inflam-
mati, vel ab vtero sursum exhalat.
Ita breuiter causas habes, sed quia
caput curationis est harum notitia
exacta, has latius fundamus. Mor-
bus hūc est connuentia anticorum
sinuum cerebri. Connuent autem
sinus ab obstructione, compres-
sione, vel subsidentia. Ab obstructione
cum fit, agnoscit causam coniun-
ctam *ἀρμαλὸν τὸ ἡ ταρσῆδον, τὸ
εταξτόν

1. Lxx.
ff. 2.
C. v.
s. 3.
3. Lxx.
ff. 8.
* Id est,
inæqua-
lem, ins-
balen-
tam &
εταξτόν

ordinis experie motum, tuum humorum, tum spicuum. P A R T I C U L A R E
etiam hunc opus est in modis
ut loquitur Galenus. Ex hu moribus mediatè nascitur vertigo: ex vaporibus inmediatè. Ex humoribus, dum illi in flatus absunt, ita dicit Galenus hos inuadi à vertigine, si sub Sole æstuauerint, vel alià ex causâ si incaluerit caput, vt à valido motu corporis vel animi, & ab assumptionis cibis; vel à materiâ quæ se insinuat capiti maligna, turbulentia, vapida: nam ut fumas in furno circumagit, ita hi vapes. Vapor itaque est causa coniuncta huius mali: nam hic replet ac obstruit sinus cerebri. Hic vapor fumidus nascitur interdum in cerebro, ita ut indigena ibi sit, hoc est, à cerebro protopathia laborante oriatur: vel aliunde, vt sursum infernè transfertur. Cerebrum protopathia laborat, vt si tactu fuerit inteperie frigidâ, vnde synatrismus sit pituitæ, vel, vt auctor Avicenna, melancholia; cui si accesserit calor (vt à rebus non naturalibus) vapor inde surgit fumidus & imputus. vel in ipso cerebro æquo calidore gignitur. Cum aliundè insertur fumidus cerebri sinibus vapor, id fit vel à toto corpore, vel à parte aliquâ infernâ. A toto febre implicito, vel febris expertise. Corpore toto febre correpto fit, à calidis vel à frigidis vaporibus. à calidis, cum vbertas sanguinis calidi & biliosi luxuriat: vt si in tertianis per venas iugulares & arterias carotidas spiritus vaporosus & calidus in cerebri ventriculos se effuderit, maximè æstè flagrante corde. vel frigidus halitus à toto febri fatigato cerebrum ferit, vt euenerit in pituitosis testibus. Vel is vapor proficiscitur à toto corpore febris expertise: vt si vbertas adfuerit acerrimi,

feruidi, & spirituosi sanguinis in bilioso corporis habitu. quod fit ex recursu hæmorrhoidum, & mensium, vnde per venas & arterias caput repletur: maximè corde fetu diore. A parte, vt à ventriculo bile fedato: ita ab hepate, lîne, pulmo ne, viero, totoque hypochondrio inquinato. etenim bilis aluina, peruita fuliginem ad caput transmittit, spiritumque visorium inficit, vel occurrat humoris vaporique frigido cerebri, vnde agitatio & repletio, si nuumque occlusio ferè, inde caligo: qualis in aëre purissimo cernitur, quando fumidâ aurâ nigraque suffunditur. Vel à pituita in ventriculo corrupta id euenerit, vt affuerit Aetna tias: vel in utero, aliisque partibus. In partibus vero his vel coaceruatur humor vnde eructatur fumas; vel aliunde influit, vt bilis à calido hepate in ventriculum: vel à cibis corruptis, cum nimis fecernitur vapor, sed non excernitur. hoc est in spiritum soluitur humor, vt quibus cruditas molesta. Hæ sunt partes vnde vapes surriguntur. Sed quæ sunt causæ vaporum? has ferè diximus. Nam hæ sunt internæ, vel Causæ vaporum.
 externæ. Internæ cause vaporis calidi, sunt bilis, sanguis biliosus, & atrabilarius, febris ætuoli luci: & cerebri calor, qui prolectat vapes fœdos ac extenuat succos. Quin, vt scribit Arætæus, secunda in hoc malum materia pullulat ab hæmorrhoidibus suppressis, vel ab intercep tâ narium hæmorrhagiâ solita: aut si corpus non diffletur sudore. Frigi di vaporis causas iam diximus. Nam quamvis Galenus ad calidum vaporem referat hunc affectum, ubi agit De locis male affectis, non tamen ex-

men excludit frigidum; cùm ibi non agat de causis, sed de locis. Quin in Aphorismis scriptis, Senes ob pinnitam, vertigine tentari: & inquit, hyeme grallatur! Aretaeus caufæ humidae & frigidæ ascribit hoc malum. Externæ cause sunt vel corpus ad vertiginem disponentes, vel impellentes. Disponentes, ut exercitij negliguntur, ita affirmat Cælius Aurelianus affici plerumque vacuos homines, hoc est, sine aliquo exercitio vitam ducentes: cræpalatores & vinolentos; vel consuetos ventrem purgare medicaminibus potis, & ab eorum usu repente desistentes: & ab hemorrhoidibus suppressis. Sic certe cause calidæ & frigidæ: ut aromata, & potus frigidus. Impellentes cause externæ iam paratum corpus, ut balneum à cibo, aëre calidior, inspectio gyrrantium, exercitia immunda, austri flatus, dolor, ira, cunctaque que subito in seruorem & motum abripiunt. Nascitur interdum ob alias causas vertigo: siam si opprimatur in semiangustiam sinus cerebri à frasto cranio, sicut hæc imaginationis depravatio. Normuquam à subsidentia proficiuntur hæc semiangustia, ex dolore dum vires languent, vel à malâ qualitate. Dom Auicenna assertit vertiginem ex inedia infetri, subsidentia hanc sinus innuit: cù stomachus iniuriâ fatigatus modò cerebrum, modò cot. in sympathiam abripiat: & hoc scriptis ex Galeno, qui ait id fieri, nō ex quartis & quintis iactu corporis, sed ex vertigine qualitate, non ergo semper à materia infectu, sed etiam à vitulentâ qualitate. ita ab vetero aliis que ut diximus partibus. Nam, ut ex vulnera capitis, etiam palpitatio dicitur capitis.

3. Aph.
23. &
vissimo.

1. Terla-
rana paf.

Paulus.

Athen.

4. Aph.
47.

ventriculus in contagionem ducitur, adeò ut bilem euomat: ita cùm nimia fame ventriculi fatigatur os, oboritur vertigo. Non quod semper transferatur materia in caput, sed obneruorum qui repunt per os ventriculi cum cerebro cognitionem, ut ait Galenus. Hæc de causis, iam reliqua. Differentia tot sunt hujus mali, quot cause ac diversæ partes unde inferuntur. Est solubile plerumq. malum: verum senes nonnunquam comitantur toto vîa iunere. Est vehementis malum ob partis fatigatæ principatum. à contagio liberum. acutum ratione patoxiuni, brœue, si à frigore fuetit, erit cerebro analogum. Sicna describuntur ab Aëtio ex Posidonio & Archigeno. Eleganter hæc Aretaeus, Tenebræ, inquit, oculis prætenduntur, & caput in turbinis modum circumduci videtur, & auribus murmur (i. flatu) veluti dilabentis cum s. epici fluminis insonat. Aut velat ventus flatu vela percutiens, aut tuberū fistularumq. cantus, aut veluti stridor plaustri currentus obstrepit. Grauitas adest capitis, splendida quedam oculis, inter multas tenebras se se offerunt, sui æger & amicorum ignarus est. Cumque morbus augescit, tunc tibiæ soluuntur, atque humi repunt. Nansea fit atque vomitus pituitæ, bilis tam atra quam flava, quando haec vomitu reiecta, furor nascitur: attra vero, melancholia: pituita exente, epilepsia efficitur. Cælius Aurelianus ait ante oculos sentiri marmorum tractus, marmoritas Græci vocant, sedere volentibus timor, nam secum putant omnia impelli vel cadere. Superiorū corporis sudor.

DIFFE-
REN-
TIAE.

SIGNA.

1. Dis-
tur. 3.

Saturnal. Sudor. Asperatur passio si ex alto inspexit meatum fluminis, aut rotæ vertiginem, & si proni quicquam gesserint. Cut verò mentis arx versari illis videatur, differuit Macrobius, Deprehenso malo, iam peruestigandum quæ sint nota peculiares cuiusque cause morbificæ, & partis ægræ. Notabimus formam mali, partem vnde dimanat vapor, & vaporis naturam. Formam & characterem mali ex agro intelligemus: num nimirum visio accidatur, auferratur, vel deprauetur. & num res & caput volui videantur. Nam auferatur interdum visio, quod maximè conniveant sinus cerebri qui oculis proximi sunt: nam exim ad oculos prohibentur spiritus visorii. Si mollior sit pressio sinuum, sit visio accisa. At deprauata visio non sit adeo subdientibus sinibus, sed spiritibus fœdati a vaporibus: hinc circumagi ac in gyrum res voluntari appetit. Si fortior fuerit, caligo excipit oculos: si maior, casus metum adfert; nam vestigium, gyranibus rebus, figere nequit, non aliter ac ebriis vsu venit. Si sit ab idiopathiâ cerebri, præcurrit validus capitidis dolor & grauitas, aurium sonitus, & aliquis sensuum, vt olfactus, gustus, sensim violatur: & leui ex causâ malum incurrit. Si euenerit a calido vapore, feruidum caput erit: Si a frigore, grauiditas algida percipietur, totus habitus pittinet, mucus manabit, somnus protractior aderit, facies liuescit, nec rubore suffundetur. Quin a cassidis & subtilibus halitibus vertigo, erit tenuis illa ac tenebrarū expersa: nam tenues euanescunt fumi illi in auras: at quæ a pituitâ, tenebras ha-

bet, & diu fatigat. Si à toto corpore halitus exspiret in capitis sinus, totius crimen aliquibus notis elucebit in colore, charactere, mole corporis, & excrementis. Si sanguis toto corpore in vitio fuerit, aderit venarum tumor, carybaria, somnolentia, oculorum rubor. Si bilis, aderunt vigilæ, æstus sine graui mole, pungens dolor, corpus gracile, hirum, & alacre, caput hagabit & frons. Quibus hoc à toto corpore venit, his cerebrum est infirmum: & peplos tempore his insurgit malum, & cum à somno surgunt, vrina illis tentis, pauca: dura aliud, color malus. Si irrepatur vapor per arterias & venas quæ foris sunt, sentitur ipsatum tensio, pulsio, & tumor major solito. Si per internas, intus sentitur tensio & pulsio: si per nervos, dolet collum totum. Si à parte aliquâ eruetur halitus in caput, eius exacerbata à noxa, manifesta fit vertigo: quâ delinita, etiam vertigo placatur: vt si ab utero. & hæc quæ ab aliis partibus, non ita continuo afficit. Si à mezenterio, collum dolete affirmat Arculanus. Sin à stomacho obotiatum, ibi morsus, nausea, oris amaror, & ieiunis maximè. hoc fit à bile. hæc pars & causa fœcundissima est in vertiginem. Nam si à pituitâ fœdatus sit ventriculus, cruditas præcessit: & id habitus temperiesque corporis, & dieta detegent. Iam curationis scopos inducamus ex his causis exploratis. In primis nota nū sit per idiopathiam vel per sympathiam. Si ex idiopathiâ, num iam paroxysmus fatiget, vel num potius eius futuri adsit metus. nam vt primum curandum, ita ultimum præcaendum.

INDI-
CATIO-
NES cu-
ratiue.

cauendum. Ratione itaque paroxysmi, sopia vis erit excitanda, & oppressa surrigenda, ne in apoplexiā degeneret. Prīmō itaque virtus exoneretur, dein excitetur. Quare ante usum erythrorum & sternutatorum (quae vim naturae extimulant) diuertendum, & quæ longè absunt partes fricandæ. Sed si magna fuerit vertigo, balanis accerrimis iuperne deorsum vocabimus. Si à pituitâ capite congelata & flatu, curretur ut dolor capitis à pituitâ. Si aliunde efficeratur halitus in caput, is erit intercipiendus, & renellendus, reprimendusque. Quodsi metus adsit iam iam venturi halitus, sola reuulsione opus erit, prohibendumq. ne aliunde irrepat. dein ut corroboretur caput, ne recipiat iniquum hospitem. Atcebimus ascensum halituum, si prohibuerimus eorum ortum. Vbi à feruido in arteriis sanguine, reprimendum; vel, si per externa vasa importetur, arteriorum viemur. Si à crudo in ventriculo humore, coquatur, si à bile refusa ab hepate in ventriculum, purgetur. Sin à suppressis hemorrhoidibus vel mensibus, aliave euacuatione solemini suppressa, hac euocentur. Itaque commozi spiritus sedentur, vapores euacuentur, reuellantur, alterentur, reptimantur; robora tandem partem. Quæ à foris est remedij non eget; sed h̄i externa, internam concitans, curationem petet, exactâ ea quæ à foris venit, id cōficerimus. Sed cur mouetur à circumrotantibus inspectis spiritus animalis in orbem? quia hi internam causam facuentem habent ei motui, quæ facile abripitur, in contagionem à talis

PRO-
GHO-
S. S.

motus initio. Num his indicationibus satis facere liceat iam videamus, & quæ inde pericula. Est haec paſſio, ut annotauit Cælius Aurelianuſ, laſtū innoxia, hoc eſt, ſine ullo periculo, niſi quis ex alto cadens, ratione caſus potius quam passionis violen- tia petire videatur. Ita ſcribit Hippocrates in Coacis, febres cum ver- tigine tenebricosa coniunctas, mor- tiferas eſſe: nam vertiginofæ cauſe febrium paroxysmis exacerbantur, ita à metaſtaſi apostematis, eſt cala- mitoſa: ut etiam ab eryſipelite vteri. Sed vertigo ipſa ſuā vi, certos pericu- lorum limites agnoscit. etenim tenebricosa vertigo eſt periculofor ſimplice: quia anguſtissimi ſinus ce- rebri argumentum eſt. proximèque abeſt ab epileptiā & apoplexiā. ho- rum enim prænunzia eſſe ſolet, ſi quidem in cerebro localem habeat generationem, ſi que gignatur à flatu crassi humoris. Perleuerans itaque hoc malum, decrepitis apoplexiā, aut epileptiam iam iam denunciat: nam veteres, inquit Aurelianuſ, par- uam epileptiam vocantur. Affirmat vnā Aretæus hanc, aliorum morbo- rum, cùm insanabilis euaſit, initium eſſe: ut maniæ, melancholiæ, & iam dictorum: cuique ſuis ſympomatici- bus accedentibus. Nam cùm ſpectra rubentia obnoluantur oculis, ma- niam: cùr rubore ſaturata, epileptiam preſagiunt: ſpirituū enim & flatuum notant morum contra naturæ ſilium. Quare ob futurum calamitatium metum non negligi debet. Quia ta- men ex ſympathia obrepit, minus periculi adferit, quam quæ ex idio- pathia, ea terreni rerum ſine calamiti- ſosa sociata vi. Scribit hoc Aretæus, vbi ait,

vbi ait, Malum, si capitis symptoma est: malum quoque si cephalææ successit: aut cùm ex vetusta ægritudine principia duxerit. Vehementer hæc passio hyeme, vel verni temporis initio. His perspectis ad curationem pergemus. Cælius Aurelianus non aliam curam huic adferendam suadet quām cephalææ. Si, inquit Aretæus, à cephalææ orta fuit vertigo, curetur ut cephalææ. & si à suppressâ euacuatione, illa moueatur: naturæ namque salutaris est materiæ recursus. Vbi paroxysmus fatigat, siant reuulsiones vinculis extremarum partium, earumq. frictionibus utræ inur, & glande ex melle & hierâ dia-colocynthidos, cum sale acri. Excitetur etiam naturæ tunc vis odoratis rebus, quæ tamen fumis caput minime replent: si sit calida causa mortifica, olfaciant acetum, aquam rosatam. Vbi verò paroxysmus remisit se, venam vide num iure secare possis. Si solemnis excretio tardat, malum verò increaserit, ut in sudorum & sanguinis suppressione, è venâ cubiti sanguis emittatur: Non autem hoc ages vbi à frigore ventriculi malum profertur. Sed vbi plethora adest, acerbo in malo, & ætate firmâ, sectetur vena, inquit Aëtius, ex Archigenis sententia, non vnicâ vice, ne sub-sidant sinus. Sed quænam vena pertundenda? Auctor est Razes, si in paroxysmo facies & oculi rubent, & venæ ponè aures turgent sanguine, east (finito lenitoque paroxysmo) incidens esse: & inquit, cucurbitas tibiis & collo adhibebimus. Sed, ait, si he vena lateat, ex axillari venâ sanguinem deponemus, & cucurbitas tibiis apponemus. Quasi dicat,

si solùm in capite sanguis redundat, venas ponè aures pertundes: vt cùm caput & oculi rubent, & turgent vena. Sin toto corpore redundat sanguis, primò cubiti, dein aurium series venas. Sed semper collinea ad suppressam euacuationē: vt si mensis suppressi, primò pedis, dein cubiti vena aperiatur. ita si haemorrhoides. vide etiam num substiterit aurum sordida effusio. A solnitâ vena viemur oxycrato ex oleo rosato, & aceto; addit Marcellus succum intibi. Vena frontis tandem diuidi poterit, vbi solùm repleti capitis nocte elucent. & hirudines venis capitis admoueantur. Sed si sit ab ardore viscerum, vena erit recludenda: & partibus primùm amotis à capite, mox collo hæreant cucurbitæ. Galenus & Paulus arteriotomiae meminere. Secantur eo loco circa aures & frontem vbi calor, tensio, & tumor arteriæ. Alioquin si hæc absint, nolite secare: nam cùm per carotidas internas se effert vapor, frustra externas sectietis, sed tunc crassefacentibus materialm commiscemus, vt conserua rosata, cum corallis, & succo granatorum. Sed cautio sit, ne qua obstructio subsit viscerum. conserua etiam acetosæ, cichorei, vel bibat per 12. dies manè seri lactis libras tres. Ita ages si à sanguine seruente prodit vapor. Sed si à bile, purga, tamarindis, myrobalanis, rhabarbaro, saccharo rosarum. Fiat non alia sectio quām quæ venis solemnis est. Aretæus laudat ut in angulis vtrisq. hæc sectio fiat. Si quis vereatur de arteriotomia, loco eius hoc ceratum adstringens arteriis apponat: Accipe masticis drachmas tres: pulueris myrtillo-

CURA-TIO.

Paroxysmus cura. Orbe-similis.

Tenuis cura.

Phlebotomia. Paulus. Aretæus.

Leptica-ter Raesi lectione.

Arteria-tomia.
Galen. 3.
loc. aff. 8.
& 6. Sa-
nit. 9.
Aret. 1.
diss. 1.

myrtillorum, coralli rubri, gallæ, cuiusque semidrachmam; olei myrtini, drachmas binas: succi plantaginis drachmas tres, ceræ quod satis sit ut cerati capiat formam. Si validius velis, iunge terebinthinam. *Frictiones* incantur à brachiis, collo, vñque ad pedes: caput in ocio sit, ne repleatur. Tandem ad cauteria eundum. Si inquit Razes, à peculiari membro exspirat, vratur cutis. Quare si caput repletum fuerit à congestâ materia, nucha inter secundam & tertiam vertebram illa imprimemus; vel suturæ coronali, exhaustit enim conges-
tionem. quidā ex fermento & aceto cantharides occipiti post aures apponunt. Cùm verò ex toto corpore cacochymia fœdato frigus exspirat habitus, brachiis & cruribus cauteria inurantur. Paranda etiam est ad exclusionem materia. sed hæc aut est biliosa, pituitosa, vel melacholica. Si biliosa, prescribemus syrum rofa-
tum cum aquâ violatâ & melissâ; serum lactis cum fumariâ; syrum acetosum cum aquâ pentaphylli aut acetosâ: nam pentaphyllum diureticum est; syrum acredinis citreorum, syrum violatum, nymphæ, cum aquâ farfarae; syrum cichorei, lactuæ, papaveris. Si sit pituitosa materia, eam incidemus & attenuabimus citra validum calorem, vt oxymelite, melle rosato, calamintâ, marrubio, stœchade, hyssopo, betonica, centaureo, rutâ, radicibus inulæ, acori, pæoniæ, aniso, carui, rosmarino, euphragiâ, menthâ, maioranâ, galangâ, cinnamomo. Si à melancholiâ illa preparatur syrum de pomis, de buglossâ, de melissâ, de stœchade, &c horum facchato. Ad

Tunc
ta.

exclusionem parata materia cuacue-
tur. Si bilis vitium dedit, viemur manna, myrobalanis, tamarindis, pilulis auricis, syrupo rosato laxatiuo cum manna, ex decocto endiuix, electario de succo rhabarbaro, pilulis sine quibus, & de myrobalanis, electario de pÿllio, hierâ, diaçatholico. Accipe decocti florum & fructuum cordialium vncias quattuor; infunde fumariæ semimanipulum; tamarindorum semunciam; rhabarbari drachmam; agarici (si opus sit) semidrachmam; zinziberis grana quinque: expressioni adde manna vnciam. Cùm pituita peccat, ea purgetur pilulis cochiis; si imbecillior est æger, pilulis masticinis, vel alephaginis dictis à Barbaris (nâ sunt hiera Laponis Galeni) pilulis de hierâ cum agarico, ex pilula vna assairet purgeatur. diacarthamum. diaturbit. Lau-
datur ab antiquis elleborum; iam parato corpore id etiam commen-
dat Aretæus. Scribonius priùs dat hieram, illa enim aut ex toto reme-
dio est, inquit, aut certè cottidie mi-
nuitur impetus vitij, interuallaque maiora accipit, & hoc ipso oportu-
niiores fiunt ad ellebori potionem,
quâ maximè hoc vitium tollitur. ex-
tractum ellebori innocuum descri-
psimus libro secundo Methodi no-
stræ. Si bilis & pituita simul conspi-
ratunt, accipies pilularum de hierâ,
aggregatiuarum, cuiusque scriptu-
lum, vel iunge cocheas auricis. Dein in autorâ sumat mithridatum, vel
theriacam, conseruas anthos, melis-
sa, stœchados, acori; cum diambrâ,
diacalamintâ, diaspolitico. Si à
melancholiâ, purgetur myrobalanis
Indicis,

Frictio-
nes.

Cauteria.

Prepa-
rantiæ.

Indicis, epithymo, sena, pilulis aggregatiuis, & extracto ellebori. A purgatione roborentur viscera, & maximè lien. Dein usus peculiaris purgationis ineatur, masticatotis, errhinis, & sternutatoriis: mox caput roboretur. De his agerem, nisi varij huius mali foci me ad peculiares curationes euocarent, hic ergo de his commodius. Quod facimus hac iam serie. A stomacho si obuenierit vertigo (quod plerumque euenit) pituita leta referto, paretur syrum marubij, hyssopi, de radicibus, de betonica, de stoechade. Dein purgetur melle rosato laxatiuo, cum hierâ & agatico. Accipe pilulari mastichinarum sesquidrachmam: agarici recenter trochiscati scriptulos duos: cum melle rosato laxatiuo fiat massa. sumat interdum drachmam. Postea roboretur ventriculus & cerebrum. Accipe macis drachmas binas: macerentur in aceto horis 12. & misce cum conseruæ betonicae, vel anthos, aut euphragia vnciis tribus. sumat manè iuglandis copiam. Masticet semen carui, & eo aspergeat cibos. vino indat carduum benedictum. Utatur mithridatio, theriacâ, diarrhodone, aromatico rosato, diambrâ, diacymino, diatrimon piperio, acoro, diacalaminthâ, diaspolitico, inulâ ex melle, zinzibere, nuce myristicâ, myrobalanis conditis. Et memor sis, cum à ventriculi impuritate hæc mala surgunt, potius purgatione quam venæ sectione opus esse. Illinatur stomachi regio oleo masticis & menthae. & impone emplastri stomachalis vniciam, cum specierum aromatici rosati, diambræ, cuiusque semidrachmâ: adde oleum menthae,

& parum ceræ. Si verò à bile vellatur ventriculi os, & si vomat ex facili, hausto pulli iuscule, in quo maduit nucis cortex & alari gemme, remixto syrum acetoso euomar. vel à cibo, tepido pinguique iuscule hausto id agat. Cautio adsit ne nimio madore oleique vi nimis mollescat stomachi robur. & fascia stringatur caput dum vomitut. si ægrè vomat, purgetur deorsum cholaphygis moderatissimis, nec ventriculum fatigantibus, vt decocto tamarindorum, myrobalanorum, endiuæ, cum rhodosyrum solutiuo, vel mannâ. Mox firma ventriculum, rhodosaccharo, conseruâ cichorei, nymphæ, & sistemus spirituum motus violentos, halituumque sursum raptus, syrum cydoniorum malorum, & granatorum, miuâ de ribes, succo berberis, diaconio. his interdum iungimus diarrhodon, trionsantalon, diatragacanthum frigidum. ita studemus ventriculo & vnâ hepatis refrigeramus. Confert & aqua lactucæ, violâ, plâtaginis, melissæ, cardui benedicti; & iolapium ex violis & rosis, semen portulacæ. Quodam hoc malum incurrit ab inedia: hic famæ placanda, & stomacho robur addendum, & si qui attracti sunt fædi succi exigantur. agrestâ & vino granatorum intinctus panis offeratur: & interdum vino generoso immersa crusta panis sumatur, pyra etiam agrestia roborant. Si in ipso capite halitus procreatur qui sinus infarcit: is erit calidus, vel frigidus. si calidus, nasceretur à sanguine vel bile. si à sanguine, habitâ prouincione totius, fetis suillis reclude venas narium, quò halitus vnâ cum suo foco

suo foco exspiret. si bilis capite concepta fuerit, vnde ille halitus surgitur, erhinis & apophlegmatismis, vt diximus de dolore capitum à bile, exigemus illam. Euacuatum caput firmetur frigidis; trahat naribus oleum violaceum, cum lacte, vel succo lactucæ. Aretæus viuit rosato oleo cum aceto, & dein his incoquit serpillum, folia hederæ, & spondilij. Si vero ex synnatismo pituitæ in capite vapor exspiret, tunc nec rubor faciei, nec nausea aderit; hic saepè cochiis pilulis utatur suasor est Razes: dein erhinis, apophlegmatismis; & cauterium coronali futuræ inuratur. & interdum puluere caput aspergatur ex stœchade, rosmarino, tosis, caryophyllis, coriandro, calamo, cypero. & à totius curâ, fiat decoctio ex salsa & ligno guaiaco. Hic, vbi à solo capite frigidus halitus prodit, caue ne reuerberes. potius erhinis & apophlegmatismis incumbendum: nam sternutatoria paroxysmis vtiliora quam præservationi à paroxysmo. Aretæus venit ad erhinum elaterij ex lacte, radice ad id vtemur cyclamini, & nigellæ oleo. Commendat Aretæus succum cyclamini & anagallis. accipe succorum betæ, maioranæ, singulas vncias; succi foliorum cucumeris asinini semunciam; nigellæ Roin. drachmam. Cautio tamen adit ne his fortioribus incubamus, dum iam iam vertigo in procinctu est, et si illa frequens fuerit. Accipe passularum, sine acinis, vnciam; hyssopi, origani, cuiusque semidrachmam; acori conditi, sinapi, piperis, singulorum semidrachmam; masticæ & mellis quod satis sit, vel cum oxymelite, fiat masticatorium. addi-

potest itis, pyrethrum, staphysagria. Aetius vititur gargarismo ex origano, pulegio & aceto mulso. Pectinetur caput & fricitur tandem. conficiantur sacculi ex milio & sale, in lartagine ex vino & panco aceto torrefactis. vel ex mastice, olibano, ladanico, iunipero gummi, floribus betonicæ, salviæ, starchados. Autibus immittat parum ex oleo de caryophyllis. Sumat manè theriacam cum diambrâ. naribus nucis myristicæ pars inseratur. vtiliter etiam capitum admouentur illi trochisci quos describit Actuarius in fine capitum secundi, libri sexti Methodi. Sed hæc omnia agenda vbi prouisio habita fit toius corporis. In criticâ vertigine nihil ages. Hæc potio frigus capitum castigat, Accipe foliorum salviæ manipulos tres: seminis paeoniae unicam; anisi semunciam; glycyrrizæ drachmas sex; castorei scriptulum: coque ex vino, fiat potio. Conserua anthos & starchados cum rosata nouellâ, aromatico rosato, galangâ, zinziberis syrupo. Victus formam iam præscribamus. Aer sit lucidus & purus. fugiat crepusculi auram, & ventos Australes, radiosque Solis & lunæ. Odoramenta fiant ex caphurâ, rosis, & aceto: fistunt enim turbulentos spirituum motus. Aretæus inbet vt ex aceto mentham & pulegium olfacent, vultque vt locus sit arboribus consitus, aut herbidus. calidus tamen & siccus aer proderit, vbi à pituitâ languor adest. Si à pituitâ obortum malum fuerit, fruatur diæta tenui inennte malo. Sit cibis flatus expers, stomacho gratus, vitet satietatem. abstineat à fabis, piscibus viscosis, cœchiliis, caulibus, raphanis, auellanis,

Distra.

auellanis, castaneis, crudis humi-
disque fructibus, cæpis, sinapi. Sit
hic ponit tenuans vietus, calidus &
siccus, ut pituita mitigetur. & in se-
cundâ mensâ, quod robore affletur
vetriculus, & vapores ut crassescant,
offerantur pyra cocta, mala cydonia.
& à cibo coriandrum cum aniso,
corallo, & semine pœnæ, vel carui
semine, passim vnde conueniunt.
Accipe diacotonei, conserue rota-
tum, singulorum vncias duas; co-
riandi preparati semunciam; spodi-
j drachmas duas: misce, vtatur à
mensâ, vel deuoret à cibo grana tria
vel quattuor masticis, olibani, & co-
riandi. Procuretur proba concoctio
quæ celebratur in ventriculo & he-
pate. abstineat ab alliis. Si à bile, à
fame caueat, da quæ frenant mate-
riæ ferociam & tenuitatem, ne caput
feriat. sumat hordeum & acetosam,
semen melonū: hæc attenuant etiam.
Razes commendat stiptica, portu-
lacam, pyra, mala cotonea, oryzam,
endiuiam. Si à subsidentia obortum
sit vitium, porrige crassæ facientia:
nam hæc Auicenña dat panem agre-
stâ tinctum, & granarorum succo,
quod vapor reprimatur. Catnes com-
mendat Aretæus ex pinguibus non
pingues, suum pedes & capita, vola-
tilia, lepores, & gallinas. Si à fame,
illico cibi offerantur. Vino arceantur
vbi à bile natalitia hæc prima. At vbi
à pituita, sit viuū potens quod parca
porrigatur manu: alioqui vinum al-
bum tenue modicè bibat. hoc est,
nec copia nec vi caput repleat vinū.
Quietem caput postulat: hinc est
quod ambulatione laudet Aretæus,
& frictionem crurum per aspera lin-
tea usque ad ruborem, deinde dorsi

& lateris, postremò capit is. &, in-
quit, vocibus graibus vtendam:
nam acuta voces capit is distentio-
nes, cerebri pulsationes, & tinnitus
aurium efficiunt: at mediocris vox
capiti prodeit. Gestatio postea pro-
derit longa, citra fatigationem, neq.
in tortuosis regionis tramitibus, nec
affiduis itineris flexibus. sed rectæ,
& longæ, & lenes. Saltum & cursum
laudat Aretæus, pilam reprobat;
quod caput & oculos circumuolat.
Ocius sit ab audiendo & loquen-
do. Nihil capite inclinato inspiciat:
profunda vitet. Alius sit memor
officij, ob difflationem, vtatur mal-
uâ, blito, betâ. In mulieribus cure sit
maximè suppressa solemnis euacua-
tio. Somnus æquè atque insomneitas
his inimica sunt. nam vaporum exu-
berantia torpet omnis actio, hinc
grauitas & soni in auribus, & splen-
dores in oculis. at vigilia cruditatem
facit, alimentumque corpori subdu-
cit. A cibo non dormiat, saltem à
duabus horis. caleat non admodum
caput. caueat ab irâ, mæstitia, cantu,
venere. De Empiricis ait Marcellus,
Si planiâ ulmea caput circumliga-
ueris, & coronatus ita triduo dormi-
ueris, innat. & abrotanum ex vino
sumptum, vel ex oxymelite: vel ve-
tonice fasciculus, ex aquâ nitidâ ad
tertias excocta. Marcellus etiam co-
chleas maiores comedas valde pro-
bat, laudat ut tempora succo betæ
nigræ illuviantur.

CAPVT XXI.

De INCVBIS, & SVCCVBIS.

& de INCVBONE.

INCUBO, quem iōnātlu Græci NOMEN.
appellant, μέση τὸ θάνατον, quod excedo.
quis sc

odij. x.

quis se super hominem extendens, incubere, ac quasi inequitate illi videatur, dicitur. Quidam *οἰατλοῦ* insultorem dæmonem nominarunt. nocturnam suffocationem alij: nam pondere suo pressos grauat ac præfocat.. Pulchrè videtur Homerus huius phantasmatis depingere pericula: Neptuni & Iphimedæ filium breuis æui : nouem tamen cubitorum in longitudine: & latitudine: nouem passuum , cùm nouem esset annorum. hic diis in cælo minabatur, quod & per fecisset, si ad æatem vsq. adoleuisset. sed hunc Iouis filius Apollo interfecit. Ita est: si diu premat hoc malum, eniecat: sed sol calidi natiui exsplendescens fugat hanc perniciem. Themison, inquit Cælius Aurelianus, secundo Epistolarum libro pnigaliona vocavit, si quidem præfocat ægrotantes. &, inquit, quidam veterum epibolen, hoc est, insidiatorum vocarunt; quod hostilis patientibus perhibetur. Quod neque deus, neque semideus, neque cupido sit, Soranus explicauit. Sanè qui incubone infestantur (sensi id ego) veluti ascēdere ac insidere sentiunt suo pectori quicquam. Ego sanè puto duplē causam esse, vnam naturalem; alteram dæmonem. Memini, dum puer essem, me cubare apud matronam quandam optimam; cùm dormiret, ei, super stragula, vir niger mihi incubere visus. manè querebarut incubone se infestatam fuisse. Ego, quamuis puer, nihil de nigro illo audebam indicare, quod minitari si quid protulissem visus mihi fuisset. Quare mulieres olim putabant se à Faanis opprimi, qui hac mali parte tenta-

Faani.

bantur. & dæmon Faunorum faciem induens profitebatur se incubonem esse. Exemplum quæris? D. Hieronymus in vitâ Pauli Eremitæ, *Historia mira*. vbi de Antonij peregrinatione loquitur, ita scribit: Interea conspicatur hominem equo mistum: cui opinio hippocentauri vocabulum indidit, quo viso salutaris impressione signi armat frontem: & heus tyto, inquit, quanam in parte Dei seruus hîc habitat? At ille barbarum nescio quid infrendens & frangens potius verba quam proloquens, inter horrētia ora satis blandum quæsivit alloquium: & cum dextræ manus protensione cupitum insidiat iter: ac sic per patentes campos volitando transmittens se in fugam, ex oculis mirantis evanuit. Stupens itaq. Antonius, & de eo, quod videbat, secum voluens, ulterius progre diebatur. Nec mora, inter saxosam conuallem haut grandem homunculum videt aduncis naribus, fronte cornubus asperata, cuius extrema pars corporis in capratum pedes desinebat. Ad hoc spectaculum Antonius scutum fidei, & loricam spei bonus spei præliator atripuit: nihilominus memoratum animal palmarum fructus eidem, ad viaticum quasi pacis obsides offerebat. Quo cognito gradum pressit Antonius: & quisnam esset interrogans, hoc ab eo responsum accepit. Mortalis ego sum, & unus ex accolis eremi, quos vario delusa errore gentilitas Faunos, & Satyros, & Incubos colit. &c. malus certè ille erat dæmon. Hic nequitia potes, quondam falsâ venere se mortalibus miscuit: succubi viris: incubi fæminis: sese in hominem induen-

*August.**15. lib.**Civit. Del.**22. & 23*

Demones non errant -

IN SINGVLIS PARTIEBUS.

225

induentes. Aegyptij fatebantur dæmonicum spiritum mulieri misceri posse: viris nequaquam. Fallunt sicut à venere mortales credulas: replet enim malâ arte, quisquiliis, veteramentis, scrutis mulierum corpora. Semen enim incubones illi dæmones non habent: nam semen plorimo circumfluit humido primigenio spirituque vitali, qui à corde erumpit humano: quod semen si vel tantillâ morta ab utero disserat, tabescit in eo viuifica illa vis: Nam vel sola virilis virgæ longitudine interdum effectam semen redditur. Dæmones fraudantur cibo & potu, qui ergo semine circufluerint vnde illis veniret libido veneris? immortales sunt, si gignerent illi, iam dudum totum mundi theatru occupassent: & quam turbationem ac deformationem hic novus mundique inuidicis compræ & ornata patetetur? quo monstra horrenda occurserent? vellet certe id malus ille turpitudinis & confusionis antistes. Sed hæc iam dæmonum vaframenta, ab exsplendesciente puro Dei verbo, apud nos fracta & exclusa exulant, hoc remedium, hoc fuga: ita

¶ 54. 91.

Securus atras inter & aspides

Degeſ, ferarum & pignora tigridum:

Tutusq; calcabio dracones,

Et Libycæ catulos leona.

1. Lib. 3.
Somnij
Scip.

Alius verò Incubo ex causis naturabilibus ortum ducit. De quo ita Macrobius, Est quoddam puerus, hoc est, visum, cum inter vigiliam & adultam quietem, in quadam primâ somnij nebulâ, adhuc vigilare se existimâs, qui dormire vix cepit, aspilcere videtur frumentos in se, vel passim vagantes formas, variisque tempestates rerum, vel letas vel turbu-

lentas. Est itaque incubo, actio prava imaginaticis facultatis, quâ aliquis noctu, cum in somnum ingreditur, se à grandi mole incubanteq; phantastice premi inuadiq; putat, vnde oppressionis metus, voce ac motu accisis, anxiaque redditâ respiracione, ex sinuum cerebri infarctu orta, eos incurrente halitu crasso. Diximus imaginaticem lœdi: nam, inquit Razes, imaginantur quiddam ponderosum sibi incumbere, cum tamen interim laborent dorso, musculis, tendonibus, ut piscator ille Theocriti. Quin, ait Cælius Aurelianuſ, quidam ita inanibus afficiuntur visis, ut & se videat credant irruentem sibi, & visum turpissimæ libidinis sibi persuadent: cuius si digitos apprehendere nixi fuerint, fugientem existimant, & Aegineta affirmat quoddam, existimare eum qui in eos irruit audire, verum pressis digitis aufugere. itaque male se suffocari imaginantur. Diximus à grandi mole: id sit ab obstructione sinuum cerebri, quæ à vapore crasso, vnde ferè exitu prohibetur animalis vis ad subditas partes. Hinc manus & pedes impediti sunt, ac præcordia presa. Causa est, quod in mole maximæ partes, egeant valido motore: sed intercepta animalis vis ferè excluditur, propterea que ferè suffocari videntur. Inde scripsit Razes, vocem his supprimi aut incertam & indiscretam edidit. & Cælius Aurelianuſ dicit, pressura adeſt, & quasi præfatio, quâ sibi irruisse quenquam repente existimant, qui sensibus oppressis corpus exanimet, neque clamare permittat. Adiecumus, voce ac motu accisis: nam, ut testatur Actua-

DE FINI
TIO ET
eius expli-
catio.

f rius,

tius, nec yllum membrum mouere queunt. Dixi auxia redditâ respiratione : nam thorax vel animali vi fraudatur, vel ex venis thoracis repletis flatus exspirant. Ultimò definitioni adiecimus, ex sinuum cerebri infarctu: maximè interiorum; nam laeditur imaginatio. Iam ad causas venio eius incubonis, cuius mali causa intra corpus est. Causa proxima mali est obstructio anticorum sinuum cerebri. Sed vndenam impediuntur hi? Scripsit Posidonius, vaporem crassum & frigidum ad cerebrum deferri, qui infarciunt, notatamen exactè, sinus cerebri; vnde exitu prohibetur facultas, quò minùs exilire in nervos queat. Generantur plerumque halitus hi in præcordiis, vnde diaphragma & thorax premuntur, & inde elatis vaporibus cerebrum afficitur. Impedit is vapor motum thoracis, eaque oppressio mouet imaginationem, vt existimet thoracem ab aliquo premi. vnde pauor, metus, anxietas, & plurima mortis imago. quibus halitibus difficultà tenuatis, tenues evanescunt in auras, euigilatq. homo etiamnum horrens hæc occursacula & idola. Interdum & in capite ipso gignitur crassus ille halitus. In nonnullis pars orificij superiori stomachi maximè videtur hoc affectu premi; deprimitur enim ipsa cartilago xiphoides, quæ orificio stomachi respôdet. id fit à crassâ pituitâ, vel humore melancholico; sèpiùs tamen à pituitâ, quin illi fatetur interdiu sibi onus incumbere vetriculi regione. Auicenna dicit hunc vaporē exspirare à pituitâ, melancholiâ, vel sanguine crassiore. hic vapor inenunte somno, subito re-

C A V -
S A E .

Antium.

pit in cerebrum: qui alioqui per vigilâ motus resolutur, & in somno non æquè ac per vigilias liberè spitemus. Crapulosos, inquit. Egineta, & assiduâ cruditate tentatos inuidit. pueris & pinguibus familiare est malum. Auicenna affirmat ab aëre frigido incubonem etiam nasci: is enim exprimit halitus in cerebri sinus: & ex imminentibus lunaे radiis. Sed à crapulâ præcipue nascitur: nam onustus venter fumos ad caput eructat. propterea scribit Cælius Aurelianus, affici maximè crapulâ vel indigestione iugi vexatos. à cibo etiâ flatulento incumbit. Sed quid differt huius causa à ceterorum affectionum causis? vertigo fit à tenuiore halitu: carus à materiâ oboritur: catoche à gelido humore & melancholico. Signa ex iam dictis accipe. SIGNA.

Innitentis mole præcordia stringi putant: vox supprimitur his, vel incerta & obscura cliditur, si altum inclamare nitantur. propterea inquit Suida, βαλαζων quibusdam dicitur. fortè à βαλαζων, quod est inarticulatè loqui. motus his est difficilis; imò, inquit Actuarius, aliquando manent immobiles, deinde verò multo labore & conatu, subito excussâ molestia, è somno exiliunt, tenuato iam discussoque spiritu, eluctantur. Cùm somno surrexerint, ait Aurelianus, faciem & transforonis partes vuidas & humectas sentiant, attestante grauedino ceruicis, cum tussiculâ leui, pallor & tenuitas corporis: nam somnum timendo non carpunt. Signa causarum sumuntur ex ratione vitæ, quam iniit homo ante: ætate, anni tempore, &c. Et phantasmar, inquit. Auicenna, tingitur

*A reli-
querum
affectionum
causis ut
differat.**SIGNA.**SIGNA
causarum.*

tingitur eo colore, quo excellit succus vnde dimanauit vapor. Si itaque fuerint phantasmata rubra, erit à sanguine. si alba, à pituita; & his albido plumbeusque est color. si à melancholiâ, tristes sunt. si venerea, est à semine: nam his frequens est *drygaster*: est autem onirogmos somnium semen prolectans. Per idiopathiam si euenerit, sonori ad- sunt in capite flatus, & vertigine tentantur, & caput primum in querelâ fuit. Sin per sympathiam affligantur, symbola aliqua partium affectatum enitescent. Contagium huius passionis causa non est: quamuis referat Silimachus, Hippocratis se- cator, contagione quadam pluri- mos, ex istâ passione veluti lue, apud urbem Romanam confectos. Iam ad curationem. Indicationes curandi, ex indole affectus qui contra naturam est rite explorata captari de- bent. vapor est causa, obstructio sinuum est morbus, incubo est sym- ptoma. Cùm itaque materia mor- bifica originem mali dederit vnde eriguntur vapores, orietur notio hanc excludendi, & à capite auertendi, attingandi & discutiendi, & robo- randi caput, nè vapores aliunde elatos admittat: & si qui adsint ut dis- euntiantur. Et si concepta intem- pories in cerebro fuerit frigida, nasce- tur indicatio calfaciendi cerebrum, à purgato toto corpore & capite. Sed priusquam ad curationem manus admoueamus, explorabimus num hæ iam positæ indicationes absolui à medico possint: & quorum pe- nicipiolorum metus impendeat, quod prædicti possint. Quare ad prognos- sis pergo. Est solubile malum, vñfē-

mens ratione paroxysmi. Attamen, teste Cælio Auteliano, non semper incumbit incubo sine periculo salu- tis, quosdam enim interfici präfo- catio, vt pueros & obesa corpora. & Scribonius scribit, vitæ periculum interdum inde afferri. Sanè grauio- rum morborū anteambulones sunt incubi. qui si sèpius incurant & grauius premant, & diu fatigant, saevioris iam iam futuri mali præ- nuntijesse solent. qualis est morbus comitalis, cuius est quasi quædam tentatio. & apoplexiæ metum adse- rent, & insanæ, inquit Ægineta & Auicenna: dum, ait Aëtius, paula- tim in ventriculis cerebri crassus hu- mor coaceruatur. quod enim halitu- osius erat, frigore crassiorum par- tium euadit; nec facile, sicut prius, perspirans. Ex pituita incubo abit in epilepsiam vel apoplexiæ. ex attri- bile, in manam, à sanguine, in spal- mum, & subita suffocationem cor- dis. hinc scripsit Auicenna. Si cordis palpitatio successerit, pessima. Pessi- mus incubo est ab idiopathia cere- bri. Grauis interdum hæc euenit CVRA.
TIO. passio, veluti quæ sit antesignana apoplexiæ. Quo autem rectè reme- diari huic symptomatis cause, hoc est, morbo possit, eius causa erit abi- genda. hoc obtinebimus accommo- data pharmacia, & vietus ratione rectè institutâ. Si sanguis copiâ lu- xuriarit, vt euenit à solemani euacua- Chirur-
gic. tione suppressâ, & in corpore pleno, licebit venam pertundere: modò artas reliquæ que indicationes non reclamant. Idque fiat tunc magis, si capitib & collib dolor molestus esse perget. Cælius Aurelianus etiam hoc audet in plurimâ stomachi querela:

& hinc vagit ex oleo calido. Si à suppressis incubo sit mensibus, apertantur venæ malleolit aut cucurbitæ crurū suris affigantur ex Razis snasu, qui eas loco venæ sectionis posuisse videtur. Aurelianus verò ex utraque parte guttis, quam Græci anthereana vocant, nos rumam. Quidam venam frontis & linguae secat quod ages dum prouisione totius habitæ, plethoricis à causis premitur caput. Quin cauteria à capite reuelentia proderunt. Præparentur succi ad exclusionem. Si à pueritâ, eadem usui erunt, quæ in epilepsia. A vomitu & clysteri, parerunt materia decocto calamintæ, thymi, thymbræ, chamaedryos, chamæpyt., melissæ, anisi, pœoniæ, betonicæ, inulæ, seminom citreorum, macis, nucis myristicæ, caryophyllorum. Scribonius Largus & Marcellus laudant hyssopum & marrubium. Addimus his oxymell, syrum stœchiados, menthæ, absinthij, marrubij, hyssopi, vel propinamus mulsam cum hyssopo, origano, & talibus. Si fuerit à sanguine, offeres decoctum fumariae, lupulorum, ceterachi, capillorum vicheris, boraginis, cassuta, florum cordialium, passularum, sebesten. Adiicimus syrum de cichoreo, & de bizanziis. Si à melancholiâ, mitigetur illa decocto buglossi, scabiosæ, fumariae, florum cordialium, radicum aperi-tuarum, corticis tamarisci & caparorum, radicis pœoniæ, inulæ, glycyrrhize, seminis anisi, melissæ, passularum. His consocia syrum fumariae, byzantium, & de epithymo, de scolopendrio, de cichoreo, vel mel rosatum. Parata materia, aperisque viis, excludatur. Si à pi-

PRAE-
PARA-
TIA.

PVR-
GAN-
TIA.

tuitâ, vomat ilico, & enemate vtatur diaphorico, diacarthamo, diatur, bīch cum rhabarbaro, electario Indo, pilulis de agarico, & coccis; nam has laudat Razes: ellebori extracto, Cūm à sanguine, diacatholico, manna, fumariâ, electario de ptylio, & talibus purgamus. Vbi à melancho-licâ materia vitium fouetur, purga senâ, epithymo, myrobalanis, diacatholico & hatuehi, cum decocto melisse, pilulis de fumariâ, accipe foliorum senæ semiunciam: mace-rentur in diluto fumarie & anisi: colatura vncis quatuor adde syrapi de epithymo vnciam: de buglosso semiunciam, tandem ad elleborum extractum eundum. Postea roboretur caput. Quando pituitæ vitio malum enatum fuit, hac exclusâ, sumat conseruam rosmarini, vel calendulae, lauendulae, electarium exhilarans cum conseruâ ménihæ, sumat hæc sub noctem, sub autoram verò propina theriacam, mithridatum, auream Alexandrinam. Commendant veteres pœoniæ nigra si quis acceperit grana quindecim, trita & mace-rata in aquâ pœobia. hæc dantur quatuor horis ante prandium; & id agat integro mense. Præterea decoctu guaiaci & sassafras utiliter præscribitur cum pœoniâ. Accipe theriacæ drachmā, angelicæ scriptulum; aquæ angelicæ, & cardui benedicti cuiusque fescunciam: fiat potus: vel aquis illis adde aquæ theriacalis drachmam. A sanguine si fuerit in-cubo, sumat sub noctem pomum au-rantia, myrobalanos conditas, cum semine pœoniæ & cotiandi. A me-lancholiâ enato malo, vienit conseruâ boraginis, melissæ, citri conditis cum cor-

Rosor.

T O P I C A.
 cū cortice, cornu asini Indici, bezorat.
 Fortis admonet Cælius Aurelianus,
 diachylon, & diameliloton, & dro-
 pacem. Accipe picis partes quinque;
 olei spicæ vel mastiches, partē vnam;
 calidè admoueat, sed ne pertina-
 ciūs hæreat, detrito linteolo impli-
 cetur. Si incurrit à nocturno frigore,
 oleo rutino, costino, laurino, anethi-
 no vngatur caput. Sacculi singantur
 indiro rosmarino, chamæmelo, stœ-
 chade, caryophyllis, mace, styrace
 calamitā, beniouino. Quodsi ab hu-
 nido aëre immineat, illinatur caput
 masticino, absinthino, adiecto ca-
 rtyophyllino. Aurelianus stomacho
 etiam admouet linteæ ex oleo calido,
 caput etiam purgetur gargarismis
 ex decocto hyssopi, cum oxymelite,
 masticet pyrethri cōditam radicem.
 Infantuli hoc malo occupati gemūt
 ac quassantur dum dormiunt, ex-
 cussi mox somno Giulant atrociter;
 calor & color illis alienus est à na-
 turæ lege, & anima que saret. Casti-
 getur improbum lac qualitate vel
 copiâ, ne corruptatur, desinatque
 stomachum yelicare. Cibus omnis
 extra noxam sit copiâ, & vi suâ, du-
 ros vitet cibos, & etiam vinum. Si
 purgandus, id fiat melle rosato. Ven-
 ter foucatur decocto absinthij, &
 rosatum ex vino rubro; etiam cerat-
 um stomacho admoue. Corallum
 rubrum appendatur ventriculo, in-
 sperge quid pulueris archon vel dia-
 moschi cibis. Vixtus ratio eorum qui
 hoc malo inequitantur, hoc modo
 ineat. Loco dormiat modestè cali-
 do: vitet ne bulosas sedes fugiat Solis
 æstum, Lunæ radios, gelu, ventum,
 ignem, fumum. Vixtum tenuantem
 & incide atem prescribit Razes, ybi

à pinita, imò Cælius Aurelianus
 diatruo illis imponit; & hinc cibum
 simplicem, facilem, paruum, forbi-
 lem, quin, auctore Egineta, tenui
 qui vixta vtuntur, ab hoc liberi sunt.
 Lattrante itaque stomacho cibum
 ineat. fugiant cibos duros, & vete-
 rem carnem bubulam, & ceruinam,
 grandes aues, & in aquis escam ca-
 pitantes, oua frixa, caleum. Cæna sit
 frugalis; & à flatulentis abstineat.
 Condiantur cibi betonica, maiora-
 na, rosmarino, &c. Utantur carne
 vitulinâ, veruecinâ, auibus monta-
 nis, piscibus saxatilibus, capparibus
 ex oxymelite. A cæna, vt arceat va-
 pores, partem accipiāt talis edulij:
 Accipe diacotonæ, conseruæ rosa-
 rum, singulas sesuncias; coralli pul-
 uerisati drachmæ; coriandri drach-
 mas binas: seminis pæoniæ drach-
 mam; macis, cinnamoni singulos
 scriptulos: addi possunt semina cu-
 minantia, mentha, caryophylli. A
 sanguine si sit, dehortandum erit à
 dulcium ciborum esu, & à vini po-
 tut nam sanguinis copiam suggestū.
 Bibat meliceratum hyssopites: qui à
 pinita fatigatur bibat cum radici-
 bus incoctis fernieuli, & cereuisiam
 mediocrem, in fine pastus non bi-
 bat. Non accedat lectum nisi tres
 horas à cæna, hoc est, cùm in imum
 ventrem dilapsus est cibus: nam ita
 vapores non incident caput. Vitet
 supinum decubitum; is enim caput
 replet. Circa lectum sternatur ruta,
 thymus, pæoniæ radix, lauendula,
 nigellæ semen. Puer etiam ilico à
 cibo non dormiat: mel lingat: & so-
 lus non cubet. Venus vitetur. Exer-
 citationem inferarum partium præ-
 scribit Razes, & frictions. Densi-
 pectinis

EMPI-
RICA.

peccinis capillorum decursionem, capitisque detorsionem prescribit Aurelianus. Collo gestet corallum, & paeoniae radicem, pyriten lapidem. lupinâ pelle tegatur noctu: ita mormonem hunc fugabimus.

CAPUT XXII.

De EPILEPSIA, seu morbo
Comitiali.

HOMEN.

EPILEPSIA vocabulum summis, quod sensum atq. mente in pariter inopinatoque apprehendat. ab ἐπιλαγήσει, quod est apprehendo. vel quod ἐπίληψις à dæmone occupati crederent. Hac eadem de causâ sacrum dixere morbum, vel quod diuinitus putaretur immissus: sive, ut ait Aurelianus, quod sacram contaminet animam: sive quod in capite sit, quod sacrum templum est animæ, ut aiunt philosophi. In capite enim, dicit Hippocrates, nobis latitiae, voluptates, risus, lusus, mares & anxietates, sapientia & intelligentia, cognitio turpium & honestorum. quasi dicat, natura est diuina; ea autem maximè elucet in capite. Verum & aliâ ratione hoc nomen habet, aut ob magnitudinem (omne enim magnum, sacrum dici consuevit) aut quod non humanâ ope tolli queat, sed divinâ: aut quod dæmone correptus homo esse videatur: aut ob haec consociata, morbus sacer appellatus est. Veteres etiam ^{10. lib. 1.} ^{*insuperabilem.} appellantur, Sōnticū vertit Gellius. vocant & ἐπιληψίαν: quod *πέπληται σύντηξις significent. Hippocrates etiam ^{musikor mēs} nominavit, utpote solēne pueris madidioribus. Quidam Elephantisini appellantur, à magnitudine. Plurimi Lunaticum

dixerunt, quod lunâ sub Sole latente nati, hoc occupentur. in sacris literis lunatici dicuntur quorum morbus lunâ ascensu increbat; quod diabolus lunaria seruet tempora, ut creaturam infamet, in creatoris blasphemiam. ita *συμφοράς* appellantur *σταλωτές* *σύντηξις*. & luna praest frigenti humentique naturæ. Latini etiam morbum caducum, & comitialem denominarunt: quod in comitiis & hominum frequentia maximè innundat. Deterium genus morbi. Plinius suâ ætate (quod nec iam insolens) ad nomen epilepsia despuit suatum scripsit. Quæ trepidatio dæmōnissimo medico Aretæo hanc sententiam expressit: Varium & portentosum genus morbi est epilepsia, terribilis utique, in accessionibus percutitus & perniciösus, quādoquidem accessio una hominem rapuit. At si vim morbi ferat æger, molestè tamē vitam dueit inter fœditates, ignominias, & dolores. Nec facile recedit, sed æstatibus melioribus, & pulchriori tempore viger. Triste spectaculum, turpis & eius fitis, cum spontinâ alui & vesicæ solutione. Exhortescō quories laboriosum & periculi plenum malum in mentem venit, eiusque fœditas, & calamitatis opprobrium. Si se in accessionibus spectarent ægri, & quæcumque patientur cernerent, non ultra vitam ducere tolerarent. Verum quæ singularis atrocia fœdaque insunt, sensus priuatio intuendique sublata facultas abscondit. Tam fœdâ calamitate Aristoteles solū hominem inter cuncta animalia rapi dicere videtur, ubi querit, Unde sit quod vni anima illam cunctorū oculi per limitatem deprauen-

calemi-
ta bimac.Salut bo-
mo an epilepsia ten-
tatur.

10. Lb.
23.
DEFINITION. depraventur. Plinius verò coturnicetes damnatas mensis prodit comitalem propter morbum, quem solè animantiam sentiant, præter hominem. Eadem ferè Iulius Solinus in Polyhistore. Plutarchus caprā etiam hoc morbo tentari refert, proptereaque veteres sacerdotes, eā, vt morbidā abstinuisse; quodd gustantibus, aut tangentibus modò, aliquid morbi eius afficitur; & qui eo tententur morbo, similem capellæ vocem ædunt. **E**st autem Epilepsia, iniussa vniuersi corporis conuulsio, cum læsione sensuum atque mentis, quæpæ ædit cerebri proritati contrac-tio, mox spinalis medullæ, & inde neruorum omnium, motui atque sensui præfectorum. Dixi esse Con-uulsionem. est enim spasmus totius corporis, non tamē perpetuus. variè, modò hæc, modò alia mouentur, nonnunquam cuncta simul inæquabiliter quatuntur. vnde Razes inquit, in terram subitò cadit, ac conuellitur. Dixi, Vniuersi corporis, subiectum tamen morbi est cerebrum: at symptomatis subiectum est totum corpus: nam mōribus est conniuentia sinuum cerebri, oppresso cerebro in concuillione ad excussionem; vnde conuulsio vniuersi corporis per contractionem ~~et~~ ^{et} ~~mōribus~~, id est, propaginum, qui tamen nerui ~~intestinorum~~ non affliguntur: cùm cerebro ab iniuriâ vindicato, membris ilico usus redeat. Dixi, Cum læsione sensuum atque mentis, vt discriminaretur à tetano & eius ideis: nam epileptici non audiunt, non sentiunt, ne quid circa illos sit meminere: nam his ratio & memoria læditur: quare, caligante animâ, non vident, statumque

sensus, vt loquitur Theodorus Priscianus, penitus alienat, inde enim dicta, quod sensum atque mentem pariter apprehendat epilepsia. Non itaque sentiunt, quia spiritus eò non perueniunt animales: vel quod communis sensus sit caligine obductus, ob nimiam cerebri compressionem. id ei evenit quod homini cogitabundo, qui prætergrediuntur familiares, quamvis apertis oculis, non videt, locumque ad quem tendit præterit: occupata aliisque conuersâ mente, nam, vt scribit Quintus Horatianus, mens à propria sede exterminata, gravius attentatur: vnde antiquiores sub religionis cuiusdam imagine, sacram passionem nominauerunt. Dicet quis, per unum nervum cum desertur sentiendi & mouendi facultas, non poterit motus persistere, sensu extincto. Respondeo, vt sensu fiat, duobus opus est, alteratione instrumenti, & huius alterationis perceptione: at hic sensus communis præpeditus est, & alterationem in instrumento factam non percipit. Dices, Auicenna ait sensum non prorsus tolli, vult dicere quod actio communis sensus, impedita est, et si prorsus extincta non sit, vt dormientibus. In definitione scripsimus hanc edi à cerebri proritatione. illa etenim proritatione contrahitur cerebrum in semiangustiam, ab illa viscosa materia, vel aurâ malignâ & venenata: ita ex corrupto lemme circa locos, sursum quid effertur. illa malignitatem cum abigere à se nuditur cerebrum, in semiangustiam se arctat: nam hæc nasci potest à subsidentiâ, vel obstructione. etenim assertit Galenus cerebrum non aliter expellere posse

posse ac ventriculum. Adieci definitioni, Spinalis medullæ: cuncti satentur sinus cerebri anticos & posticos in quæstela esse. sed Galenus sexto Epidemion penultimo Aphorismo, præter hos sinus meminit initij spinalis medullæ. verum hoc locum solum habet in contumaci epilepsia, quæ per idiopathiam solum enata fuit. Sed semper hic affligitur cerebrum: dum enim Sol splendet, luce eius totus mundus non fraudatur. Sed dices, cerebrum tamen non sentit; igitur non prorabit ad motum. sed quæ exactè sentiunt, sunt sensus principia: talia membranæ. Respondeo, propriæ qualitates rerum quarumlibet comites sunt substantiarum, quarum sunt propriæ qualitates: at medullæ nervorum proprium est ut sentiat & aliis sensum præbeat: Ergo cerebri etiam medulla sentiendi vi prædicta erit: nam eiusdem est cum nervis substantiae: solâ siccitate & duritate differt. Quod verò membranæ accurate sentiunt, nō probat sensus esse principia: sed apta esse docet, quæ hoc modo sensus vim recipient. Vt quod aqua validè humectat, id Peripateticis non persuadebit aërem non omnium humidissimum esse, quamvis non æquè conspicuò humectet ac aqua. Si veram est cerebrum non sentire, hoe fieri potest ineptitudine instrumenti: nam validè humer. Si dixeris optimè ad sensum comparata esse instrumenta humida: dicam, non quanti mecumque humida esse debent, sed symmetriā quadam. Nec sentiunt membranæ, nisi nervos aliquid recipiant, nec nervi in se & ex se has vires habent: sed à cerebro

continuò accipiunt: eo modo ut aër lumē à Sole. sed sunt instrumenta & vehicula facultatū & spirituum quæ fluunt ex admirabili cerebri fabricâ. Nec spiritus sua substantiâ, sed quoad est perfusus radiis animæ, solum adfert membris. Et Galenus non inficiatur ventriculos cerebri sentire: nam inquit quosdam actia attracta, in profundo cerebri sentire. Addidimus definitioni, Inde nervorum omnium: non quod hæc conuulsio epileptica sit nervorum conuulsivâ causam intra se habentium, nimirū repletionem vel siccitatem: sed quod, ut ait Aurelianus, afficiatur omnis nervositas, sed principaliter caput. Hæc de definitione: nunc ad causas. Morbi origo est mirabilis, inquit Aretæus, & præter hominum opinionem, quippe nonnulli hominibus flagitosis à lunâ immitti existimant. Variè & doctè de eius causâ disputat T. Erastus parte quartâ contra Paracelsum, & D. Scheckius fol. 9. Disputationum physicomedicarum: hinc qui subtilibus delectantur habent. nos breuiter quæ curationi opportuna sunt adferamus. primumq. socrum mali exploremus. Totum corpus concuti hoc in malo diximus, ac sensus laedi: itaque principium sensus & motus, nimirum cerebrum affligi consentaneum est. In cerebro tria spectantur, membranæ, cerebri substantia, & sinus, in sinuum affectibus, motuæ facultatis actiones corruptiuntur: sensitivæ auferuntur. Ergo morbus qui laedit erit in malâ conformatione, nimirum in cauitate angustiore reddita. Hæc autem angustia sinuum cerebri, nascitur ab obstructione, vel à subsiden-

subsidentiâ. Obstructio nascitur ex humoribus vel vaporibus crassis.

3. loc. eff.
4. Hoc est,
percep-
tum autem
hunc affect
et nasci
ex crassio
succo ac
gumeto
est; quod
& subi-
to sit, &
solutur
confe-
stim.

Pletumque, inquit Galenus, ex humoribus crassis: vbi ait, *ἀεὶ δὲ οὐδὲ μέχθη χρυσὸς γίγνεται τὸ πάθος, καὶ εἰ-
κεντωτὸν δὲ ἐξαφύδιον ἀπό τῆς γένεσις,
λέγεται λύσις. Hæc verò crassa materia
est pirituosa vel melancholica: nec
enim necessitate quadam vapida est.
potest tamen causa huius mali esse
vapor copia, vel qualitate, ut crassitie
gelidaque vi molestus. **Quin haud**
opus est ut ipsi sinus à materiæ copia
semiobstruantur: **verum satis erit**
materiæ insedisse parietibus sinuum
atque illis inhæsse: **inde enim pro-**
ritatum cerebrum, nititur se suorumque sinuum parietes vindicare;
caq. in concussione fit ut conniveant
sinus. **Hoc modo accepta Galeni**
sententia facile retinet Auerrhoëm,
etiusque alleclas neotericos alioqui
doctissimos homines. Auerrhoës ait,
Si surgeret ex crassâ materiâ, non
tam promptè excuteretur: ergo à
flatu mordaci & fumo suscitabitur.
adnectit doctissimus Fernelius, non
sola succi copia epilepsiam inferri,
ni accedit qualitas prava: nam, in-
quit, in sopore eius copia circum-
fluit, attamen is conuulsionis est ex-
pers. quasi dicat, si epilepsia surgeret
à materiæ mole, cur non potius ca-
ros inde importabitur? nam in caro
sinus ventriculi rigantur à materiæ
frigidâ & humidâ. Addit & illud,
cum celerrimè definat ut apoplexia,
cur nusquam obseruamus eam (ex-
cuso humore in nervos) finiri in pa-
ralysin? Auerrhoës sequitur Aristote-
lē, qui ait epilepsiam fieri ut som-
num, hoc est à vapore. quod summis
ex Hippocrate De flatibus. Auer-

rhoës sanè decipitur, qui existimauit
materiam epilepticam vapore dis-
solui: imò solū à parietibus sinuum
excutitur, citoque aliò transmigrat,
ac ab adhæsione vindicatur. Ratio-
nes Fernelij nullæ sunt: sic enim ca-
ros, quia materia rigat sinus cerebri:
fit epilepsia, quia figitur. Sed Ferne-
lius ait, hanc in paralysin non faces-
sere. Sed doctissimus Erastus scribit
id se vidisse: & D. Schenckius id in
nobili matronâ se obseruasse narrat:
quin Iacobus à Partibus dicit se sepe
obseruasse in crisi totius epilepsiarum. &
Avicenna scribit id saepius fieri. &
ipse Galenus intetdum id euenire
asserit. Itaque hoc euenit: quamuis
id minimè viderit doctissimus Fer-
nelius. Consectaria semper ferè apo-
plexia est paralysis, quia est integra
obstructio, nec æquè materia elidi
potest ut in epilepsia: nam motu
fraudati sunt, & expultrix cespitat.
Præterea, materia epilepticorum si-
nibus concepta, ad interna, vbi ner-
uorum principia, repere nequit; sed
ad externâ fertur. Quare si sinibus
semiobstructis cerebri (quod antè
fecimus) dñs ascribere nolimus
epilepticam conuulsionem, dicemus
dum luctatur cerebrum ut hæren-
tem parietibus amoueat materia, fit
epilepsia. non ergo illa semiangustia
ventriculorum fit ex solo materiæ
infarctu: quia esset parua quædam
apoplexia, vel motus acculus solùm
inde profici sceretur. hoc ita ratione
fulcimus: Symptomata diuersæ spe-
ciei, à morbis diuersæ naturæ pro-
ficiuntur: At motus depravatus &
motus abolitus sunt diuersæ speciei:
Itaque & morbi. abolitus autem &
diminutus sunt eiusdem speciei: nam

4. Tom.
contra Pa-
recessum.

Obseruas.
187.

1. loc. eff.
7.

4. Actu.
27.

differunt solum ratione maioris & minoris. quare alia est illa semiangustia sinus, quam incurrit cerebrum a materia infarctu; alia, quam experitur cum quassatione quadam annitens ut materiam parietibus sinus harentem, in semiangustiam interdum sinus contrahit. Huic nostrae sententiae subscribit Galenus libri quarti De locis affectis secundo, vbi ait, ἐπὶ τῷ πόνῳ δὲ τοῦ ἀπορίου οὐτε τὸ κάρπον οὐδὲ στοματικὰς, οὐδὲ πλευραῖς. dicit epilepsiam esse medium affectum inter carum & apoplexiā. Sed dices, in epilepsia est motus depravatus, non ablatus: nonne ergo longius abit apoplexia ab epilepsia, quam caros ab apoplexiā, quae ambo sunt ablati motus? quā ratione ergo hoc ita pronunciauit Galenus? Ut nimirū id quod nos dicimus significaret, in caro quamvis sinus cerebri repleantur, non tamen materia morbiifica infigitur: at in epilepsia infigitur parietibus sinus cerebri, vnde tunc summo nisu natura insurgit ut molestiam hanc excutiat, non aliter ac in singulu, vel sternutatione, quae Auicennæ veluti parua epilepsia est, verū in apoplexiā contumacius inseritur materia. Cūm itaque materia cari sinus cerebri tantum irriget, & in epilepsia figatur, in apoplexiā verò arctius sese immisceat, rectè Galenus epilepsiam his medium esse scripsit, non enim collineat ad symptomata, aut ad obstrucionem, num integra vel non integra, sed ad modum quo in sinibus haret. Hæc epilepsia a materia crassâ, per opercula cerebri gignitur sola, hoc est, ex pituita vel melancholiâ a pituita: hinc scribit Aretæus his
diff.
Cari
Epilepsia
Apoplexia
3. Lec.
Aff. 7.
Fen. 1.
lib. 3.
Tract. 5.
cap. 8.

madescere vehementer os, ob pituitam multam, crassam, frigidam, & humidam: eam, inquit, si trahas, abduces in filum longum: nam epilepsia causa est, cum humiditate frigida sit. a melancholiâ, quæ est fæx sanguinis, non atra bilis. Interdum ex vrinarum anadrome fuit graves epilepsiae. Non admodum est, quod accessitus fui ad ægrum: vir erat robustissimus, militare deditus. hic toto biduo vrinam non reddiderat, tremulus decumbebat, mens ægræ constabat, ac lingua titubabat. a meridie in epilepsiam incidit, nec rediit, sed validis convulsionibus vitam cum morte sequenti die commutauit. & Auicenna dicit hoc, cūm ait ab humiditate malæ substantiæ & fetidæ epilepsiam nasci, a menstruorum suppressione eandem historiam interdum videbis. Non memini me obsecuasse à bile flauâ vel atrâ cerebro concepiâ hoc malum enatum fuisse, nisi consociata fuerit pituita. idem de sanguine dico: vnde mitescente paroxysmo, hemorrhagia narium interdum oboritur. Hippocrates in libro De morbo sacro dicit biliosos epilepsia non tentari. Hæc species epilepsia locum habet in corporibus pituitosis, & melancholicis, pueri maximè huic obnoxij sunt, ob ingluuem. & aetas etiam senilis hanc calamitatem sentit. Sed dices, Paulus hanc tamē aetatem Datiūm. ab hac iniuriâ vindicat. Sed vides Aetium remedia fatigatae aetati hoc malo prodiisse: 3. Aph. Hoc voluit Paulus: nimirum hos potius apoplexiâ tentari quam epilepsia: quod fracta aetate, viuida naturæ vis imparsit materiæ pituitosæ, cuius tanta suæ crescit

crescit coaceruatio, ut integrum cerebro obstruktionem adferat. Sed si à pituitâ & nō à quæ à bile, cur Aëtius & Celsius prodidere mares potius quam feminas hoc malo tentari? Respondemus, iuuenes ex vicitus ratione sūque deque habitâ, labo-
 rant ex pituitâ, & melancholia: at mulieres à Epilepsia habent, menses. Causa hæc nonnunquam est ex primogenia & hereditariâ quadam iniuriâ, ex epilepticis parentibus trāctum contagium, semine sanguine q. mēnstruo hac calamitate foedatis. Nam epilepsia hæc, ut prodidit Galenus, absque validâ capitî imbecillitate incumbere nequit. & maxima pars seminis parentum à capite manat: ita qui immodicè libidinantis, caluescunt ac cœutiunt. Hoc etiam scripsit Timaeus Locrensis, qui ait medullam spinalem subiectam fuisse cerebro, ut per ipsam, tāquam per proum alueum afflueret materia conueniens semini & generatio-
 nis. Facile in pueris venit hoc malum, & maximè à crastine lactis, & vigiliis, sletu effuso, ac ob acerbos dentitionis dolores, maximè vbi infirmum fuerit genus neruosum, & ob voracitatem. Sed plerumque aduersa lactantis valetudo, temerat eam quæ felix lactentis erat. Quare puerorum epilepsia non solum ex semine parentum contagione quadam inferitur, sed tamen nonnunquam ex utero dicitur, etiā integris intactis que ab hoc malo parentibus. Fœtus, inquit Hippocrates, in utero interdum non expurgatur, unde euadit spissior, crassior, & iusto excrementosior. hinc cùm in lucem aditus est, madores ore dimanant rebula.

naribusque effluunt, vel pueri vltetibus circumfluunt. &c. Si ab ortu hæc illi euenerint, ab epilepsia illi non erit metus. sin mundus ab ortu perseuerarit, epilepsiam incurrit. Hoc modo per protopathiam & idiopathiam obnaescitur epilepsia, nimirum ex materiâ crassâ, ut ex pituitâ, maximè in pueris, à voracitate: & in senibus interdum ex melancholia: nam hi interdum melancholici fiunt. Diximus epilepsiam nasci ex obstruktione, vel subfidentiâ, obstruktionem verò proficiisci ex materiâ crassâ, eaque corpulentâ, vel vapidâ. haec tenus de crassâ corpulentâ. Fit epilepsia ex materiâ vapidâ; hæc est vel copiâ vel qualitate in vitio. Vapor si copiâ epilepsiam cominitet, hæc non surget à materiâ calidâ aut acri, sed à materiâ pituitosâ vel melancholicâ. Hic vapor prodit à toto corpore, vel ab aliquâ peculiari corporis parte, maximeque à ventriculo pituitâ fatigato, ut verò infaretus fiat, opus est copioso vapore. De hac causâ loquitur Auicenna, cùm ait, Et multoties fit epilepsia sine spasmo sensato: ideò quod materia faciens eam est subtilis, & operatur cum replezione, non cum maliuâ vehementi. Sed obii-
 cies, Si hoc verum, quid causis diffe-
 ret epilepsia ab incubo? nam hic
 nascitur ex crasso pituitosoque va-
 pore, à ventriculo elato. Responde-
 mus, necesse est ut illa vapidâ mate-
 ria epileptica se immisceat sinibus
 cerebri, ac ut sigatur horum sinuum
 lateribus: quod in incubo minimè
 fit. quare in eubus primu vestigium
 ponit ad epilepsiam. vel surgit hic
 vapor à toto corpore, ut in pituitosis
 interdum

A poplo
 - legre cerebri
 obstrutio

Alij genera.
 eius modi

3. loc.
 affect. 7.

Aetius.

Dubium.

interdum febribus carumque crisi. Sed dices, cur quibusdam solum hominibus hoc euenit? Respondeo, *dissensio^s causa est cerebri imbecillitas, vel quod sit d^ras^ron^s cerebrum ob texturam membranarum nimis taram, vnde facilè irritatur, quemadmodum ob imbecillitatem facilè repletur. Hoc ergo modo epilepsia nascitur ab obstructione, à materia nimis crassa, vt à pituita, melancholiā, vel vapore crasso copioso: sed quae ab his succis prodit, est vera illa epilepsia, quae fit per protopathiam & per idiopathiam, estq. grauissima. quam verò à copia vaporis enasci diximus, fit ferè per sympathiam. utraque tamen infarctum quendam inuicit. Fit etiam epilepsia per sympathiam sine obstruente materia, ex conniventiā sanguini cerebri, his nimis contractis à qualitate vellicante, eaque pura, mera, & maligna, vt ait Aucenna; vel ab autā quadam tenui. Malignam enim hanc noxam cum sentiunt sinus, cām nituntur exprimere. Sed qualis illa prava qualitas sit, nescio: ~~dissensio~~ quiddam esse mihi videtur. mole sane est minima, vi maxima. Hac naturae aduersa qualitas ascendit à parte aliqua, in quā virus latet. vt in abscessu diuturno, carie corrupto osse, ita à febris malignae vapore si adsit cerebri d^ras^ria. & à parte quae foris est, nervosa, vt manu, cruce, pessima est à pericranio. Non itaque omnis epilepsia consociatur veneno, sed hæc solum. si enim omnis epilepsia iunctum haberet venenum, in pueris & cunctis qui ab idiopathia cerebri laborant, nunquam desinaret, sed

perpetuò à causā veneficā ocij nescia exacerbaretur, à vermis etiam intestinorum hæc idea contrahi potest. hoc est à vapore mordaci, putridâ exhalatione, & fœtidâ virulentaque: vt à bitumine cornibusque caprarum vitis euenire videimus hoc malum. Sæpe etiam à ventriculo nascitur hæc calamitas, vnde vellicatione quadam sidunt sinus cerebri. non loquor iam de vapore illo crasso qui ex pituitescente ventriculo exspirat (nam d^e ho^c antea egi) sed de p^rauo succo, vt euenit quibusdam gracilibus hominibus, hoc est, venis & ossibus amplis: his ieunis influit lanies biliofa stomacho sensili. nam maxima est cognatio stomachi cum capite. hoc contigit illi Grammatico. Sed opus est vt succi illi admodum corrupti sint, qui à ventriculo hanc passionem mouebunt. corruptione etiam chyli insignis hoc faciet. Aucenna ait à cunctis abdominis partibus hoc tedium proferri posse: & à suppressis mensibus, aut ab humiditate in uterum effusā. Breuiter, epilepsia ex protopathia cerebri, fit ex materia crassa, vel per sympathiam, ex venenosā qualitate vel aurā, ex parte neruosa: vel ex ventriculo, à materia pituitosa, vnde vapor crassus semiangustiam facit: vel acris succus vellicatione neruorum, qualitateque vel autā naturae aduersa subsidentiam facit sanguinem cerebri. Hactenus de causis internis. Externæ cause sunt duplices, aliæ promptum faciunt corpus ad epilepsiam: aliæ iam promptum corpus impellunt in epilepsiam. Aurelianū plerumque de violentiā, aut indigestione, vel contusione incumbero scripsit: Alcibiades

*factis
lapius

*Epilepsia à
nixa crassa
orta. p. est
fit p. protop.
tibie. t. in me.
dicta*

*A vapo r.
crasso p. bim.
water ar. of me.
dicta*

3. Loc.
ff. 7.
C. 2. Loc.
ff. 9.

3. Loc.
ff. 5.

Externa
causa.

clepiades verò percussu meningum.
 Galenus ex nimio ocio hue abduci
 putat: hinc enim succrescit eruditas
 & pititiae copia. Montanus duos no-
 nit qui ex animi ægritudine in hanc
 calamitatem tracti fuere, consterna-
 tio subita. Pueri à terrore, vel atroci
 spectaculo, aut à terribili sonitu, vt à
 subito clangore tubarum in hunc
 morbum interdum incident, maxi-
 mè si habitiores fuerint. scribit enim
 Aristoteles, pueros ἀτέροπες, id est,
 bene nutritos & obesos, maximè
 tentari spasimis. Verus aët epilep-
 siam profert: non æquè hyemis:
 scribit hoc Aucenna secunda primi,
 vbi ait, epilepsiam Septentrionali-
 bus non ferè contingere, quia sint
 intorsum sani & calore exuperant:
 quodsi eueniat, esse atrocem, quia
 causa sit præpotēs. Quibusdam cùm
 in lac venereā vnguntur hydrargy-
 ro, quid in autem incidit, quo traxto
 in cerebrum, epileptici euadunt:
 nam eius etiam vapor dissipat spiri-
 tus animales: viden vt stannum &
 plumbū in puluerem comminuat,
 si his mixtum incadescat foco? Aliæ
 sunt inter externas causas, que cor-
 pus quod cō nutat, in epilepsiam
 impellunt. vt nimius motus à cibo
 si inceatur ab his, quibus caput pitui-
 tā natat. Gagatis lapidis odor si cere-
 bro hæserit, prosternit epilepticum.
 ita quicquid caput implet, vt nimis
 bonus vel malus odor, vt styracis,
 thuris, bdellij, cornu cervini vel hir-
 cini, bituminis: elus apij, & hepatis
 hircini, & myrræ, ira, famæ, vigi-
 liae, frigus, consternatio subita. Hæc
 de causis: ad signa veniamus. No-
 tum cunctis ferè malum, quidam
 iondonibus coniulis iactitant cru-

ra: id genus calamitatis, inquit Are-
 tæus, non dissimile est iugulatis tau-
 ris, certiix incurvatur, caput variè
 distorquetur, linguam magnam ha-
 bent, periculumq. est, ne illam den-
 tibus absindant. vox eorum nihil
 nisi gemitus & suspitium est. spu-
 man fundunt ore, & quatiuntur,
 & instar capraram vocem exilem
 edunt. Sed maximè laborandum vt
 imminentem deprehendamus, ne
 subito casu periclitetur homo à præ-
 cipitio. Hos, inquit Q. Horatianus,
 ante commotionem aliquando ca-
 sus occupat repentinus. Qui grauius
 exagitantur, hi, imminentibus com-
 motionibus, grauari sua membra
 præsentiant, pigescuntque, & osci-
 tant, oculus ferocior evadit, dentium
 stridor sequitur, præcordiorum cum
 tensione à flatibus, confunditur vox,
 insolens quædam obrepit, obliuio
 cum carebatia, vertigo, venatum
 colli repletiones, inquit Aretæus. Et
 cùm iam iam imminent accessio, pro-
 splendentia maculatum marmoris
 similia, marmarygmata vel marma-
 rygas Græci vocant, vel aranearum
 cassibus similia ob oculos versantur,
 & quasi iris cœli prætentia videtur,
 aures sonant, fœdum odorem sen-
 tiunt, & ira percelluntur. Fragor qui-
 dam interior, quasi à lapide vel ligno
 verberantur, quare in nouo malo,
 cùm surrexere existimant aliquem
 eos ex insidiis verberasse. præ oculis,
 inquit Aurelianus, scintillatum fin-
 gibilis visus circumferri sentiunt: &
 oculorum adest intentio. difficilis
 egestio ciborum. sudor roscidus ri-
 genti corpore. dolor à tergo inter
 scapulas. pauci in somno. expu-
 tiones frequentes. Qui plura velit,

DIFFER-
ENTIA-TIAS

Epilepsia à
Sympathia
orta nō ē
vera convulsio
q̄ ea, q̄ a p̄w.
et p̄p̄ q̄ie; collat.
vlt.

6. Epid.
fine.

legat Aëtium. Iam ad differentias pergo. Differentiae epilepsiarum variæ sunt, pro varietate causarum, & locorum in quibus stabulantur. Aut nascitur ab obstructione, vel à subsidenuā sinuum cerebri, ab obstruktione, à materia pituitosa vel melancholicā parietibus sinuum adhaerente, aut à vapore crasso & copioso, quæ fit à materia, est vera convulsio ex repletione cum tensione (nam cùm à sympathia oritur, illa abest) efficitque epilepsiam per synnus, vel prouenit epilepsia ex subsidientiā sinuum, verū hæc non est convulsio ex inanitione, vt voluit Auerrhoës, sed per consensum, nam convulsio hæc facilius abigitur; illa verò, quæ à repletione, ægrius. Quare quæ fit ab aëria venenata, nec repletionem, nec inanitionem agnoscat sibi causam: est tamen convulsio, qualis in singultu. Hinc est quod scripsit Aucenna; in epilepsia convulsiones fieri, vel ex repletione, vel ex contractione, vt excideret inanitione. Ab inanitione enim fieri nequit, quia subito incumbit: ita non coenit spasmus ab exhausto, nec ad tantam siccitatem, integrâ vitâ, cerebrum peruenit. A loco affecto, vel afficiuntur tantum sinus cerebri, vel etiam initium spinalis medulla, vel cerebri substantia validius vna affigitur. contumacior est, cùm cerebri substantia validè obsidetur, vt scribit Alzaharauius & Nonus. id ita accipe, vt semper tamen sinus cerebri precipue in querela sint. Cùm ex repletione est epilepsia, tunc & sinus & spinalis medulla affligitur, dum verò sinus soli afficiuntur, ex sympathia erit. Interdum à pa-

rentibus dicitur malum, interdum est accessorium, accessoria epilepsia est antiqua, vel noua, estque fortis vel debilis, à materia, vel materiae crassioris expers, per protopathiam, vel ex aliis facta morbis, vt ex incubo, melancholiâ. est epilepsia quadam periodica, alia periodi expers. Est acutum malum ratione paroxysmorum: longum verò si tardum fuerit motu, contagij est expers. Cælius Aurelianus à præfocatione uteri distingui ait, quod in ultimâ accessionis patie, non afficiantur spumatum fluore per os & nares. Iam notas dicimus, quibus singulæ causæ arguantur. Quæ signa præsentem, quæ mox futuram denunciant, diximus. iam quæ fortē & mitem, quæque eam ab idiopathia aut sympathia chatham indicent, scribemus: vnaq. à quâ materia surgat perscrutabimur. Fortem præcedit vertigo, vel dispneam habet paroxysmus, cum totius corporis validâ distractaque concussione, atque spumæ refectione: grauis est si paroxysmum excepit diuturna refrigeratio & stupor ab exhausto spiritu animali. Mitem epilepsiam ostendunt paroxysmi mites, ratioque si illico redinretegretur, & ægrum morbi pudeat. Razes inquit, li semen excrenatur, vehementis malis nota est. Maxima corporis conquallatio & convulsio, à materia cani esse corpulentâ significationem dabit, nam à materia quæ fit vapidâ, quæ copiâ tantum in vi-
to est, non ita agitat. Num sit per idiopathiam, ita notabis. hanc præ-
enarrat meitor, obliuio, tonitria, ansia,
cærbaria, pallor, linguae balbuties,
interdū vertigo, hebetudo omnium
sensuum:

SIGNA
differen-
tiarum.

sensuum: nam his plerumque caput
 debile est, vnde facilè repletur, vt
 cùm irascitor, grauedo adest, nam
 frigida crassaque materia hìc vége-
 tat. subitus timor, quia tenebrae mis-
 centur spiritibus, nec villa querela de
 aliis partibus est. tanta violentia ma-
 li, vt interdum, partem processuum
 cerebri abruperit, naribusque exclu-
 serit, inquit Erastus. Si à pituità, ea
 cliditur crassa & spumosa interdum,
 & in vrlhā quid fuso vitro simile,
 hebetudine corpus ignauescit, obli-
 uio vexat, facies albet, res naturales
 fœcundæ in pituitam sunt, in som-
 num sunt proni. Si fuerit à melan-
 choliâ, tristes erunt ac taciturni, nisi
 quod secum loquuntur interdum;
 adde res naturales, & non naturales.
 si adusta sit melancholia, diu mente
 exuuntur, multa effutiunt, vocifer-
 antur, vulnent. Quæ à melanholiâ,
 habet mitiora symptomata quâm
 quæ à pituitâ crassâ oborifur. Si à
 parte inuaserit, ipsi ægri clamant vt
 stringatur pars, & ipsi eam vellunt.
 Si sit à ventriculo, is in querela erit,
 & trahit ferè cor ipsum: nam dicit
 Auicenna, tremor cordis adest: cre-
 do eum illud Pauli reddere voluisse,
 παλεύειν τὸ σομάχειν οὐδὲν. non
 nunquam aderit nausea à pituitâ, &
 cardialgia à bile, maxime vacuo ven-
 triculo, vomunt quidam bilem, alij
 pituitam. pituita satietatis tempore
 affligit: bilis, inedia tempore, ad-
 estq. oris amaror, cardiogmus, sitis,
 & calore æstuat corpus. pituita vero
 nauseam adserit, qui ventriculo sunt
 nimis sensili, ab acri si incurvantur
 fucco, facile trahuntur: sed hæc con-
 cussio non est tam valida, nec tam
 frequens, potiusque palpitationes &

tremores videntur. Tandem symbo-
 lis deprehendendum num quis epi-
 lepticus sit: vel si futerit, num sanus
 evaserit. Induantur corio caprillo
 terenti, cadent, ac non curati se pro-
 dent, vel edant & olfaciant hepar
 hircinum, vel olfaciant cornu hirci-
 num igni impositum, galbanum,
 myrrham, bitumen. quin, inquit
 Auicenna, interdum boni odores
 hos præcipitant, & etiam vigilie-
 nam, exhaustis spiritibus, caput re-
 plent. validæque cunctæ animi con-
 cussiones hæc possunt. Naturâ itaque
 epilepsia cuisque deprehensa, vi-
 deamus quâ arte excludi ea possit.
 Hoc symptoma cùm ortum ducat
 ex connuentibus cerebri sinibus,
 nascetur hæc curandi notio, vt aptis
 remediis illa conniventia sese pan-
 dat. Et cùm hæc conniventia auto-
 tem sui agnoscat obstructionem vel
 subsidentiam sinus cerebri, pecu-
 liariis cuique horum medelis opus
 erit. Nam obstructio loquitur hìc
 euacuatione opus esse, ad exhaustio-
 nem genitæ materiæ, quæ obstruit.
 & etiam ratione materiæ quæ est ^{*3} gigni
 yridz, firmandum cerebrum, ne fas-
 cundum fiat in hanc materiæ gene-
 rationem. Primum tamen totius
 corporis est habenda prouisio. Si
 materia aliunde inferatur, vt à toto
 corpore, vel ab aliquâ peculiari par-
 te, de his cura habenda. vt si à ven-
 triculo veniat, is erit purgandus &
 soborandus. Quodsi à materiâ sur-
 sum repente ac cerebro sese immis-
 cente malum efflorescat, reuellatur
 in alias partes, & intercipiatur eius
 aditus. & robur affletur parti, ne re-
 diuiuâ fœcunditate nouam procedat
 materiam. Videlicet quidnâ sit agen-
 dum: sed

dum > sed vñā videte, num mali vis
 hæc remedia contemnat, an ve vires
 corporis etiam hæc admittant. hoc
 dicet prognosis. Si, inquit Celsus,
 simul totum corpus afficitur, neque
 antè in partibus aliquis venientis
 mali sensus est, sed homo ex impro-
 uiso concidit, cuiuscumque iætatis
 est, vix sanescit. Si verò aut mens
 laesa est, aut neruorum facta resolu-
 tio, medicinæ locus non est. Sanè
 vsu & ratione compertum est, ægrè
 hoc vitij genus eximi. ratione, nam
 pars cuius officio vita carere nequit
 ægra est : & cerebrum non solùm
 sinuum infarctu affligitur (vt euenit
 in caro & in incubo) sed illa cerebri
 substantia quæ effingit sinus, maxi-
 mo percellitur malo. propterea si
 altius serpat in cerebrum hæc ægri-
 tudo, apoplexia calamitosa eam ex-
 cipit. Quare ratio loquitur, cōtumax
 hoc malum esse, siue idiopathiā, aut
 infuso alicunde succo affligatur hoc
 malo cerebrum. propterea Galenus
 fatetur illum Grammaticum inte-
 grè sanari non potuisse. Si natalitia
 in vetustatem cadit, in mortem co-
 mitatur. Recens facile; antiqua (cum
 mala per longas inualuere moras)
 ægrè eximitur. si tamen extingui ne-
 queat, saltem mitigari poterit. Sed
 dices, Hippocrates affirmat conge-
 nitam ægrè eximi posse. sed Galenus
 libro sexto Epidemion asserit eam
 quæ à malè institutâ diætâ success-
 cit, auxiliis medicis euinci : at con-
 generem vltro ab ætate domari. Re-
 spondemus, cōgenitos morbos ægrè
 exuti : nec hoc negat Galenus : sed
 ait epilepsiam à victus prauitate or-
 tato, vltro nunquam cedere: sed quæ
 annata est, etiam vltro naturæ vi abi-
 gitur. quasi dicat, hæc mitescere po-
 test sine medicâ manu; at illa, non.
 Sed cur ætas remèdio est? quia sic-
 ciora reddit corpora. Et cur quæ à
 mutatâ ætate perseuerat vel enasci-
 tur, non potest curari? quia causæ
 immanitatem denunciat, quæ id
 robur ætatis contemnit; talis est me-
 lancholica materia, Saturni filia. Si
 tamen superuererit quartana, ante 6. Epid.
 vicesimum octauum annum tolli
 poterit. Scribit Celsus post annum
 vicesimum quintum ægrè tolli, mul-
 toque ægrius iis quibus quadrage-
 simo cap: adè vt in ea ætate ali-
 quid in naturâ spei, vix quicquam
 in medicina sit. Ætatis itaque mu-
 tatione cedit, non tamen absque
 difficultate. puerilis enim epilepsia
 finem adfert ^{in οὐσίᾳ καταπλυσιον πῆγες;} men-
 sicut & viris ^{in ἔχαρης,} hoc est, lu-
 men & splédot calotis natuvi, simul
 atque ventrum est ad pubertatem:
 nam ea absunit materiam, & ner-
 uos confirmat. Ita narrat Hippo-
 crates feminam illam *θυσίαν* Thasiā,
 cui oborta febris à menstruorum
 suppressione, conuulsionibus crebra
 erat, graui periculo defunctam fuisse
 ac restitutam, liberali exitu men-
 struorum. Prodidit Scribonius pue-
 ros vel virgines liberari per com-
 plexum & deuirginationem. Celsus 2. Lib. 8.
 ait, Morbus comitalis ante puber-
 tatem ortus non ægrè finitur: & in
 quo ab vñā parte corporis, venientis
 accessionis sensus incipit, optimum
 est à manibus pedibusque initium
 fieri, deinde à lateribus: pessimum
 inter hæc à capite. Sæpius, inquit
 Celsus, viros, quam feminas occu-
 pat. quod malum si longum fuerit,
 yit̄ solet non esse periculosum;
 interdum

5. Desa-
nat.

2. Prerr.

interdū tamen cùm recens est, hominem consumit. Scribonius scribit viris faciliūs quām mulieribus remedium inueniri. A partu tamen mulieres deserit; nisi antiqua epilepsia fuerit. Hydropicis, inquit Hippocrates, quæ superuenit epilepsia, funesta, contrahitur enim appulsius causæ malignæ & protitantis, quæ à lumbis & ilibus cerebrum incurrit, quæ olim per menses vel hæmorhoides emanabant. cùm enim, inquit, mutuò certent inter se maleficienziæ (quasi dicat, cùm mutuas tradant operas in ægti perniciem: nam vix maior vis ~~ad invadendos~~ naturæ inferri potest, quām ab hac reginâ conuulsionum: & hydrops effectam naturam indicat) tum verò, dicit, faciunt profusiores aluos: nimirum ex ~~dorsis~~ ventriculi tracti in sympathiam cerebri, vnde lienteria, est enim ventriculus omnium ~~reptilium~~, proptereaque cerebro omnium ~~Cyprinidium~~. Mulieribus, dicit Avicenna, cunctisque quibus est sanguis paucus, hic morbus est acutissimus. & pueris saepe ob acutum est exitialis: nam venas angustas habent, inquit Hippocrates: deinde cùm venæ pituitam non accipiant, in cerebro permanet: & his nervosum genus imbellè est. Scribit ibi Hippocrates, quòd pueri qui ab epilepsia euasere cum alicuius partis laesione, non iterum ab hac tentantur: nam sit via excremeris ad illam patrem. Prodidit Autelianus validam accessionem strabos oculorum cōtortione fingere. Prior est illa epilepsia quæ per idiopathiā nata fuit, modò æquè ac alia progressa fuerit. Pessima est quæ recens continentet

& validè, cum anxia respiratione recrudescit, & si desinat in altam quietem, nec à remediis sternuat, spumaque absterfa sapientia recurrat, cum stertore, immemorq. actorum si surgat: & si ex improviso concidit. Illud obseruatum, epilepsiam quæ sit ab humidiore cerebro, in pueris cùm utero cōcipiuntur, diat à abigi posse. at eam quæ ex prauâ diætâ nascitur, non cedere soli vieti; verum ut & ætas, & regionis mutatio concurrent necessarium esse. Author est Aretæus, hanc interdum vñ cum ætatis flore euanescente: sed & tum abiens, inquit, quosdam deformes efficit; pueros quoque pulchritudinis inuidiâ perdit: aut manum inutilem reddens, aut faciem torquens, aut sensum aliquem prorsus auferens. Vno die interdum hominem perdit, ob paroxysmorum perennes exacerbationes. quòd si assuecat malo, perpetuus efficitur non nullis: nam ætatis florem cùm exceedit, commoritur: nec medieus nec ætas eam remouet. Interdum, inquit Aretæus, mentem in furorem adegit, & ita deiicit ingenium; ut interdum infatuentur: nam in melancholiā abit. est autem melancholia mentis: ut epilepsia corporis. Hæc itaque mala sibi inuicem succedunt. non quòd sit successio causæ morbificæ in alterutrum, ut nimirum ægritudo mutetur in morbum, & morbus in ægritudinem, relicto priore foco; sed utroque malo & utriusque foco Non eit persistite, propagatio fit vnius ad alterum. nam epilepsia primigenia, ægritudinem parit animo, ex diuturno metu cadendi: hinc mentis demissio & veluti quædam infra-

partitum
est, sed
dixi in
one.

Ctio. Iacobus à partibus dicit se sacerdotem obseruasse, quod ingrauidatae mulieres hac minimè fatigantur: quas tamen expeditas à fœtu, imo quum his adhuc puerperalia fluent, grauissimè afflictas fuisse. Aurelianus ait quibusdam primi partus tempore hoc malum abire. Refert Cælius Rhodiginus, Si à dextro morbus occipiat, difficultorem esse medelam: siquidem dextra validiora sunt, eoque minus spei ad sanitatem relinquunt. tuncque dextræ auris crebriores sunt tinnitus, morbo penitus adacto. Alia itaque grauior, alia mitior: generaliter tamen est maligna: & frequenter tarda quam celer. In qua stertor, stridor dentium, euersio partium faciei, vehemens iactatio totius, multa spuma, seminis effusio, inque ipso casu acclamatio, grauis ea est, & raro curatur. Vbi multa ex his absunt, leuior est. Ferè hoc dixero, qui primariâ epilepsia occupatur, ni fuerit puer, aut is, qui ex diæta praua in epilepsiam tractus iam non admodum fuerit, nunquam talem curabis. Quare si vietus ratio & adolescentia natuam humiditatem cerebri non euicerit ad vicesimum quintum ætatis annum, & si impressa fuerit hæreditaria imbecillitas cerebro, vertigo quoque accesserit, & dyspnœa, cum comate & frigore totius corporis, vix depellitur. Si itaque curati malum posse exploratum sit, ad curandum id, nos studium omne conferemus. Veteres variis remediis hoc delere annisi fuere. Antiqui non Methodici, inquit Cælius Aurelianus, clysterem iugem atque acerriam virtutis adhibebant, medicamina vrinalia, &

CRA-
TIO.

cathartica per ventrem, & maximè hieram, tum capitis ~~magis~~, id est, diuisuram, hinc escharoticā, vocant ignis vulturam, item terebrationem testæ, vel arteriotomiam, vel cunuchismum. Hæc omnia tandem rencit Aurelianus, sed is confundere videtur curationem paroxysmi cum ea curatione, quæ debet ut præseruacioni. Etenim curabilis epilepsia paroxysmo quedam debentur remedia: alia, cum eo expeditus fuerit, præseruationis causa adferuntur. Admoneo in hoc morbo maligni quidam esse, quod ~~non~~ ~~possunt~~ ~~bonâ~~ ~~tempore~~ interdum non admittit, sed & præsidia rectè instituta, diætamq. commode præscriptam contemnit. Hoc tamen cum affirmo, nolim ad superstitionis remedia, aut ad putidam carnem humanam sanationem relegare: sed ad antidota. Primum ergo quo modo paroxysmi tempore transgendum sit, videamus. Tunc vtemur iis quæ ascensum vaporum accent, quæque renellunt à capite; vt sunt enemata, ligaturæ, frictiones dolorificæ. Item quæ attenuant, vt naribus adferatur ruta vel saturæ trita cum aceto: & sternutamenta & suffitus si ab idiopathia cerebrum fatigetur, vt elleboro cū iride ruffâ radice, & pipere. Si à ventriculo, vomat hausto oxymelite, vel plumbâ gulæ illato. Infunde aquam cerasorum, vel binas drachmas aquæ hirtundinum, vel picarum, vel aquæ D. Langij. & auribus quid indatur olei cinnamomi, vel seminis salviæ, & colli vertebræ vnaque suturæ capitum hoc illinantur. frica fortiter vertebras colli; & sale confrica lumborum, vt ait Aretæus, nihil spernendum,

PARO-
XYSMI
tempore
quid agen-
dum.

nendum, nihilque temerè faciendum. A violento motu seruari debet, astantes manibus calidis nunc caput atque frontem cum blandâ fricatione, nunc collum ac guttulis partem quam anthereona vocant contingent: & alij manuum summitates & pedum teneant, & corrigan ea quæ raptu torquentur. Sed tamen eam cautionem adhibeant, vt mitigetur omnia accessione commota, & non violenter atque contrario conatu reprimenda: sed absit præcordiorum pressura. Frigescientia corporis vaporati iubebimus; & calidis pannis thoracem vaporate atq. interscapulas, quod Graci metaphrenon vocant: lingua reducatur & bacillo ab eâ dentes arceantur, & mentum componant. vesica semiplena oleo calido pubetenüs apponenda. os aperiatur, vt spuma effluat, eamque spongia expressâ aquâ calidâ detergemus: hinc caput fouemus iugiter, inclamamus vt excitetur, cùm statim sumpserit accessione, oleo calido plurimo lanis mollioribus infuso omnia conteginimus, & magis occipitium & maiores nervos quos r̄vortis vocant, & guttulis & rumæ partes, quas anthereona vocant, cum temporibus & buccarum musculis. Si tardat, leues cucurbitæ erunt apponendæ stomacho, thoraci, & interscapulis, & præcordiis. Q. Horatianus vomitum cit pennâ, ex oleo & nitro. Aëtius iubet vt obtorræ ligentur partes, vogantur, & dirigantur; vique diducto ore pennâ oleo imbutâ vomitū moucamus: & rutam nates sentiant: Persuerante paroxysmo, castoreum infunde cum aceto mulsio. Si, inquit Aurelianus,

fiat in membro torpor vel punctio, aquâ tepidâ foueatur. Accipe theriacæ vel mithridatij drachmā, dissoluē in vniâ aquâ vitæ, cum spongâ extremo baculo alligatâ fricitur palatū & lingua: adde interdum quid castorei. Semen paeoniæ & ruta infletur auribus & naribus, vel sumat cum decocto satureiae, vel hyssopi, mithridatij drachmam, cum semi-scriptulo theriacæ, & granis quatuor castorei. Themison, inquit Aurelianuſ, in accessione, constrictione articulorum vtebatur, nos etiam digitos torqueamus, fricamus. Sacculus parvus ex saluiâ & pulegio dentibus interseratur, ne linguam amputent. Sin fuerit à ventriculo, euomat; dein cum hierâ purgetur, postea vnguëta & emplastra stomacho imponantur. Vngatur spina oleo lilino, costino, vulpino. Ruta contusa cum aceto naribus indatur. facies rigetur frigidâ. Pueros, inquit, Aretæus, ex lactis Pueri. corruptione, aut ex vehementi frigore hæc labes si infestat, vomitus illis proderit: penna oleo irino illita, ac faucibus indita, in ventrem suspensus contineatur, & leniter ilia comprimantur, id ad vomitum facit. Frigida membra lanis attritis fouenda, distorta membra molliter dirigenda, glandula ex melle & ruta semine supponatur, mel misceatur cum sale, iride, pipere vel sinapi, & infra tonsillas, vt deglutire posset iniicio. Aurelianuſ etiam iubet vt tegatur, & oleo foueatur, & mulsum tenue instilletur paulatim: hinc lac capræ, nam sugere nequit. Ita partoxysmus tollitur. iam cùm eus sit hunc scopulū, ne in tristem maleam itekum impingat operam dabimus,

C. S. I.
AVR.
CICA.

Phlebotomia
2014.

Cap. vti.
2014.

Aurelia.
2014.

pugnando cum causâ morbificâ. Precautionis itaque causâ terna instrumenta medica in usum vocantur, chirurgia, pharmacia, & diæta. Transactâ accessione, inquit Cælius Aurelianus, adhibetur phlebotomia. Thessalus statim id agebat, nisi tamen, inquit Aurelianus, sit ab indigestione: quare non naufragante aut rustantem fumolâs exhalationes, mordicationes, intestinorum inflatione fatigatum: vomitus tunc conuenit. Si duret duos dies accessio, predicto periculo secamus, inquit, cum parum quietuisse viderimus ægrum: vel, si omnino motu caruetur, cum se mouere incipiat, ut palpebras, hinc mulsum instillat ori: & secundo die dat cyathos duos vel tres mulsi, tertio die oleo dulci vngit totum corpus, & aquâ calidâ ora fouet; & præbet puliculam ex pane. postea radit caput. ita transigit Aurelianus. Celsus sanguinem emitti debere ait, si nulla neruorum distensio accessit ubi concidit: si accessit, non utique mittendus est ait, nisi alia quoque hortentur. Sanguis itaque in epilepsia interdum commodè mititur, & ipse Galenus libro De curandi ratione per sanguinis missiōnem epilepsia quoque meminit. Quare dicimus, si plethora adsit totius corporis, vena pertundatur. propterea Razès scribit, Si oculi & facies rubent, cum turgidis venis, soluatur vena. & Q. Horatianus frequenter admouet phlebotomiā. Antiquus medicus Diocles, in iis qui ex violentiâ vel carnali cibo istam passionem conceperunt, phlebotomiā probabat: antecedentes potius quam præsentes intuens cau-

sas, qui verò ex corporis habitudine in eam passionem deuenire, potius probat humoris crassi detractionem & virtualia. & Asclepiades olim phlebotomiā imperabat. & Serapion interdum phlebotomia, interdum vero pharmacia vultur. Sed, ut iam desinuit, plethora eius necessitatem ad fert, maximeque id agendum in habitu corporis melancholico: nam is vix inediâ exhaustitur. Vbi vero aura vénenata partis cerebrum incurrit, non seca venam: nec etiam si fuerit à stomacho: & tunc etiam cerebrum vomere replet caput. Si itaque vena fuerit aperienda, quâ copiâ sanguinem educemus: quam admittunt vires, & sanguinis vberitas, non tamē ad lipothymiam: nam morbum infert. Et quo tempore id agemus? in eunte suam historiam morbo. Themison ante accessionem id agebat, si ordo ad esset; alioqui post. Sed quæ vena erit ferienda? proxima capiti, nisi mēs vitium fecerint, nam in mēs suppressione tali soluatur vena. Imò præsetuationis causa aptè cruris vena aperitur: sin verò iam cerebrum vexari incepit, cephalica. propterea sua sit Aretaeus ut venæ quæ in cubito, & frontis recta secentur. Auicenna tandem ad linguae venam venit, sed intercūrunt dies quædam fodiciones has. Si à visceribus ad tollatur materia, media vena scindatur, sua sore Aretaeo. Razès malleoli venam pertundit, vel quæ in pollicem pedis excurrir; & ex suris elicit sanguinem per cucurbitulas, dein ex axillari. Sed accuratè hæc distinguunt ratione plethoræ, & paroxysmorum. Si enim adsit totius plethora, nec in pro-

cinctu

C. GVR.
BITAS.

cinctu sit paroxysmus, & si ab haemorrhoidibus vel suppressis mensibus ea enata fuerit, primum secet axillaris interna: dein malleoli ad pedem venae: postea lingue aut frontis, & si haemorrhoidum solemnis stricta sit purgatio, hec concitetur. Si venæ sectio non ferri poterit, ad cucurbitulas decurrentes, has se apulis, dorso, ac tandem occipiti ad mouebeimus: etiam cruribus, coxis, malleolis, popliteis. Si sit ab idopathiâ, capiti eas admoueti suadet Aretæus. Si à parte aliquâ efferatur aura illa, huic scarificatæ admoueantur. Aut cutis in vesicas attollatur ab admorâ flammula Iouis, vel taspia, sinapi, vel cantharides incorporentur theriacæ: sed tribus diebus ante lae bibat, consultore Aretæo, nam vesicam ulcerant, & locus diu pateat. Lepidum ad hoc niunus celebeat Alexander. Razes consultò vinculis auram intercipit, & vesicas inurit, & cucurbitas etiam admouet. Ita agendum dum aura venenata in cerebrum reperit, redeo ad illam quæ succoruntur sit vitio. Cælius. Alirelianu s. vult ut à phlebotomia fons admoueat, &c, inquit, abstineant à somno cum paucō potu, refectoq. agro cucurbita occipitio apponenda, vertice & temporibus cum scarificatione, & illinendi musculi siagones laxantibus, usque ad diaaphragma, & vesicam & praecordia laxantibus cataplasmatis, oleo communi, vel cypri no, irino, & spongiatum euapulationibus souebimus. Frictiones occipitis ad ruborem maximè conuenient. Dropaces laudat Cælius primò longè remotis partibus, hinc vicinis, & patientibus, & sinapismos.

Sed vitanda quæ terti odoris sunt, dicit veteres non Methodicos manus ac pedes sinapisasse: & ante accessionem caput thaptia perunxisse, id illo reprobat, & potius mitiganda omnia esse dicit. Sed tamen, ut prudenter scripsit Aretæus, nonnunquam opus est ignem capiti inferte. Imò ille perforat, primam calvarie laminam. Hoc modo itaque transigatur: Cauterium inuratur intersticio duorum musculorum, quatuor digitos sub geno foris, vel in brachiis id hat: hoc laudat Montanus: & is encheites in docet Consilio quadragesimo secundo: hec reuulsionis agenda causâ: nam tanta copia materiæ nonnunquam succrescit, ut capiti sese confertim immisceat: profilit illa ex labefactatis visceribus, ex quibus perennis quedam succrescit maiestatæ libertas. Aut, si perpetua adsit, maiestatæ congestio, occipitio hoc imprimatur, nam in Italiâ pueros vrunt titione in oceipitio, duobus vel pluribus locis, vel etiam in nucha, siccant enim. Idem ferè refert Herodotus, Libyæ populos quos datum facere. Si nihil hec cauteria iuuerint, tandem, & ultimò ad commissuram coronalem venimus; cum nimis idiotiâ omnino satigatur cerebrum, vel hæc cantharides sufficerint, & fluunt dies sexaginta. De patacentesi vide Parti Chirurgiam. Sed cautio adsit, ne villa fiat vistio aut sectio, nisi post plurimas repetitas purgationes, modò non vrgeat morbi vehementia: Quidam, si illæsa sint ea quæ ab anticis nervis mouentur, ut os, lingua, cœoli, illi vertebræ cauterium impônunt, unde nervus conuulsi membra deriuatur.

Quod si à collo infrà totum corpus conuellitur, à tertiâ ad quintam vertebram cauterium inurunt. Ceteri, & post aures, & in collo prope scapulas vesicatoria admota prossunt maximè his, quibus causa morbi in partibus capitis externis sensim subnascitur: vel aliunde adrepes sensim ibi considerit. Quibus verò in ventre, illis, inguinibus, femoribus causa delitescit, cruri inseratur cauterium. Hactenus de chirurgicâ curatione, iam ad alia. Remedia quædam eomodo prescribere videtur D. Gesnerus libro tertio Epistolico, cùm scribit Foter. In curatione vide quæ sit artas laborans. Nam si infantilis fuerit, ad nutricem præcipuum curationis studium verti debet, hæc vtatur plurimo hyssopo. nam iam de Præparantibus agimus, mox in reliquorum remediiorum serie etiam pueroru[m] n[on] eminerimus. Detur pueris lac cum melle despumato; & si ei adsit creber vomitus & anima fætor, deterge pituita cochleario mellis rosati à somno manè: & ventri tunc imponatur emplastrum ex mastice & absinthio cocto in aquâ & oleo. Nutrix à vino abstineat: vt enim id adulorum capita ferit, ita & lac inde genitum pueri caput innadit. Quidam his propinat coagulum leporis eum melicerato, & adduit scriptulum visci quercini puluerisati tenuissime. laudo mel despumatum cui immaduit hyssopum, paeoniae maris semina nigra, & viscum: & bibat nutrix mulsum, & si habitior sit, carnium esum vitet aliquantulum. si rex cachexia illa laborat, erit inutile. Alioqui si crassius eius lac fuerit, tenuantibus utatur, vt sani-

PRÆP-
PARA-
TIA.
Folio 126
secunda
pagina, &
fol. 128.

Pueri ut
preparan-
di.

Trallia.
nam.

culo, anetho, aniso, rutâ. his viridibus; nam sicca, nimis tenuando menstrua concitant: quo nihil est calamitosius, accidit enim lactis copiam, & venus fœtore inquinat lac, & mactum id reddit: quod bonum esse debet consistentia, colore, & odore. nec illis propinentur nigra paeoniae semina, nec eius radix, menses enim euocant. Si non sit infans, prescribemus potionem ex seminibus nigris paeoniae maris ciuilisque radice (modò non sit ingrauidata mulier, nam concitat menses) primulâ veris, rutâ, hyssopo, pétaphyllo (quod maximè aduersatur epilepsia), nam de eo prodidit Auicenna, si triginta dies cum vino bibatur, epilepsiam curari: vel ex stœchade, pyrethro, origano, atoro, aristolochia, dulcoramus melle rosato, syrum de stœchade, oxymelite: si melancholiecat materia, syrum de epiphymo, de pomis, cum decocto thymi & epithymi. Conuenit etiam salvia agrestis, betonica, prassium, flores rosmarini, & stœchados; radices asparagi, inulae, acori, semen rutiæ, baccarum lauri, à paeoniae seminibus rubris abstine, nam astringunt: agni casti, piperis; adiice glycyrrhizam cum passulis. In pituitosâ materiâ si neruolum genus fuerit robustum, propina oxymel scilliticum: sin nerui infirmi, dabis mel scilliticum: & maximè si à melancholiâ fuerit, nam acetum & neruis & melancholiæ bellum indixit. Dabimus mel ad vncias duas. Sed diu perseverare debet in eius usu: vel ad dies quadraginta. Accipe radicum paeoniae maris seminiam: coquæ ex aquæ libris duabus: dum media aquæ pars exhausta sit; & in fine

fine coctionis adiice hyssopi, origani, thymi, singulos pugillos (hæc inter cætera commendat Aurelianus) adde oxymelitis vel mellis scillitici fæcunciam. bibat bis quotidie, dies quadraginta. Alexander affirmat se plurimos curassè decocto hyssopi: id hyeme exhibet cum oxymelite: æstate verò anethi decoctum. Accipe succi cardui benedicti depurati & ad crassitudinem cocti vncias quatuor: succi millefolij eodem modo parati vncias tres; sacchari albissimi vncias quatuor: coque ex attis lege: sumat alternis diebus cochlearium; iungat interdum scriptulum theriacæ. Cautio adsit ne vtratur quinque radicibus aperitiuis: nimium enim humores tenuant, & vapores excitant. Scribonius maximè thymum exhibet. Accipe betonica, stœchadōs, cuiusque semimanipulum; seminis nigræ pæoniæ maris drachmā: visci querni arachmas binas: fiat ex aqua decoctio ad libram vnam: adde oxymelitis & sytupi de stœchade singulas fæcuncias: à maiori coctione iungentius oxymel scilliticum, & syrum pectorale compositum. Galenus pro puero epileptico quassatam scillam recondit in vase, in quo mel reposuit fuit: pelle occludit, toto caniculæ tempore, quod est quadraginta dierum. Soli meridiano obuertit. deinde liquor qui à scilla desudauit expicitur, & melle addito dulcoratur: dantur parvulis drachmæ duas, ad sex. Aliud: Accipe syrum ex succo cardui benedicti, cum decocto cardui. & destillatum cardui & millefolij, cum syrupo violato. Alij, ob vim siccandi, firmos quosdam exhibit.

bent, vt pauonis, cum distillato cardui & millefolij. quibusdam caninum stercus in vsu est. noui qui primum præbēt aquam quæ vim bibit sabinæ; mox drachmam cranij asinini propinan ex vino hyssopi vel paoniae. Præclarè ad salutem facit decoctum ligni guaiaci cum violis: vel cum hyssopo & pæoniâ, aut betonica, vel cū visco quercino: utatur quinquaginta vel pluribus diebus. Guttulæ quædam liquoris vitrioli si aspergantur decoctis, præclarè auxiliantur. Si melancholescat succus morbifer, vtemur boragine, fumariâ, absinthio, centaurio, radice caparorum, aniso, pæoniâ, passulis, glycyrrhizâ, decoctis inde adiice syrum epithymi, & de fumariâ. Corpore materiaque exclusioni patratis, purgantia in usum vertemus. hoc est ubi viæ patent, & vi naturæ materia morbifica sit mitificata, & ad temperiei consistentiæque mediotritatem redacta, tribus enim opas est ut rectè instituatur purgatio; naturæ vi, meatuum libertate, & materia lubricitate. Aretæus ingentibus medicamentis atque valentissimis opus esse scribit: nam, inquit, sunt dolorum patientissimi. Sint sane valida, cum ex idiopathiâ laborat cerebrum: nam hic Auicenna elleborum propinat. sed tamen ea cautione, inquit, ne frequenter ægrum cogamus in vomitum, dum epilepsia cerebri adest. Nec etiam frequenter purgandum: id enim exhaustus spiritus animales, vnde apoplexia metus: sufficerit singulis septimanis id egiisse semel, ita etiam materia non nimis agitabitur. Si à medio corpore malum sit, videtur usum

vsum pilularum de laureolâ commendare Aretaeus. verùm Cælius, cui assentior, commendat elleborum longè à paroxysmo datum, sitque, ait, melle præparatum. tale nos descripsimus libro secundo Methodi nostræ ad praxin medicam: quod sine vllis grauioribus symptomatis præclarè vacuat; vsique hîc compertâ vi eius innoxia, passim usurpatur iam apud nos, non sine maximo hominum commodo: nec memini vñquam frustâ exhibitum fuisse, S. Deo fortunante tam præclarè hoc remedium. Tentatis itaque lenioribus, mox venientius ad elleborum nigrum, deinde ad album. de quo ita Celsus, Tert aut quater eo vtendum, non ita multis interpositis diebus: sic tamen ne iterum vñquam sumat nisi conciderit. Aëtius amplissimam colocynthida cauabat reiectâ medullâ & seminibus, vnde quaque pasta inducebatur, vino dulci implebat, adiectis 4. foliis rutæ, & cinnamomi granis decem: feruebat vinum in calidis cineribus: per noctem relinquitur in colocynthide: postridie pet linteum colabatur, & propinabatur. Mitioribus autem viscissim purga, nunc ventriculû, nunc hepar, nunc caput. Ventriculum (si inde suspicio fuerit) hoc modo, Accipe specierum hierœ drachmas tres: diaphœnici sesquidrachmam; hydromelitis vñcias tres. sumat quinq. horis ante pastum. Ita interdum offeremus diaœtholicum, electarium lenituum. Si in hepatis regione quid latitet, Accipiems radicum acori semunciam; hyssopi, betonicæ, florum cordialium, strobados, singulos pugillos: fiat decoctio ex aquâ;

Mitior.

colatur et infunde agarici recenter trochiseati drachmam, vel rhabarbarum: vel horum loco syrupum de cichoreo cum rhabarbaro, vel syrupum de pomis, paratum cum foliis senæ, vel detur extractum agarici & aloës, cum syrupo de succo cichorei cum rhabarbaro. Vel huic præscriptio decocto infunde agarici drachmam, cum tantillo zinziberis: & rhabarbari scriptulos quatuor, cum tantillo cinnamomi; oxymellis simplicis drachmas tres; catholici drachmas duas: capiat in aurora. Sin querela maximè in capite hæreat, præscribantur pilularum cochiarium scriptuli duo: & statim superlibat aquæ pæoniae vncias tres, cum vnciâ syrupi de betonica. dein quinque diebus patetur materia exclusionis, & validius tunc purga, adiectis grani aliquot trochisorum alhandel: ut, Accipe pilularum cochiarium semidrachmam; trochisorum alhandel grana quatuor vel quinque, ita dantur (vbi melancholica est materia) pilule de fumariâ, pilule sine quibus: misce semper quid castorei, pilule aggregatiæ, hamœch, cum decocto hyssopi & origani. Razes coccias pilulas maximè commendat, cum à capite nascitur malum. Vina purgantia describit Weekerus. In melancholica materia bene coquitur gallus vetus; cum senâ, polypadio, epithymo, thymo, hyssopo, semine pæoniae, passifl. Si fuerit à ventriculo, & nauferet, vomat: sumat vncias tres diluti raphani cum elleboro & aniso: cui adde oxymellis vncias duas: & penâ cum oleo irrita gulam. dein da hietam. mox emplastrum ex spicâ, rosis, mastice, thuris cortice,

Fol. 393.

A vintre.

A parts. cortice, vino odorato subactis ventriculo imponit Razes. Si à parte surgit vapor, purgetur homo trypherā Persicā. si externa sit ea pars in quā focus auræ malignæ, misce pilulas cochias cum pilulis de hermodactylis. Infantulus si laborat latens, eius nutricula leniter purgetur prunis, manna, cassia, fumaria, myrobalanis, rhabarbaro, agarico, sena, diacatholico, diaphœnico. deinde sumat theriacam, mithridatum, conseruam anthos, inulae, acori, melissæ, diamoscum, diacastorium, oxymel scilliticum, vel quotidie accipiat cochlæate mellis scillitici. Si grandior fuerit puer, Accipe radicum & seminis nigri paeoniae maris, singulorum drachmam; seminis contra vermes drachmam dimidiam; thei electi sesquidrachmā; mellis despumati vncias binas: vtatur cochleari uno semel vel bis septimanā, postremā lunā, tempestate austrinā. Si à vermis, sedes pueri melle illinatur. & accipe agarici semunciam, macera per noctem, exprime, & coque cum melle rosato: adiice drachmas duas seminis paeoniae maris: lingat puer per intervalla aliquid manē. Poterit etiam puer purgari drachmis tribus manna: vel sytupo de pomis cum sena. Utatur puer late cum melle despumato. Infunde semunciam agarici trochiscati in aquâ decoctionis salviae: detracto agarico passuale infundantur dum turgeant: & in novo decocto salviae, hyssopi & paeoniae coquantur; & dein expressæ coquantur ad mellis consistentiam. bimatum qui superant pueri hoc melle vtantur. Si à stomacho sit, vtatur melle despuma-

mato frequenter. Mulier si laborat ob suppressos menses, effusione eorum studebimus: nepitam & pulegium arida contundes, cibroque subtili excernes: repetes id, dum in pollinem redigantur: da cum melicrato & cinnainomo. si validius velis, iunge sabinam & dietamnum. haec dabis dum in expectatione sunt menses. Euacuato toto corpore, ad peculiarem capitis purgationem veniemus. Fouebimus caput ex thermis. Errhina non validi odoris offremus. Sternutatorium commendat Razes ex puluere radicis paeoniae tenuissimè contuse: hic puluis naribus per pennam inspiratur. Apophlegmatismus cōmendatur ex pyrethro cum mastice & cera, fiant morsuli auellanae mole. Vel ex mastice, cubebis, paeoniae: contunde cum passulis. vel, Accipe pulueris cubebarum, masticis, olibani, singulas semidrachmas; gummi tragacanthi dissoluti semunciam: fiant pilulae ciceris formâ. Cælius Aurelianus laudat sinapi, piper, staphysagriam. & sternutamentum ex elleboro, pipere, castoreo, & ostrutio. non tamen, inquit, accessionis tempore: nam præstat soluere turbationem. & acetum quoque per nares reicit: nam, dicit, stringit cerebti membranas. Balnea sulphurea conducunt, eorum loco hoc sit: Accipe aquæ optimæ libras triginta; sulphuris igne non experti libras duas; aluminis semifilibram: contunde illa crassè; bulliant donec spuma evanescat, ac coletur. Hoc alternis diebus instilla coronali suturæ. His peractis illico hoc admoue: Accipe agarici non præparati semi-libram; salviae, betonicæ, singulorum manipulos

*Menstru
vi purga
tur.*

*Tonicæ fr
pulueris
euacuate.*

manipulos tres: fiat ex artis lege decoctio, & exprimatur: hoc abluatur caput. quod siccatum illinatur oleo abrotani & amygdalino, pari modo remixtis. Gargarismus fiat ex decocto hyssopi, pyrethri, ruta, cui iunge oxymel scilliticum. Cælius hoc facit ex sinapi. poterunt cubebæ adiici, & passulæ. Semper remisce ea quæ epilepsia dicata sunt, ut pæoniæ. Puluis spicæ inspiratur auribus, quemadmodum pæoniæ naribus; & id perfectè curate hominem affirmat Arculanus. vbi ab idiopathiâ laborat cerebrū hoc agemus, iniicitur etiam naribus puluis mustelæ vel hirundinis, & auribus quoque balsamus, & oleum caryophyllorum. Audet Razes, vbi oculi & facies rubet, rigare caput oleo & aceto rosato. Fiant facculi ex stachade, rutâ, pæoniâ, majoranâ, iride, floribus chamæmeli, ligno guaiaco, milio, gummi iuniperi, nuce moscatâ. ex duobus vel tribus horum fiat facculus capiti. Sed præstat pulueres inspergere capiti: ex iride & cypero pueris conuenit: & vngue proiectiores guttulis paucis olei caryophyllorum. vel cerotum fiat ex ladano, thure, succino albo, corallo rubro &c. Spinam dorsi moderatè calido oleo inunge: nam ea hic etiam patitur. Tandem, si per idiopathiam obfessum sit cerebrum, si euinci malum poterit, hac arte poterit: Fiat succorum tractio à centro capitis ad peripheriam: quod efficies emplastro, quod ponatur super magnam partem capitis, & maximè imponatur coronali & sagittali suturæ, capite raso. accipe ammoniaci dissoluti, cum pinguedine anatis, vel milui, aut humanâ, vncias duas; fer-

menti vnciam; sinapi subtilissimè comminuti, semunciam; cantharidum semidrachmam; seminis pœnæ drachmas duas: fiat emplastrum: hæreat dum rubet cat & velicas faciat; dein aufer, & ex pinguedine milui fiat inunctio, postea iterum emplastrum apponatur: id toties vicissim fiat, dum exulceretur cutis: quæ per duos menses pateat. Alioqui optimum erit deralum caput sinapismo, vel lepidio solo exulcerare, vel iberidis radix salso adipe suillo excipiat, & quatuor horis imponatur. Circa quartam & teriam certicis vertebram hoc imponatur: Accipe sinapi pulueris partem vnam; micæ panis albi tertiam partem; addi potest euphorbiunt, sapo, cantharides. Viatis omnibus, cauterium imprimitur suturæ coronali: pateat ad duos vel plures menses. Si hysterica fuerit mulier vel prægnans, emplastro promatrice tegatur venter. Si à parte exspirat aura, à cucurbitulis emplastrum rubificans cum theriacâ illi imponatur. Si fuerit à puncturâ acus vel ferri, aperi ferro locum, ut effluat è neruo virus, & oleum rosatum in quo lumbrici coxere infunde, si dolor non adsit, iunge sulphur. Cum evasisse videbitur æger, ne restibili quadam fecunditate in nouæ materiæ generationem perennet cerebrum, illud roborandum, & ad pristinam vim flecti debet. Accipe semiñis agni casti, ruta, pæoniæ; visci querni, pyrethri, singulas drachmas; castorei semidrachmam: cum melle puro fiat electarium. Auicenna commendat hoc. Accipe secaleos, baccarum lauri, singulorū drachmas tres;

tres; aristolochia rotundæ, radicis pæoniæ, cuiusque drachmas duas; castorei, trochisorum scilliucorum, singulas drachmas: misce cum melle despumato: sumat cottidie cum oxy-melle. Si fuerit materia melâcholica: Accipe conseruæ melissæ, calédulae, corticum citriorum conditorū, myrobalanorū nigrarum conditarum, singulorum vnciam; specierum aromatici caryophyllati, diamargariti, seminis pæoniæ singulas drachmas: misce cum melle scillitico. Theriaca est præstans remedium, cum decocto hyssopi, tosmatini, saluiæ, betonicæ, pæoniæ, galangæ. ita & mithridatum. Alexander celebrat lapillos in hirundinū stomachis deprehensos, & in puluerem comminutos, hos propinat. & caninum stercus æstinitis caloribus editum, canis 14. dies ossibus nutritur. hoc vritur (calet & siccatur) & spacio quinque dierum exhibetur, laudat etiam cranium asininum crematum. alij illud distillant, & præbent ad grana quatuor id distillatum, cum decocto pæoniæ vel hyssopi. Alexander etiam offert pyrethri conditi cochlear per interualla, donec vndeclies acceperit. & vsu id commendatum esse asserit. id interdum cum melle contundit. Accipe cranij asini sesquidrachmā, pulueris pæoniæ maris semidrachmam; mithridatiij drachmam: cum syropo hyssopi, fiat bolus; sumat septem horis ante cibum. vel, seminis pæoniæ, visci, anisi, seminis betonicæ, partes æquas: cum melle fiat bolus. Condiuantur radices pæoniæ maris. Conserua acori, stœchados, inula cōdita. syrpus de pomis cum visco querno. Aquæ vite indatur

theriaca, pæonia, helenium, stœchas, corallum rubrum, & talia: sumat cochlearium, & superdormiat. Accipe castorei, radicis pæoniæ, singulos scriptulos: fiant pilozæ: & vna detur ad lecti ingressum. Manè vraturo oxy-melle Iuliani cum aquâ anisi. Dotissimus Forestus describit ex Era-sto & Langio aquas quasdam huic malo dicatas, libro decimo, De cere-
fol. 199.
bri morbis, Observazione quinqua-gesimaquintâ. vel hoc modo: Accipe visci querñi, radicis pæoniæ matis, singulas vncias: polypodij querñi, epithymi (si melanolescat) cuiusq. vncias binas; specierum latiflicantis Galenij & de gemmis, cuiusq. drachmas binas; conseruæ, inula, capillo-rum venetis, anthos, singulorum vncias tres; aquæ melissæ, buglossi, saluiæ, cuiusque vncias sex, seri lactis libram: comminuantur, & fiat de-stillatio in balneo: Accipiat fescunciam ter in hebdomade, & misceat quid aquæ theriacalis. Suffitus ex ligno aloës, caryophyllis, pæoniâ, mastice, ladano: hoc tegumenta capitis imbuantur. Matthiolus oleum præbet ex facibus humanis. Mercurialis teritur cum sacchari æquali parte: macerantur in retortâ octo dies, & distillantur: huius olei datur manè drachma. Aretæus laudat ca-storeum ex mulsâ potum sape in mense, qui etiam theriacam & mi-thridatum propinat: nam, inquit, coctionem promouent, & vrinas cieunt. Illud ex Septimij Florentis apogeticô est, in arenâ iugulato-rum nocentum sanguinem recen-tem de iugulo recurrentem, auidâ siti solitum hautiti; quod sic comi-tiali morbo remedia quæri opina-rentur.

narentur. Aretaeus etiam narrat non nullos se vidiisse fiolam subiicientes vulneri iugulati hominis, ac hau-
stum cruentum bibentes: ô facinus, grande, inquit, malum, malo piaculo depellere! & num ita ad sanitatem peruererint, nemo mihi, ait, affirmare potuit. Quin, inquit, quendam auctorem legi, qui humanum iecur epulandum proponebat. quin hoc Scribonius Largus proponit, qui ait, quosdam etiam esse, qui sanguinem ex suâ venâ emissum bibant. Quid diceret ergo, vel quò non fugeret, si nunc hæc monstra videret Pythagoras? Crediderim sanè hæc ex obscurâ Magorum obsecnâque sagarum schola profecta esse: nihilque aliud, quam aucupia Satanæ ad crudelitatem: ut hac vmbra velent Magi sua scelerata. Mirum enim quam audire sagæ sanguinem & carnes humanas affectent. Refert Bodinus obstetricem magam exceptum in partu fœtum in aërem attollere assueuisse, ac ita clam satanae offerre: mox, cum adstantes quid aliud agerent, aciculam prægrandem capiti infantulorum impeglisse. cumque dati terræ essent, cruisse, ac in tabum sorbilem totum infantem coxisse. ita quadraginta unum infantes ab illâ, nefario ausu, absorptos fuissent. ad quod alludit Horatius, vbi ait,

Neu præsa Lamiae viuum paerum extrahat alio.

Nam, ut dixi, hæc lamiae vel sagæ humanum sanguinem sorbent audiissimè. ita sectis saucibus Socratis (id sodalis Apuleij nomen est) accubantis ei atque dormientis sanguinem exceptit lamia vase, & obduxit plagam: quod experrectus Socrates

se non sentire dicebat ludificaturque, & postridie tamen vitâ defunctus est. Refert Philostratus formosissimam lamiam in suburbano Corinthiaco ab Apollonio Tianæo repertâ fuisse, cuius amore Menippus formosissimus adolescens tenebatur, quæ fatebatur se iuuueni corpora deuorare, vbi ad summam sanguinis copiam deuenissent. Propterea iusto Dei iudicio in lupos verè mutantur magi quidam, restituti ratione, ac in hominem redeunt. quod Septentrionalibus hominibus magis frequens euenit ultimis diebus Decembris. ita permittente S. Deo Nabuchodonozor in bouem transformatus fuit, depascentē herbam annos septem, versâ pelle, pilo, vnguis, formaque tota: dein figuram pristinam recepit. Quin ipsi magi & sagæ à Satanâ plectuntur in suis conuentibus, si nil tale commiserint crudelitatis. His in more est postquam Satanæ (horrendum commercium) fidem dederunt, ab ipso, ea maximè nocte quæ inter diem veneris & sabathi, eaque quæ inter lunæ & martis diem interuenit, exportari, vbi illorum occulti nefandiq. celebrantur conuentus, ibique hirci (qui diabolus est) posticam vel pudendam osculantur partem: mox auerso vultu in orbé saltant, & cum diabolis coœunt: hinc mensa sine sale (qui æternitatis symbolū) sternitur, & edulia ex humanâ carne parata importantur. hanc carnem coguntur sagæ adferre: mille suppliciis dignæ, quæ ita variisque sceleribus petunt Maiestatē S. Dei. Hinc puto astutum daemonem medicinæ humanarum partiū intulisse vsum: ut hac nebulâ fucet

4. Lib. 8
De vita
Apollonii
Tianæo

fuerit magorū facinus, quasi ad morbos his vterentur, sed monuisse sat est: redeo. Pyrethrū cōditum præstans est remedium. Optimum quin etiam est electarium Razis, modò, vt ipse ait, hic sanguis mali auctor non fuerit: Accipit pyrethri, secaleos, stachados, singulas drachmas decē, agarici drachmas quinque, cardamomi recentis & acuti, liquoris creniaci, aristolochiae rotūdæ, eiusq. sesquidrachmam: exprimito ex scillâ succum, & illum æquali mellis portione commixtum decoquito; illoq. exceptis medicaminibus, fiat electarium. indies aeger manè, & tribus horis à frugali ceni assumet nucis auellanæ instar, cum cephalico li- quore: & interim à crassis cibis abstinebit. Matthiolus, De hyssopo, illud commendat: Accipe hyssopi, marrubij, castorei, singulorum semi-drachmam; radicis paeoniae drachmas duas; assū scriptulum. terantur, & cum succo hyssopi fiant catapotia septem: sumat cottidie vnum, horā somni. Accipe succi cardui benedicti, millefolij, ruta, melisse, hyssopi, omnium vncias duas: cum saccharo coque ad spissitudinem: adde visci querni, radicum pyrethri, pulueris radicum quinquefolij, cornu cerui præparati, singulorum semunciam, cranij astai puluerisati, drachmas duas; mithridatij, theriacæ antiquæ, singulas drachmas sex; conseruæ lilij conuallij vncias duas; aquæ vitæ fuscunciam: misce lento igne. manè à somno, & vesperi ante somnum capiat drachmam. Aqua florentis hyperici distillata. hitundines asperse castoreo, aquaque maceratae rotā nocte, extillantur. Guttæ aliquot

extracti castorei in aquâ vitæ, dantur cum decocto florum rosmarinii, salviae, & betonicæ. Hactenus de curatione, iam de diæta. Aët vitetur carbonum fuligine inquinatus. & lumen splendidū validè incurrens, & horrendi sonitus absint. Castigetur aët foliis lauri, ruta, iuniperi baccis, paeonia, ladano, caryophyllis, salvia, rosmarino. Sed caue ne vapor nimius caput repleat, aut materiam exagitet, igne interdum luculento altera aërem. Iubet Auicenna vt viet capitis frigus & calorem. Olfaciat læpe nigellam. Finem epilepsiae iuuuenibus adferunt, loci, victus, etatis mutatio, hæc in calorem & siccitatem transferri vult Aretæus. Nam si victus in quo morbus alitur desierit, non vteriū hominem infestat. Viictus sit tenuans, siccans; & copiæ mediocris (dum non sit ab inediâ, qualis illa Grammatici fuit) nam plenitudo & inedia caput grauant: quare cum allatrante ventre non colluctandum. A frigidis & humidis abstineant, & ab omnibus, inquit Razes, quæ plethoricis causis caput replent. Condiantur cibi pipere, fœniculo, mace, caryophyllis. Carnes sint assæ, vt turtures, turdi, montanæ anes maioranæ alteratæ. Auicenna cauendum monet à petroselino. abstineat etiam à leguminibus flatuosisque cunctis, & à piscibus qui crassos succos gignunt. quinetiam lac dulce & pingue vt vitemus edicit Auicenna. Ad mensæ initium veniat folia ruta viridis, maximâ enim vi siccandi & absumendi madores vegetat teste Hippocrate. in postrem epulis laudatur biscoctus panis, & radix eryngij melle condita. Par-

DIAE-
TA.2. Aph.
45.Lib. 2.
De morb.
mul.

cissimè potet, & à vino potissimum vesperi abstineat: & omnem cræpalam fugiat. Si stomachus in vitio fuerit, cottidie vult Auicenna ea porrigi, quæ ei stabilimentum adferant: sicutque cibi eucyymi & eupepti. Galenus in consilio pro puerो epileptico iubet ut liberali manu cœna præbeatur: at prandium accidit: Auicenna contrà: quid dicas? dico Galenum ad mōtes puerorum collimare, qui die somnum etiam captare solent. Date in prandio copiosiorem cibum: nam minimè caput repleri debet: maximè autem repletur in somno nocturno. Liquamenta fabricētur ex aceto & cymino. Laudat Aretæus, dum curationi incumbitur, à carne abstinentiam: aliequi, dicit, sunt faciles, ut lepores, & suilli pedes. olera etiam concedit acria & vetrica, ut asparagum, vrticam. Sed tamen, ut recte admonet Razes & Cælius Aurelianuس, abstineat à cæpis, allio, sinapi, porris, fabis. ut breuiter cum Cælio dicam, declinet omne quod fuerit acrioris virtutis, siue inflare valentis, aut carnosæ, vel grauis. relevatur corpus ieunitate: & inquit, veteres non Methodici iubebant abstinentiam vini & carnis, & magis porcinæ, caprinæ, & bubulae. Sed, inquit Razes, sunt cibi attenuantes, incidentes, si sit à sanguine natum malum, abstineat à vino, carne, & à dulcibus: & succum acidorum fructuum potet. Cappares initè conferunt in cibis. accipe eorum semilibram: adiice aliquid sacchari & mellis: seruentur per medium annum: ita exount noxam vetriculo vim. Cauenda multo tempore omnis nimetas, ut frigus, vstio,

Altricula
puerorum
et haben-
da.

indigestio, vinolentia, libido, fatigatio, lauatio, splendor lucis, odores. Nutricula puerorum epilepticorum eos cibos fugiat qui viscidum gelidumque succum progignunt; ut bubula, suilla, agnina, pauo, grus, cycenus. Vtatur veruecinâ, gallinis, gallinaginibus. Fugiat veterem carnem permaciam, sale sumove induratam. ex piscibus vescatur solea, passeribus, lupis, gobione, percâ. nec vñquam ultra ventriculi robur se impleat. olus ex fœniculo, hyssopo, chærefolio, melissa, ficus, amygdala, pyra cocta, cappares interdum comedat. Abstineat veteri caseo, lactatiis, bellatiis, leguminibus, ceteuiâ medioctri vtatur. nigrum vinum fugiat. si crassum sit lac, album vinum modestè bibat. si tenue fluctuet lac, hydragogis purgetur, ut mechiae can. absit his alii fluxus, peruvigilium, multus sudor, animi querela, venus. Optimum autem lac colore, odore, sapore, & consistentiâ noscetur. sit lac casei expers: si enim id caseosum fuerit, facit epilepticum infantem. Puer non plus lactis prolectet, quam conficiat. sape ori eius indatur mel pæoniatum. cunæ coronentur thymo, maioranâ, calamintâ. & pedū plantæ castoreo illinantur. Cae ne nimio ignis ardore feriatur, vel aëris frigore ne contundatur, vel nimio clamore irritetur, vel somno ne sepeliatur. Pueris grandioribus cibi conspergantur puluere iuæ: puerisque veræ & fictæ absint formidines. heliœsin, quâ Sole corpus torrentur, præteoto capite, laudat Cælius Aurelianuس. Potus cibis respondeat: & alteretur hyssopo, maioranâ, salvia, pæonia, & melicratu his viribus afflatum:

Gesner. 2.
Epil. 15.
in fine.

afflatum: ut si coquatur betonicā, saluiā, zinzibere. Si à ventriculo sit qui bile fatigatur, vtatur granatorum succo, endiuia, acetosā. Vinum propinetur paucā copiā, siquē oligophorum, nam vinum datur solum ad necessitatem: cūm in tam diuturno malo, ægrè ægri ab hoc detineri possunt. & laudat illud Anicenna si paucum sumatur: nam, inquit, dilatat animam & confortat spiritum & ipsum acuit. Si, inquit Cælius Aurelianus, non adsit membra torpor aut punctio (tunc enim aquā tepidā soueri debet) vini dabimus semunciam vel vnciam, medio cibo aquatissimè temperatum. In pueris verò Aristoteli & antiquis non placuit vinum. narrat in problemaibus Plutarchus, Romanos canisse, ne in sacrificiis nutricum adhiberetur vinum, sed lac: ne vinum pueris noceret. Sed bibat cereuisiam medicorem, imbutā betonicā & coriandro: puero addat saccharum. ante, & ubi De incubo, cetera diximus de pueris. primum pulvis cochleare aspergatur aniso, cypero, & semine paeoniae. Si epilepticis vino fuerit viendum, illad sit guaiaco medicatum, vel hyssopo, saluiā, paeoniae radice, visco, rutā. Aretæus sicut optimam esse ait: alioqui sit vinum tenuē, album, quod lotium mouet, sed, ex Razis etiam sententiā, à vino abstinuisse præstiterit. A pastu, hoc vtatur: accipe visci querne, coralli rubri, seminis paeoniae, anisi, singulorum scriptulum; cinnamomi drachmam; coriandri præparati semunciam; sacchari rosati simplicis tabulati vncias tres; ligni aloës scriptulum: fiat puluis; vtatur à pastu. Alius: accipe anisi,

ſceniculi, coriandri, singulorum ſemidrachmam; mentæ odoratæ ſcriptulum; macis, nucis myristicæ, caryophyllorum, ſeminis paeoniae, rutæ, cuiusque ſemiscriptulum. Ambulationes laudat. Aretæus inter ſuaue olentes herbas: & vt rectæ fiant, non ad mare aut flumina, ob vortices: nec turbines inspiciat. non ſpectet ſpectacula. Confert excandescientia carens iracundiā, auctore Aretæo. Præ ceteris tamen, ſi quaſ fides Aureliano, animi laxatio erit procuranda: à diſputationum intentione abſtineat. refert Suetonius, Iulium Cæſarem bis inter res agendas co-mitiali morbo fuſile correptum. abſit timor, maximè à pueris, ſi Platoni fides. Somnus non illico à paſtu ineatur: nec in dorſo iaceant. nec etiam à cœnâ ſtudiis inuigilent. verè hoc Celsus, Quibus caput affligitur, iis ne cogitationem quidem à cœnâ tutam eſſe. Nec etiam ſomno nimium irrepat: nā, vt præclarè ait Aretæus, ſomnus multis crassitudo eſt: ociū, nebula ſenſuum: bonum verò mediocritas. A ſomno requieſcat paululum iacens. Prohibuere veteres ſuprapellem caprinam dormire, quodd passionis faciat motum: id fit, ait Cælius, à gradi odore. Caueant à balneis & aceto, à conuentu hominum, & ab iis qui ex eodem morbo laborat. laſitudinē vitet & ignem: & à vaporosis rebus abſtineat. Aquas tamen naturales laudat Cælius Aurelianus, ſed quaſ nullâ odoris vexatione afficiant. Venerem etiam abigit Cælius, quam tamen laudaffe ait Asclepiadem. Hippocrates, ait Macrobius, diuinâ vir scientiâ, de coitu venereo ita existimabat: partem quandam

*Lib. 1.
De Rep.*

*Satir. 2.
in fine.*

quandā esse morbi tētērīmī, quēm
nōstrī comitialem dixērē. nām quē
ip̄sīus verba hēc tradūntur: *τὸν οὐρ-*
οτάριον τὸν ἀνθελίαν: id est, coi-
tūm esse paruum morbum comitia-
lēm. Alui excretio & flatuum eieōtio
à somno optima est. Quidam medici
Aretius.
EMPI-
RICA.
Cet. 44-
relianu.
Fol. 290.
291.

Empirica delectantur: his etiam, in
hoc maximē morbo, quid tribuen-
dum. Galenus carnem mustela sic-
catam suinmē commendat. Sextus
antiquus medicus, præbet cor lepo-
ris siccatum cum thure, ex vino albo:
hoc agit sēptem diebus, quos auspi-
catur à lunā recenti, dum nimirum
illa quartam in cæli partem abierit.
in senescente verò morbo, xxix. die-
bus id propinat, dum nimirum à
synodo, totum orbem luna peragrā-
tit. Scribit Misaldus sibi compertum
esse, quod radix paeoniae maris eu-
nsa lunā crescente ac illi blandiente
sole radio sextili aut trino, dum is sub
Leone decurrit, ab epilepsia ac-
cessione tuetur; si non fuerit antiqua-
tum malum. Antiqui illi Empirici
dabant bibendū lac asinīnum cum
sale: vel sanguinem testudinis mari-
næ, vel vituli matini, & coagula quæ
laeti miscentur; corda equorum, asin-
orum, vel mulorum; fluminalis
cancri testes, & porcelliones; canis
aquarilis vereitum atque testes; ce-
rebrum gaviae; aquam ferri exstincti:
sanguinem mustela commendat
Diocordides, & eius ventriculum
coriandro fartum & inueteratum.
Sed sanguis periculose bibitur, ni
prius fibræ eius quassu attritæ fue-
rint: Thenistolem taurinus sanguis
potus interfecit. & negat Cælius Au-
relianus ex occultis causis, quas
Græci ad hanc ultimæ vocant, talia ra-

tiones ducere; neque, inquit, ex ali-
quā tentatione approbatæ in vsum
venerunt hēc odiosa materiarum
genera. Diocles dabat absinthium,
centaurium, & lac asinīnum. Lapis
in felle bouis inuentus, lenti magnitudine immislus naribus. Nonis
antiquus medicus, lapides ait duos
inueniri, in primigenia sobole birun-
dinis: quorum vnuus giluus est, alter
albus, album collaplo comitiali im-
pones, & surget. nigrum verò cuti
alliga. Matthiolus aquam præbet
distillatam ex hominum fæcibus; &
cineres visci querri vi bibat quadra-
ginta diebus. idē commēdat aquam
distillatā ex radicibus hyperici dum
floret. Quædam nobilissima matro-
na hac arte sanabat epilepticos, Ac-
cipit acetum caryophyllorum tubris
floribus inbutum, miscet facies pa-
nonis recentissimas, traicit per lin-
teum: propinat hoc nouem conti-
nuis diebus. Andreas Balenus olim
Hebrææ literaturæ apud Louanien-
ses professor, hoc in secretis habebat
accunctos ferè sanabat qui nec in
ignem aut aquam vi huius morbi
præcipitati fuissent: Accipiebat mer-
curialis, & florum tiliæ aquam, quæ
ex his remixtis, arte simplici exstil-
lauit: & manè ante cibum vtebatur
ex hac tribus cochlearibus, tribus
continuis diebus. Sed cochlear su-
perstitione non vacat, quod hoc mo-
do parabatur, amputabat mēte Maio-
ramū ex arbore tiliæ, eā crassitudine
præditum, quā imam humani cruris
partem æquet. Hic ramus terram
non feriat, sed fune ex arbore dimi-
tatur, & in cubiculo suspendatur
ad siccitatem usque: quod mense
vno sufficerit fecisse. inde fingatur
cochlear

cochlear vnum aut alterum. sed tam à terra cochlear, inutile erit. ab vsu huius remedij, semel grauissimè laborabit, sed postea nunquam. Cranij hominis non humati rasuram misce cum spiritu vini saluati, vt supernat sex digitos: digere in balneo quatuordecim dies: exprime, iterumque nouam rasuram infunde. hoc fiat ter: eius quod in fundo est exhibe semiscriptulum cum aquâ tiliæ in paroxysmo & ante hoc ages. Alexander commendat asini cranium: Scribonius tamen humani meminit. Vel accipe cranij os hoc in quo quiescere cerebrum videtur; id combure, eiusque pulueris semidrachmam bibat ex aquâ paeoniae. Quidam præbêt succum vel aquam primulæ veris cum puluere cordis lupi: alij leoninum excrementum potant, & collo gestant. Semina paeoniae crasso modo contusa immitte vini spiritu: da cochlearij dimidium cum aquâ tiliæ. Quidam annulum gestant ex vngulâ dextri pedis asini. Accipe specierum pleres archæ, diamargariti, diambrae, singulorum drachmam; seminis paeoniae, ossis cranij humani combusti cuiusque drachmas duas; tormentillæ drachmati; seminis ruta semidrachmam: fiat puluis, quem impones aquæ vitæ: sumat manè drachmas duas cum syrupo corticum citreorum, & guttula vnâ spiritus vitrioli. Panis, vbi è furno extrahitur, caletis medulla vitreis organis distillatur: propinatur quatuor vnciæ magno successu, adiiciunt drachmam rasuræ dentis lupini. Paracelsus in paroxysmo oleum gagatis naribus imponit, dein purgat elleboro: postea olei cranij & spi-

ritus vitrioli guttas dat cum aquâ lauendulæ. Heliogabalus, vt Spartanus prodit, comedit sæpe camelorum calcanea, cristas gallinaceis demptas viuentibus, pauonum linguas & lusciniarum: quod qui his vesceretur, epilepsiam non sentiret. Arculanus meminit radicis & semi-nis paeoniae flore albo, præbet etiam coaguli leporini guttas sex ad decem, ex mulsâ vel aquâ ruta. scribit idem auctor antimonium tota proprietate cōferre. cornu cervi potum; einis hirundinum, hepaticum milui. Diocorides asininum iecur assūm̄ esui offert: puluis mustelæ potus celebratur etiam. Democritus Atheniensis, inquit Alexander, oraculum Apollinis in auxilium huius mali tentauit: Respondit ille dæmon in hanc sententiam: gregariatum caprarum caput iuxta cerebri basin plenum esse vermis. oportere ergo ueste substratâ, ne terram attingant, illos excipere, vnum vel tres, & indutum pelle nigrae otis, tenero collo alligare. Potui detur semen nigrum paeoniae maris, & radix eius de collo gestetur. decrescente luna haec colliges, Sole Leone in felici pede percurrente. Accipe seminis nigri paeoniae maris, & radicis eiusdem, aristochia rotundæ, pyrethri, rasura cranij asini, singulas sesquidrachmas: fiat puluis: sumat nouem diebus drachman ex mulsâ, vel ex aquâ tiliæ: vtatur à lunæ synodo dum illa totum impleat orbem. Decoctum ruta ex vino laudatur ab Alzaharauia. & vt pyrethri radix de collo pendula sit. Quidam præbent radicem ireos cæruleæ cum lapide topazio ex aquâ vitæ. Cardanus refert se duos curasse

post omnia remedia aliorum medicorum: horum unus febricitabat, alter clamabat: id egit somniferis capitis lotionibus, & solo potu pulueris chrysolithi ex vino. octo, inquit, die rū spacio cōualuere; ita ut nunquam redierit morbus. Nonus, Græcus medicus, præbet *λεγονάρχη* famò siccatam, & tριτα cum aceto mulso, ad dies triginta. interpres vertit eandam potci syluestris: puto veretrum vertendum esse. Alij exhibent vesicam apri cum vrinā siccatam in furno: fit inde puluis; cuius drachmam propinant ex aquâ paeoniæ, vel ex seminciâ oxymelitis: laudatum Alexandro remedium ab vsu: Accipe cranij asini vsti vnciam; rasurae vngulæ alcis, cornu cervi vsti, visci querni, granorum paeoniæ, radicis paeoniæ maris, tormétillæ, diptamni albi, singulorum binas drachmas; coralli vtriusque præparati, eboris recenter rasî, margaritarum præparatarum, singulorum drachmam; foliorum auti, numero xxx. sacchari albissimi vncias duas: tete omnia in lapide porphyrij: fiat puluis subtilis: propina drachmam cum iulapio violato, vel cum aquâ liliovni conuallium, aut florum tiliæ, vel cerasorum. Aut accipe rasurae vngulæ alcis, radicis paeoniæ maris, succini candidissimi, singulorum aequas partes; bibat cum dictis aquis. Aqua cerasorum datur in paroxysmo: alijs præbent aquam bitundinum vel picarum. Accipe vernicis, carabæ & præparare, thuris, caryophyllorum, cuiusq. scriptulum: styracis liquidæ, petrolei rubri, quod satis sit ad vnguenti ideam: vngat hoc coronalem suaram. Inute *incensum* incensâ candelâ ce-

rcâ: & utatur paeoniæ maris radicibus in sartagine cum butyro frictis. Iaspis viridis collo pendeat, ait Nonus. Alexander Trallianus air, puccta ægri qualibet parte, sanguine os eius oblinito, & surget: sed postea dixit eum è magnis pedum digitis petendum esse. Quidam puerorum rotû corpus involuunt linteolo, quod immaduit decocto tuſilaginis & visci querni. Mel ex buxo depalpis apibus epilepsiam illico arcet, inquit Geoponicôn auctor. semen gallittiæ, flos anagallidis rubés, inula. Plura qui velit, legat Aëtium 2. 2. 16.

CAPVT XXIII.

De APOPLEXIA, vel Sideratione.

NOMI-
NA. **A**POPLEXIA dicta ab *Sideratione*, quod est grauter percutere: quod tanquam ex lethali percussu, repentinum faciat casum. Sideratio dicitur Latinis: nam veteres fulmen sidus esse putabant: hi enim quasi fulmine tacti concidunt. Attonitum morbum quidam vocant, quia mens & corpus stupent. Hunc morbum vocabant Paralysin tempore Celsi: at, inquit, veteres partium resolutiō nem paralysin vocabant. Hippocrates, inquit Cælius, vniuersi corporis paralysin vocat. ita & Diocles, Praxagoras, Asclepiades Titensis, & Demetrius: nam paraplecticos particulis vitiatos vocant. Thermison paralysin cum mentis impedimento, apoplexiā vocabat: sine mentis impedimento, paralysin vocabat. Galenus vnius lateris résolutionem paralysin appellat: quod si parti aliqui ea euenerit, eius partis resolutio dicitur. Est autē Apoplexia, functio ablata

Quid ablata tum principum facultatum
 animalium, tum sensus & motus, eò
 quod prohibeat spiritus animalis
 exitu à cerebro, vel vitalis aditu ad
 cerebrum, ab oppressione cerebri
 eiusque sinuum & pororum obstruc-
 tione. Dixi esse priuationem mo-
 tus. Sed dices, cur jigitur respirant?
 Respondeo, Respirationē esse actionem
 partim iussam *κατὰ οργάνον*,
 partim iniussam *καὶ ὄφελον*: hoc est,
 quando nullā sponte nostrā, sed tan-
 tum suā respiratio suscipitur & ab-
 soluitur: nam necessitas spirādi, ner-
 uos musculosque excitat ad functionem;
 etenim actio respirandi est
 animalis: usus vero est naturalis. ita
 actio musculorum thoracis in vigi-
 lantibus est voluntaria, ab electione:
 in dormientibus vero est ab instin-
 ctu, ob necessitatem quae nervos im-
 pellit. Attamen ipsa spiratio hic ve-
 hementer impeditur, hic enim mus-
 culi pectoris omnes coguntur in hoc
 opus: non ob auctam necessitatem
 respirationis, sed quia vis est imbel-
 lis: & propterea omnes musculi mu-
 tuò auxiliari coguntur: nam in om-
 nibus exanimes sunt, si respirationē
 exceptis & pulsum. ob summa itaque
 necessitatem (quae vim nervis
 contentam excitat ad actionem) ser-
 uatur aliquid anhelitus. Ita in gra-
 viissimo hoc malo, quasi animalitate
 exiutus homo, iacet enim stipes &
 truncus sine motu: cuius vniuersus
 platio satis fuerit ad animalitatis ex-
 cussionem, vt loquitur Galenus, qui
 ad essentiam animalis motum spon-
 taneum maximè exigit, vbi ait, *ἢ
 κίνησις τοῖς ζῷοις καὶ τὸν ἐστὸν αὐτῆς
 καταπληκτον*. Iunimus definitioni spi-
 ritus exitu prohiberi à cerebro; vt

cùm omnes meatus cerebri in ar-
 gustum arctantur subito. Dico non
 solum ventriculos cerebri obstrui,
 sed omnes meatus & poros corporis
 cerebri, vt etiam Vega colligit ex
 Galeni libro quarto De locis af-
 citis, capite secundo: vbi assertit, illud
 discrimen esse inter apoplexiā &
 epilepsiam, quod quamvis in utroq.
 hoc affectu affligatur cerebrum in
 anticis & posticis partibus, verunta-
 men in epilepsia grauius affligi ce-
 rebrum circa ventriculos, minus
 vero penes corpus: at, inquit Gale-
 nus, in apoplexiā, ex aduerso, cùm
 potius cerebri corpus in hac affliga-
 tur, minus vero ventriculi eius. Si
 enim apoplexiā referas ad linuum
 cerebri solam obstructionē, oportet
 perpetuò præcurrere epilepsiam.
 & apoplexiā solutionem sequeretur
 semper epilepsia: nā tota non potest
 tolli obstructio, priusquam media au-
 feratur: nec totus sinus implebitur,
 priusquam medius. Sanè in epilepsia
 fatigantur maximè sinus, ab adhæsu
 materie: at in apoplexiā obstruuntur
 etiam periorum initia. hoc est quod
 dicit Avicenna, apoplexiā enasci
 ex obstructione ventriculorum ce-
 rebri, & cursuum spiritus sensibilis
 & motui: hoc est, initium nervorum.
 Quare referimus apoplexiā
 non tam ad sinus, quam ad ipsum
 cerebri corpus. Nec tamen ad intem-
 periem cerebri hanc calamitatem
 transferimus, sed cum Galeno ad
 malam compositionem. qui assertit
 cerebri corpus bifarium in vitio esse,
 vel quod intemperie affligatur, aut
 quod madore repleatur. Alind pro-
 fectò est madere; aliud madore re-
 pleri. Ergo pori cerebri arctè con-
 k 2 niuent,

11. De
 vībūs
 part. 18.
 *quæc.
 nus est
 animal,
 ex scipio
 mouc-
 tur.

Galen. 5.
 loc. off. 7.
 De
 cōf. 3.
 p. 10. 7.
 Artib. lib.

Prima 3.
 tr. 1. 5.

& 1. lib.
 off. 5.

niuent, ita ut atrocior horum ad-
sit occlusio, quam sinuum cerebri.
quod aliter in epilepsia evenit. Dixi
in definitione, vel quod spiritus vi-
talis aditu prohibetur ad cerebrum:
quod sit ab interceptis iugularibus
venis, & carotidibus arteriis infar-
ctu aliquo occupatis; vnde nascitur
debilis apoplexia; vt mox, ubi De
differentiis, ex Auicenna ostendam.

*Quæst.**Cay-*
*s. a. 2.**cap. 6.*

*affectionem
similem
inflammationi.
4. Acut.
23.
2. Aph.
42.

Sed quare hæc pituitæ in nervos in-
cursio non potius cōvulsionem ad-
fert? Respondeo, Convulsio sit pro-
priè disténtione musculi: sed paralysis
sit oppressione vel obstruktione ner-
vi. Hactenus de definitione, iam ad
causas venio. Causa apoplexiæ, hoc
est, eius symptomatis morbus, est
connivientia meatuum & ventricu-
lorum cerebri. Hæc ita connivent à
compressione, vel ab obstruktione.
Compressio fieri potest à sanguinis
vbertate, vel à phlegmone phreniti-
cā, aut lethargicā: quibus aliquando
succedit apoplexia. A sanguinis co-
piâ assertit fieri Galenus, libro De
curandi ratione per sanguinis mis-
sionem, ea confertim in cerebrum
irruente. & cum assertit *φλεγμόνη
δέσσαν apoplexiæ causam esse, quod
fit, venis & arteriis pressis sanguinis
copiâ; hinc tensio, vnde in angustum
contrahitur cerebrum. Vocat Gale-
nus hanc affectionem quæ referat
ideam phlegmones: nam à sanguine
est, qui auctor esse solet phlegmonis,
& talis hæc sit tensio, qualis adest
phlegmoni. Pulchrè Galenus vocat
hanc affectionem velut inflammatoriam :
quod in phlegmone non
solum sanguis luxurier, ac ruat ad
partem ægrā; sed trahi se per aluos
porofuse partis, vnde tensio, hac quo-

que idē hæc adeò replentur cerebri
vasa, vt poti cerebri opprimantur.
non tamen obstruantur, sed pressio-
ni cedunt. Hoc vidit Auicenna, cùm
ait obstruktionem fieri clausione, vel
repletione. Ita à compressione nasci-
tur apoplexia. Alteram connivientia
causam retulimus in obstruktionem
ventricularum & meatuum cerebri.
Sed vnde incurvant hanc obstruc-
tionem non eadem est omnium
consensio. existimant quidam ex
crassiore frigidioreque pituitâ hanc
perpetuū proficiunt: nunquam verò
à sanguine aut melancholico succo.
Hippocrates tamen neque hunc nec
illum succum perpetuum putat in
huius mali euacuationem, sed cun-
ctum testagnantem quadam crassi-
tie succum, siue pituitescat, seu me-
lancholescat, aut crassus si fuerit
sanguis, aut copiosus, vel ille gru-
mescat aut concrescat, & libro De
flatibus adiicit flatus vasa interclu-
dentes. Eadem sententia Galeni, qui
ex crassâ materiâ pronasci hoc ma-
lum fatetur. & talis plerumque pi-
tuitescit: interdum tamen melan-
cholescit, hinc est quod à 40. ad 60.
annum plerumque homines apo-
plexia percitantur: tunc enim cor-
pora melancholico succo circum-
fluunt, at senium ab hac pericitatur
ob pituitæ copiam. Externæ causæ
quæ secundæ sunt in iam dictas
causas, promptè apoplexiā infes-
runt. vt ingis adustio capitis, fundes
pituitam; & perficitio vehemens, &
indigestio frequens. aër frigidus.
casus, iactus, fulmen, copia vini, eu-
cuatio nimia. adiicit Cælius Aure-
lianus usum venoris, maximè in se-
nibus, sit hyeme & autumni fino.

Auicenna

3. Let.
affec. 7.
De cœra
title 5.
6. Aph.
§ 6. 57.
A. 2. 2.

Externa
causæ.

9. Metab.

19.

Anacephaleosit.
DITTR. REN- TIAE.
*2. Aph.
42.
3. Loc. aff.
7.
6. Loc.
aff. 5.
4. Loc.
aff. 7.*

Auicenna videtur alias etiam causas adferre, sed id sit, quoniam in eodem capite loquitur de affectu quoque simili apoplexiæ; nimis de caro, quare quas alias causas adducit cō referantur. Ut breuiter colligam: apoplexia fit ratione compressionis vel obstructionis. à compressione erit, ut si sequatur inflammationem phreniticam vel lethargicam, vel affectum illum qui similis est phlegmoni, quem vocant apoplexiæ sanguineam. Si ab obstructione ea evenit à pituitâ, vel à melancholiâ. Huius iam vitij varias ideas videamus, est validissima affectio hæc; mali moris, contagij expers, cerebro analoga, & per iugulari. Quo modo enim non sit grauissima hæc afflictio? nam quamvis sit apoplexia quedam debilis, non tamen est absoluē debilis; est enim omnis apoplexia toro genere vehemens. Quare per debilem intelligas minus vehementem: etenim nulla est apoplexia quæ non plurimū abripit corpus extra naturæ suæ lineam. Itaque quatuor apoplexiæ differentias constituimus, à vehementiā sumptuas: nam anhelitus in debili apoplexiâ non est omnino ordinis expers: in forti est inæqualis: in fortiori magna vi dicitur: in fottissimâ deficit. Et est sine stertore & spuma quam primam hic posui: quæ ferè sola curari potest. Nam verò ultimam posui, non puto omnino expertem esse spirationis: nam spiratio à vitâ, nec vita à spiratione separari potest, adeò ut viuentem non spirare, vel spirantem non vivere sic impossibile. Sed a leō exigna esset potest, ut sensum fugiat. Auicenna ad

varios ortus apoplexiæ collineans, eam duplē cōfiteat; ynam, per idiopathiam: hæc fortis est, in qua prohibetur spiritus animalis exitu à cerebro. Altera est debilis, & per sympathiam, in qua aditu prohibetur spiritus vitalis ad cerebrum, ut inde gignatur spiritus animalis. In priori vitium consistit in iis meatibus qui descendunt à cerebro: qui sunt nervi, ventriculi, porti cerebri, & radix medullæ spinalis. In posteriori consistit vitium in iis meatibus qui ascendunt ad cerebrum, qui sunt venæ iugulares, & arteriæ carotides, illæ vnde rete mirabile gignitur. Et hæc species (quæ per sympathiam) accidit iis, qui breuiore sunt collo: oppressis nimis illis meatibus, quibus prohibetur spiritus vitalis aditu ad cerebrum. Hoc est, intercepis arteriis per quas spiritus ex corde in cerebri sinus influit. Cum enim illæ non insigni obstruktione vel coarctatione afficiuntur, tunc stupidus & incertus sensus adest, & quasi sensus nothus. Fit & debilis apoplexia, vel potius imago quedam apoplectica, à flatu, vel vapore crasto, intercipiente vasa; ut accidit ebriis: vnde cohibito spiritu, sanguis infrigescit & concrescit: Sed dices, Galenus secundo De dogmatibus Hippocratis & Platonis negare videtur compressione vel sectione venarum iugularium, aut arteriarum carotidum apoplexiæ inferri. Respondemus, Disputat is ibi contra Peripateticos, ac demonstrare vult quod non animalis vis, ut illi dicebant, à corde per arterias cerebro ac corpori influit. Quare demonstrat quod non statim fiat inde apoplexia

*In Coec.
Quæstio.
Cap. 6.*

(quod necessarium esset, si sententia illorum vera foret) sed post aliquot horas vim animalem exoluī, & animal mori. quod & in aliis libris sēpe demonstrauit. Spiritus enim animalis (vitali, ex quo fit, in carotidibus

intercepto) externo aēre aliquamdiu recreatus, non illico cadit, sed ubi contabescere & dissipari incipit. Ex his abundē apoplexiarum naturas percipi posse existimo: quare ad signa pergo. Quibusdam ante casum nullum praeuidetur signum. Quib[us]dam praeedit tremula locutio, vel interruptio sermonis, vel oblitio modi dictiorum, vultus plenitudo, egestionum difficultas, grauis dolor subito caput ineurrat, vertigo, motus in solitos usus difficilis. Ita imminentem agnoscimus apoplexiā: nam hæc indicant cerebrum germe habere morbosum. Irruente vero passione, vocis amputatio sequitur, & mentis oppresio ex repentina causa, immobilitas perfecta totius corporis: quibusdam etiam suspensio palpebrarum, atque oris hiscens distania: pulsus densus & quadam persecutione fugatus, articulorum gelidus torpor, color plumbicus, atq. involuntaria (resolutis oculorum canthis) illachrymatio. Peiorante passione, atque in exitium ægrotantis erescente, vultus adductio, ita ut longior nota videatur imago, pectorum prominentia, atque totius corporis frigidus torpor: pectoris stridor, & superiorum partium sudores frigidi. Breniter ita accipe, Grauis dolor capitis, mox incidente stertore, cum corporis prolapsu, & summa difficultate spirandi: cum sensus & motus vacuitate. habes

SIGNA.

Cet. Au-
relianum.

Lymna q[uo]d
ti apople-
xis

omnia. & hæc ita indicat Razes, cùm quis iacet quasi dormiens, stertit, nec punctus sentit, erit apoplecticus. Malis, inquit, magnitudo aestimanda est, secundum quod fortiter stertit aut respirat æger. In exquisitissimā apoplexiā non adest stertor, quia non adest tanta respiratio. Fit enim stertor ex viis interceptis bronchiorum, dum spiratione ibi luctator aëri, viæ illæ vel concidunt effœta vi thoracis motrice, vel à materia infarciuntur. & quo viæ strictores fuerint, eo stertor erit maior. At hic, & à materia & à collapsâ vi arctantur viæ: tamen si non sit ea vis respirandi, ut aëra trahat eā vi quā colliquetur cum angustiâ, stertor non nasceretur. Ex inflammatoriā diathesi si fuerit, jugulares in collo sanguine repleta: turgescere: & vt scribit Hippocrates, rubor aderit faciei, oculorum statio, extremitatum perstrictiones: erit d'oupræ, vena plena, pulsus magnus, suppressa euacuatio sanguinea: adde res non naturales. Si ex pituitâ fuerit, ea in naribus & ore appetit: si lecore & ventriculo frigido humidoque, & tali diæta usus, vel cræpalâ, si morbis frigidis obnoxius, si pituitosa euacuatio suppressa, somni profundi. Ex melancholiâ erit si sale fumoque induratis usus fuerit carnibus & piscibus, pane atro, lente, brasicâ, caseo duro, cerevisia etassâ, atate declinante, liene morbo: si moriet. Si summam vehementiam attigerit apoplexia, ablata videbitur respiratio. Quod si recesserit à tantâ vehementia, tunc erit molestissima respiratio. si adhuc lenior fuerit morbus, tum non tantâ vi ducetur spiritus: erit tamen inæqualis & interceptus.

SIGNA
differen-
tiarum.4. Act.
16.

interceptas. In infimo gradu vehementis si constiterit, tunc ordo aliquis aderit in spiritu ducendo. Discernitur à syncope, nam ibi cadaue-rofa adest facies, & pulsus languet, à præfocatione matricis distinguitur, quia capitis querela non precedit matricis præfocationem, & matrix in accessione sese sustollit, quod nunquam evenit in apoplectici, & cesa-fante accessione, apoplectice mulie-
res noscunt gesta: illæ vero præfocatae respiunt, & narrant quo modo fuerat oppressæ: nam sentiunt, sed non loquuntur. A paralysi, nam, ut ait Aurelianus, propria quæ dicuntur paralysis, tarda semper intelligitur: at apoplexia est celer, & acuta, & ve-hemens. A caro distinguitur, maxi-mèque à caro vehementi vbi leditur respiration, quid dum caro oppres-si punguntur, sentiunt: apoplectici non sentiunt, nam caros est momen-tanea tantum motus & sensus pri-uatio, incidens in febrium paroxysmos: vñ vbi quis in temporalibus misericordiis vehementi isti perculsius fuit, at apoplexia est proprias & pri-migenius cerebri affectus: caros vero sentiunt symptomaricus, & super sympathiam, & facilem liberamque respirationem sine stertore conser-viunt: at spiratio in apoplexia sensim ingratiscens, stertorem accersit. Id inobedientum ne libitinarij ac vespi-lones præproperè hos qui extinctor animæ idem præferunt loculo in-cludant, multi enim effraðo capulo remixerent. Quare ante 74. horas non sepeliendi: nam tunc scitor hominem mortuum proclamat. Depicta morbi historia, natura, ac indole, ad curationis indices notas abeamus.

*Vt differ-
guatur à
cato in
marbo.*

*Galen. 4.
be. 2.*

Cum apoplexia sit sopita facultas animalis, cuiusque ablata functio, inde proficiscietur indicatio excitandi facultatem. & cum sit symptoma quod proximè pedit ex oppressione substantiæ & ventriculorum cerebri, nascetur indicatio dilatati hos meatus. Et si oppressio hæc profecta sit à compressione phlegmonodi, hæc si redintegrari possit, ut phrenitis & lethargus erit tractanda. Sin compres-sio hæc à diathesi phlegmonodi nascatur, ob sanguinis copiam venis & arteriis capitis conceptam, indicatio aderit ut is sanguis qui influxit evacuetur, & is qui adhuc influit, auertatur: & toti corpori ut prouideatur. Si fuerit ab obstruktione à pituita vel melancholia, toius ha-bitæ pronissione, obstructa aperiatur. His notis positis, videamus num sati facere licet: quare ad prognoses eamus. Difficilis curatu est hic affec-tus, nec facile admittit ut dictæ indica-tiones absoluantur: nam mag-nitudo cause, coniuncta cum pari symptomatuum vehementi, nec cedet remediis, nec dat indicias ut re-media adhiberi possint: respiratio enim tollitur, quæ vita ad punctum temporis carere nequit. Est enim hic meatuum pertinax occlusio, non rantium in cerebri ventriculis, sed & in corpore cerebri. & respiratio, ut dixi, grauissimè affligitur: at cor, ut testatus Galenus, respiratione frau-datum fatiscit, antequam ventriculi cerebri ab humore crasso & viscido expediti possint. Quare scripsit Pau-lus, dumquam aut raro hos curari. & Celsus testatur celestiter hos rapi solere, & raro ad sanitatem peruenire, & plerumque miserum spiritum trahere,

*INT-
CATIO-
NBS eu-
ratrizer.*

*PRO-
GNOSTI-*

3. loc. off.

3. Lib. 18

3. Lib. 17

trahere, memoriā quoque amissā
nam si soluta fuerit, in partis resolu-

*Galen. 3.
loc. diff. 10*

2. Aph. 42.

tionēm discedit: aut, dicit Archi-

genes, violatur ratio. idem Razès,
vel mox iugulat suffocatione, vel in
paralyſin abit. Minus tamen calamitoſa est, vbi cuim ſpiritu non diſſi-
lliſmo, ſumpta pocula per nares non
reſiliunt, ſed forberentur. Primis qua-

tuor diebus in paralyſin abire ſolet:
quod ni fiat, & eō perueniat, cala-

mitoſum. Incumbeſe ſolet ab anno
quadragenimo ad ſexagesimum, ocio
& poculis deditis. Adolescentibus
ætate h̄i eveniet, cauſe atrocitatem
denunciat. Itaque decernatur apo-

plexiae magnitudo, vt rectè iudices.
h̄e notatur ex noxa quam ſpira-

tioni infert vehementiā. cūm enim
naturalem ordinem plurimum egre-

ditur, magnam: cūm parum, paruum
noxam cerebri denotat. Sanè pelliſma
ſpiratio puranda eſt, qui & inter-
mittit, & magnā violentiā trahit.
nam ob id moriuntur, quod ſpiri-
tum trahere non poſſunt. Hęc reſ-

hoc oraculum expreſſit ſummo me-
dicinæ præceptor, Apoplexiā for-

tem diſcutere non poſtis eſt, debilem
verò non facile. Fortem cūm dicit,
intelligimus ſummu m vehementiæ
gradum: ob magnitudinem cauſe,
& ſymptomatum incidentium re-
pente vim funestā: respiratione enim
tollitur quāſi. At, inquit, debilem,
nec tam vehementibus comitatem
symptomatis, quae in viuo conſi-
ſit meatuum ad cerebrū viam affe-
ſtantiam, cūm aditu ad cerebrum
prohibetur vitalis ſpiritus. hanc di-
cit non eſt facile ſoluero: quia non
dat inducias; nam animalis ſpiritus
vitali deſtituitur, ex quo ſit: proin

cius penuriā tabescit. Sed dicet quis, *Quæſia.*
Hippocrates ſcripsit, Quibus lanis
dolores ſubito fiunt in capite, ſi ſu-
bito obmutescant, & ſtertunt, intra
ſeptem dies moriuntur, niſi febris
ſuperuenerit. Igitur liberantur hi
qui bus ſtertor adefit. Sed dum ſter-
tor adefit, erit apoplexia magna ergo
fortis apoplexia ſoluetur. Responde-
mus, illud notandum quod monuit
Galenus ad quadragenimum tertium
aphorismum, libri ſecundi Aphorismorum, vbi ait Hippocrates, Qui
ſtrangulantur aut refoluuntur, ne-
cdum tamen animum efflatunt, non
reſtituuntur quibus in ore ſpuma
apparet, admonuit ibi Galenus id
intelligendum eſſe, vt in pluribus:
quamuis vniuersim ita pronuncia-
tit. Idem dicimus de forti apoplexia,
quod plerumque ſolutu imposſibilis
ſit. Igitur euam dum ſtertor adefit
fanari poſſunt: nam Razès proponit
curandam apoplexiā cui ſtertor adefit:
& non incurabit in ille
proponit, ergo in curabili potest ad-
efit ſtertor & ægra respiratio. Plerumque
tamen moriuntur hi qui ſtertunt. *Quare cauſam ſtertoris si-*
memur. Fit ſtertor interceptis aut
aſtrictis fauicium nariumque mea-
tibus, quod fit à cerebri humiditate
ad hos meatus deſtante, & ſatu ibi
concepto: tum à morricis debili vi-
vraque cauſa adefit in apoplectiis,
nam concidunt musculi & partes
omnes vi motrice ablatā. Sani qui-
dam, cūm primū ſomnum inceunt,
ſtertunt à deſtante humore: nam
dormientibus opus eſt maiori respi-
catione, intus rapto calore, & vapo-
ribus ſursum elatis à coctione vali-
diore; & fuligo copioſa aſſuit. Cūm
ergo in

Quæstio de spuma.

ergo in apoplexiâ stertor à materia copiâ & musculorum respirationi dicatorū infirmitate nascatur, pauci hoc tentati evadunt. Scribit tamen Aesculanus, se quosdam sed paucos apoplecticos vidisse cum fortis stertore & spuma redisse. scribit tamen Razes, li spuma cum difficultate respiratione ori insedit, illi non esse mendendum. Causa est, quia plerumque moriuntur. Obiicies, in epilepsia s^ep^e adeat spuma, & tamen non moriuntur. Respondeo; prodit in apoplexiâ spuma statim ineunte morbo, non postea ut in epilepsia: nam in apoplexiâ fit ex oppressione & oblatione cordis, quod magno risu captat auram, & rursus in se concidens, fuligines per impeditos trahentes excludere nitit, quæ pulmonis humido immissae bulliunt, idque exprimunt. Galenus enim agnoscit duplēcēm materiam vnde nascatur spuma, spiritum vapidum, & corpulentam materiam: & causam adserit triplicem, calorē, motum, & vitrumq;. In epilepsia, materia spumæ est sputum, quod gignitur in imo palato: & vapidā materies eius est à pulmone, quæ remiscetur sputo: fitque à motu. Sed spuma in apoplecticis gignitur cœu in strangulatis: nam, vt dixi, materia eius non est sputum, sed propria humiditas pulmonū. Nam tanta vis concrevit pulmo ab hac lucta quæ in suo regno celebratur ab acri fuligine, in illa impotentiā expulsandi, vt ea fuligo madores retrahentes pulmonis vna rapiat, & se aeti remisceat. Etenim inducit ab extenuo, & resoluto corporis legre respirationi sufficit, vnde fit motus violentus. Quare non per se spuma

denotat calamitatem: sed quatenus interceptam validè respirationem significat, nam apoplecticorum spuma fit à motu & calore: ut in epilepticis à solo motu. Phrenitidi vel lethargo quæ succedit apoplexia, nullam spem relinquit salutis: nam euénit quod exhaustum iam sit vi febrili cerebrique incendio calidum natuum, indequè exolutum cerebrum. suadet ergo Avicenna prudenter, ne manus talibus admoueamus. Si fuerit à diathesi phlegmone di, poterit salus polliceri. difficultas curatur quæ à pituita: difficultas à melancholiâ. Ferè transfigimus de his quæ ad fortē apoplexiā, quod verò attinet ad debilem, Galenus ait hanc citò tolli: non tamen asserit hanc facile admiri: nam gravibus remedii opus est ut tollatur, ipso Galeno censore: nam s^ep^e in paralysin abit lateris, ideo quod fiat à materia non copiosā, nam propterea non fertit vtrumque latus. Hanc etiam febris superueniens soluit. Sed non omnis febris, sed quali & quantæ est opus: quæ nec maior fit, ita ut vires exoluat; nec minor quam, ut nihil attenuet & soluat humorum & flatus. Id fit tertio vel quarto die, aut pluribus: non tamē ultra septimum diem: ob magnitudinem morbi, & partis nobilitatem, variis enim terminos habet apoplexia, ex vario acumine quo fertur: vnde Aurelianus, alij statim sese resumunt: quidam primo die moriuntur, quidam duabus vel tribus diebus superuiunt. *Respirationis difficultas, curandi difficultatem aperiet.* Sed dices, hystericae mulieres sine spiratione vivunt: cur igitur non & apoplecticæ?

*De pra
fag. ex
pus. 4.*

Quæstio

1 Respon-

Respondemus: quia h̄ic maiores necessitas carenti calorem cordis: at ab utero cūm p̄focantur, totum corpus refrigeratur, & vita sufficit transpiratio his, ait Auncenna. In corpore calido afferit idem auctor ægrius curari hoc malum, ratione respirationis. Et qui breui sunt collo apoplexia obnoxij sunt. Post sanguinis missionem si non redit motus & mens, nihil spei superelle afferit Celsus: si redit, sanitas quoque prospicitur. Senex, inquit Aretaeus, non liberatur, & morbi magnitudine, & ætatis miseriâ oppresius. magnam etiam necessitatē indicat cūm iuuenem æstate incurrit: attamen h̄ic tentandam curationem suadet Aretaeus. semine etiam viris difficultius curantur, & tabidi, & pueri, ait Aurelianus; nam oppressionibus superantur: nam in fortibus etiam hominibus ægre curatus apoplexia. Si in paralyssin abit, non prius in tuto ægrum pura, quācūm cunctis in aliis partibus sanus sit: nam sepe recrudecit. vt si deinde sopor grauis incidat, id maximè calamitosum erit seibus. Si in remoissimis spinæ partes incidat paralysis, id salutare: ex aduerso, si proximæ cerebro partes resolvantur, vt collum, manus, id periculosius. Si non sternuntur à sternuntoriis, lethale. Sribit Aretaeus, cūm ægrotus iam morti proximus est, eius cervicem & spiritum congelascere. Cruenta etiam vrina & vinosa in apoplexiâ, certam mortem denotat: resoluta vénarum rétorritate. Si vero pâlio fuerit levigata, & in salutaria deuenerit signa corporis fugabitur: sopor latque frigus, rēdeunte seniore: partes etiam quæ-

3. Lib. 27

Cel. Au.
relamus
3. 26.

Roma

dam saltu errante mouebitur, distilatus humor faubibus transuoratur, punctus vel inclamatus ægrotus palpabram mouet, ac labia conductit. Hæmorrhoides superuenire, salute. Si itaque aliqua salus sperabilis, suadet M̄ses ut illico omnia admoueamus: dilatio enim occidit, atque non sine predictione periculorum rem aggrediaris: nam si ultra duodecim horas tardaris, seriùs adhibebis cuncta, auctore etiam Arculano. Si ergo fortis fuerit apoplexia, & signa calamitosa se prodant, nec venam seca, nec pilulas propina: sed vincula & frictiones, & glandes impera, ut astantibus satisfiat. Si spes talutis adsit, prædicto periculo (sine quassatione validâ corporis pleni), seca venam, si vires & reliqua id admirerint, frica, calfac brachia, crura, humeros oleo calido: nam ita etiam strictus sanguis meabilis reddetur. Omnia h̄ic agenda ut paroxysmus fugatur: nam cūm inducia dantur à paroxysmo, facile preservacioni operam damus. Vnde incipiam ferre incertus sum: quia morbi huius acumen, perniciem suâ ferociâ omnem curandi legem, adeò ut nec coctioni studere liceat: sed illico surgendum ad reuulsiones, deriuations, vacuationes, quacumque ratione liceat. Guncus ligneus intra deniles ponatur. In fortis clysmis: in patua à catharticis per os initium facies, inquit Razes. Hæc opima mihi videatur agendi ratio tollendi paroxysmi, & tantum de causa antedente auferantur: quantum sit esse possit, stat subita quedam causâ continetis accidio, heb vehementiam paroxysmi: ut deinde plene veniamus, datis

CVRA.
TIO.1. Conti-
nent. &
lib. Draf.

datis inducisi, ad curationem cause antecedentis. Nam concurrentibus multis indicationibus, auspicandum ab eius accisione, unde maius periculum imminet. Fiat tamen ilico reuulsio & evacuatio à toto & à parte obsessa. dein à foris & intus datis temediis excita virtutem sopitam. Ut breuiter dicā, in primis prognosi vtaris. Secundò, si sit sanguinea materia, liga, frica, caput modicè refrigerera, sed id fiat ilico: sanguinem ex cephalicā ducas, si materia sit sanguini mixta, etiam si pituitosa fuerit, ad vncias sex, repetitis vicibus: aliqui pilulas da cochias & fœtidas cum castoreo, solutas aquâ rute. & tunc narium vel frontis resera venam: & educantur ferè tres vnciae sanguinis: id fiat post sex horas à secta venâ brachij: si nolint illam veniam pertundi amici, dabis tunc pilulas. & interim etiam cucurbitulis vtaris. dein sternutet, daque mithridatum. Si à pituitâ, clineus ligneus dentum leparet ordinem, vincula iniice, digitos tere, ierbora nates & coxas vrticâ vel agrifolio, frica extrema aceto & sale, tiganturque variis locis cucurbita: si sanguini mixta materia videbitur, fundatur cephalica; dein elysma iuncte vel glandem; à castoreo naribus inieco sternutet: & opopanaxis, galbani, & euphorbij parum dissolute in oleo amygdalino amaro, & de eo guttulas aliquot naribus & auribus impone. Deinde castoreū infundatur cū pipere ex aquâ saluie, & oxymelite, vel transglutiatianacardinæ cōpositionis drachmam vnam aut alteram cum paucō oxymelite, vel tantundem theriacæ vel mithridati: pennâ oxymelite deli-

Normy

butá vomitus prouocetur, cucurbita collo imponantur: sed ante admotionem fortiter crura fricentur, & his cucurbitas admoue cum scarificatione, dein femoribus, super natibus, tandem iugularibus venis. vnge caput rasum oleo euphorbij & terebinthinæ, cum sagapene, opopanax, castoreo. vel fiat emplastrum ex sinapi cum castoreo, vel accipe castorei drachmas duas; sagapeni, euphorbij, singulos scriptulos quatuor, sinapi drachmam, cum oleo de piperibus vel de euphorbio fiat vnguentū: quo vnge caput & spinam. Tandem ad farraginem veni. & si nondum 24. horæ clapsæ fuerint, cauterium futuræ coronali actuale inuratur, quod pateat diu. Ita ex præsenti conditione ordinem agendi venari debetis, cuius adumbraui iam tenue quoddam programma. sed iterum singula remediorum genera in grauissimo atrocissimoque hoc malo ad examen reuoco. In sanguineā apoplexiā, quia vires adesse possunt, admittitur phlebotomia: nam affectus spirituum non prohibet venæ sectionem, cùm partes solidæ & carnosæ sunt integræ. & non laborant spiritus à resolutione, sed à copia sanguinis opprimuntur. & sæpe ea detractione repetitâ, mouetur materia, hinc liberatur obstructio. Aëtius refert iuuenem quendam multi sanguinis repente obmutuisse, tres dies integras ita iacuisse: quarto largo profluuo è naribus liberatus est. Vide num solemnis aliqua euacuatio sit suppressa, unde palindrome ad caput: vel num Sol plethori cum caput vscrit, unde humorum attractio & fusio. inspice etatem, 3 Apri. 20.

*De Tble-
lotomia.*

*Cap. De
catalepsi.*

Hilae.

corporis temperiem, & num sit tempus vernum. Audent etiam quidam in corporibus inanitis partuā copiam extrahere (ad commotionem humoris cerebro concepu) vitaq. vicissim pertusa cephalicā, vel hirudinibus vel cucurbitis toto corpore affixis. Sed illud agendum suadent vbi liberius spirat, & vbi partis torpor alicuius cœpit egelari, & pulsus vbi emicat melior; quod alioqui exitus materiae negetur. Scripsit idem Q. Horatianus sc. in cognoscentibus & respondentibus intrepidè phlebotomiam adhibere. Sed dico vbi à sanguine malum est, in paroxysmo venam esse secundam. nam quo modo recreabitur virtus, ni expedita reddatur à premente onere? Frica ante sectionem corpus, ita fundetur sanguis: Razes id innuit ita agendum, qui ait, vide num liuida aut cruenta facies ægri appareat, ut in his quibus vinculis strictis sanguis in parte continetur, tunc enim illico iugularibus aut cephalicis duabus incisis evacuandus erit. At hoc non facies, inquit, si, dum æger aërem inspirat, auditur in thoracis & asperre arteriæ capacitatem aëtis sonitus & murmur, & si his se signa iuxterint pituitam indicantia: nam hic clyster melius infundetur. Oribasius etiam à clystere venam sécat. Paulus etiam quid amplius addit, imò, inquit, qui quomodocumq. curari possunt, statim his vena secanda est: & si remissionem aliquam habuerint, repetatur, eodem vel sequenti die. hoc asserit etiam Galenus in introducione, & Aucenna ait hoc modo, si sit à sanguine, paroxysmi tempore vberime sanguis detrahatur, & à sectio-

3. Lib. 18

1. Tra. 4.
Hab. 5.

Z. 10. 1. 00

ne, enema iniice. Arctæus, etiam vena sectionem laudat, nisi plus iusto educatur: & suadet vt minus detrahendo potius delinquamus: nam, inquit, si alleuari videbitur æger, repeti poterit. Vide te, omnes auctores (quos in re ambigua, & grauissimo remedio, vbi de vitâ agitur lubenter consulo) sectionem venæ commendant. Tu tamen distingue num sanguis luxuriet in eo corpore, vel num crassi illi luci, auctores mali, sint sanguini remixti: innc leca. Si humor separatus sit à sanguine, nec villa nota eius redoleat naturam, non abducas sanguinem, nam prædium vitae his sanguis est: quod si abduxeris, hominem strangulasti. hoc est quod scribit Cellus, vbi ita, Si omnia membra vehementer resoluta sunt, sanguinis detractio vel occidit vel liberat. aliud curationis genus vix inquam sanitatem restituit, sæpe mortem tantum differt, vitam integrum infestat. Moneo, si habitu sit tenellulo, laxo, molli, pingui, & gracilibus venis, huic, maxime injuosa hyeme, sanguinem non adimas: sed potius totum eius corpus vngatur oleo calido, fricentur manus, pedes: cicutib[us] coxis, & vincula cruribus, & frictio cervici subiecte parti præstantur. vena ergo vbi sanguis vberior est vel ei mixtus humor secabitur, si id ætas admiserit. Sed quo modo hoc agemus, quā copiā educemus sanguinem, quo tempore, & quæ vena secada? Modus sit, vt locus secundus calefiat, fricitur oleo anethino vel chamælino. fiat amplū vulnus, & totum tunc corpus agitetur quod fluat sanguis. fiat lata incisio, nam sanguis restagnat strictus.

Quā co-

3. Lib. 17

Quā copiā hoc dixit Hippocrates
quarti Acurorum vigesimo quinto,
vbi ait, hanc definiendam esse ex
corporis habitu & ærate. Non emit-
tatur unica vice, sed sensim, bis vel
ter facta repetitione, ita vires non
accides, & cuenies id quod voleas.

An. 1.2. 27. Aërius, materiam morbificam mo-
ueri per venæ sectionē, hinc tollitur
compressio. Inspice ægri colorem,
ac tenta eius pulsū cū sanguis
effluxit: nam si facies viuidior red-
datur, & respiratio facilior, bene spe-
randū, etiam reperitā phlebotomiā.
Quo tempore? tempore dixi par-
oxysmi, alioqui suffocantur ægri, &
paroxysmus est qui enecat: nec po-
test sopita facultas excitari, ni pri-
mū excutiatur onus, vel fiat cūm
melius aliquantulum respirat à cly-
matis v̄su. Ab ictu, vel lapsu si sit, in
aliud tempus sectio venæ differatur,
inquit Arcturus. Quia vena pertun-
denda? Ex Razis sententiā primum
cephalicas in brachio feriantur, cau-
sa euacuationis totius: deinde pedis
venam, causa reuulsionis: tertio ad
proximas venas, ut collī, na-
tūm, ratione particularis euacua-
tio. Quare si malū dederit inducias,
nec adeò vehemens fuerit, primum
pedis tundatur vena, dein narium
vel frontis. Si tamen plethorā graui
premerent corpus, præstatet ilico
axillarem venam ferire ex Hippo-
cratis sententiā. Causa ergo ne ilico
narium aut capitinis venas feceris:
nam non bene vacuatur totum cor-
pus per partem lœsam, nec consu-
tum esse videtur, ut remota admo-
dum illico aperiamus venas: nam
præsentī remediorū vi hīc opus est
ob morbi acumen: cephalicas ergo

pertundendas statim puto. His per-
cis reclude letis, narium, venas, uno
seca venam frontis. Si conspicuit ap-
parent, in collo iugulares venae, se-
centur angusto foramine, modò san-
guis copiosus capite constituerit: nam
ita amœbis causam compressionis
coniunctam. Hoc tamen ægrè fieri
putant chirurgi, sit tamen hoc mo-
do, pollice supposito parti inferiori,
vulnus exiguum rectâ linea infliga-
tur: deinde sanguine draconis, thu-
re, mastice, & albumine ouï glutine-
tur, & diutius digitus apprimatur
leniter. Si ab his metus sit, frontis
vena soluatur; quam affectus capitis
omnes à sanguine persanare affir-
mat Auicenna. Quidam iubent ut
post duas aut tres horas à brachij
venæ sectione, aperiuntur apoplecti-
æ venæ ponè aures, & si necessitas
dicunt urget, hinc incipiendum: in-
dicatione sumptu à precipiti motu,
ut prompta fiat auerio & deriuatio,
puto id verum esse, si sine totius cor-
poris plethorā, caput solum sanguini-
nis à copiâ obsideatur, vbi ergo ple-
thorā, vena secunda, nisi præcesserit
magna exhaustio, vnde cerebrum al-
geat, ut hæmorrhagia vâlida, venuis
immodicata: tunc clysmā iniice, fortes
fiant frictions, denique circubitæ
adferantur, & si inde melius respi-
rat, colorque melior vñerit, ad alia
pergendum quæ alterant, & calfa-
chunt cerebrum. Alioqui ut hoc iter-
rum dicam, phlebotomiā illico facta
nihil in hoc malo præstantius, si mo-
do vires pares sint: nihil enim citius
cerebrum vindicat à compressione
quæto sanguinis ablatio: & homines
hic moriuntur, quod inducit non
datur difficulti respirationi, quæ fit
*Capite Da
cephalai-
gia.*

ab opppresso cerebro: oppressione adimere potest ilico phlebotomia. abstine tamen in pituitosis senibus.

CVCVR.
DITV-
LAE.
2. L. 17.

Arcteu.

3. Apb.

Ad Me-
suer.

Galen.
Method.
ligatura
& frict.

Cucurbita cum scarificatione lo-
co phlebotomia brachio nonnum-
quam admouetur: & inquit Aetius,
a phlebotomiā & post illationes cu-
cubitum concutere cohamut magnis
& fortibus, retrorsam iuxta lumbos
affixis: & ubi per tempus aliquod
attraximus, alio transferimus: non
tamen hypochondriis, ne respiratio
ludatur. & cum morbus diu trahi-
tur, occipitie & iugularibus venis
affigatur, & largè sanguis hauriatur:
plus enim interdum quam vena se-
ctio prodest, nec vires prosternit, sed
interscapulo prius inanem cucur-
bitam admouet, ut qui succi intersunt
reuellantur. Caelius Aurelianus oc-
cipito atque omni spine adhibet
cucurbitas cum scarificatione. Scri-
bit Razes se regi Hamechi ventosam
collo apposuisse, qui ilico revaluit.
Petrus Aponensis post scapulam si-
nistram cucurbitam imponit, & in
plurimis affectibus eam commen-
dat, ut in suffocante ilico carartho; &
futura coronali hanc adhibet: sed
prouisione habitā totius. Fracastor-
ius dum sibi, balbutiente lingua,
plutimas herbas admouisset, amissō
sermone, manu in verticem expor-
testā, indicabat ut ilico capiti cucur-
bita admoueretur, sed re non perce-
ptā exspirauit. Quare cum crassus &
frigidus humor obstruit cerebrum,
in morbi statu, cucurbita surmo
capiti admoueatur. Ligature dolori-
fice à vena secta adferantur, inquit
Auenensis: quæ modò stringantur,
modò laxentur. Frictiones fiant, &
prouisione totius habitā, in manibus
ostendit.

vñctis oleo lilio, chamaelinio,
amygdalino, quā pars aliqua solua-
tur & apostasin accipiatis: & oleo co-
stino, castorei, euphorbij, de cartha-
nio, laurino, cum aqua vitæ. Si fuerit
tenellum corpus, misce oleum amygdalini
amarum, anethinum, &
chamælinum. Razes sarraginem
admouet capiti, dum capilli vrantur.
Sed quidam inerti cerebram
assant, non vrunt capillos: pax sit,
dum illi vri incepint. Quia ex sen-
tentia Aetii cauterium licet inure
coronali futuræ: ad resolutionem
materie, vt que vis sopita excitetur.
Quantum ad lenientia, ilico impo-
natur glans sedi, ex melle, sale, hierā,
eleborō. Aecipe hieræ diacolocyn-
thidos drachmas duas, castorci, se-
minis ruta, cardui, singulorū scriptu-
los duos, salis gemmæ setipulum,
mellis quod sufficit, fiat supposito-
rium. vel finge balanum longam ex
sapone duro, infusam felli bubulo,
in quo sal fusus sit: que filo alligata
in anum immittatur, & agiterur ad
irritationem. Interim dum supposi-
torio vñtum, paretur clyster actis,
quo excitetur facultas. Si itaq. apo-
plexia fuerit ab affectu similis inflam-
mationi, à phlebotomiā iniciatur
clyster, sed ea acrimonia ei absit,
quam debetius pituitose apoplexie.
Coquatur mercurialis, cum furfur-
bus & colocynthidis drachmā, nec
non agarico, in peciā ligatis, adde
centaurium minus. Quod si pituitosa
illa sit, vremur clysmis ex betā, cala-
minthā, hyssopo, saluia, pulegio, cy-
clamino, centaurio, foliis lauri, rutā,
abrotano, origano, seseli, stachade,
aniso, semine basilici, aristolochiā,
eleboro albo: coque ad duarum par-
tium con-

LNTIEN-
TIA.

tum consumptionē: colatur ē iungo
hierae pīctae vnciam, salis drachmā;
vel hierae diacolocynthidos Galeni
drachmas tres; aut mellis anacardi,
olei castorei vneias binas. Sed ægi-
natura sit explorata: nam nī rusticus
faerit, tantā vim enematis absque
intestinorū abfatione non feret. Et
ea cautio adferatur, vt clyster semper
paruā copiā, hoc est, ad semilibram
interatur, quo diutius retineatur. Si
non redditur, suppositorio euocet-
tur. Aretaeus clysmis addit obolos
tres euphorbij ex olco & aqua. Ac-
cipe aristolochia rotundæ, centaurei
minoris, hyssopi, ruta, cuiusque pu-
gillum; ellebori albi drachmas tres;
colocynthidis in peciā ligatae semi-
drachmam: coque ex libris tribus
aque ad consumptionē duarum
partiarum: Accipe eius libram semis;
adde adipis anserini, vel anatis vni-
ciam: nam mitigant vim ellebori: si
validias velis, adde benedictæ se-
munciam, cum oleo thymelio &
rutaceo. Redditο clystero, aliquan-
tulum quiescat reget, & si aliquantum
lentā, ut recte regetur, hiera per
os detur cum mulsā: nam hieratia
pur purgat. Vō, nītis sine ante in morbo
non congerit, cum erigeret se mes-
queat ager, in eam ergo non irato-
tur, nisi pīctū rīta causa in ventriculo
sit, & ager vōniū ex facilis. Nonnum-
quam tanganō intestinū & vesica
celotū uniter ita vō magnam fecūrum
molem aggerant: hic subluendū, ac
iter omolam castorei intestino
iniciendum. Quidam lenitā aluorū
pituitolā apoplexiā, ilicē ignitum
semim capitū apponunt, & si capi-
mos, theriacam præbent. Hanc in
senibus pituitolis locum aliquando
anūm

habere ilico possunt: nam Galenus
dicit talia in his mala, iisdem ferè
remediis curari quibus paralysis &
epilepsia, Præparantibus in paroxys-
mo non vñimur, nam morbus non
dat inducias. Versus declinationem
tamen præscribi poterunt, vt meli-
ccatum tintatum hyssopo, vel origa-
no, calaminthā, thymo, aur pulegio,
saluiā, herbā paralysis, stoechade,
rosmarino, betonica. Utatur quotidie
oxymelite scillitico, & syropo stoe-
chados, de betonica, melle rosato,
vel sumat syrups de iuā & de hyss-
opo, cum decocto saluiæ & hyssopi,
huc in prouisione habenda etiam
locum habent. Tandem instituatur
pharmacia non sine præparatione
quadam hoc modo: accipe radicum
& seminum pīonis semunciam;
foliorum hyssopi, lauri, maioranæ
singulorum semimanipulū, florū
stoechados, rosmarinij, betonica cu-
iusque pugillum; seminis foeniculi
drachmam, foliorum senæ vnciam;
agatice præparati semuncim, zinzii
benistalbi scriptulū, liquiritia drach-
mas tres: sumat hanc decoctū vī-
cias quatuor, syrupi de betonica &
stoechados, singulorum semunciam;
misce. Si nō satisficerit, inde pilula-
rii coeciarum ad drachmam usq.
Postea, utrūcū pilulis, necapo pilulari-
rum codolarum, pilulariū fructida-
rum, cuiusque semij drachmam; ta-
skori semiscriptulum misce. haec
pilulae vna calcaripl & selenit. Nec
poterit si biduane fiant purgationes,
maxime si, yires maleant, & ager
in dulciaria, & corporis inde non mo-
lestū purgari animaduotteris. Hac
ad præcautionem, vel recreatio ægeo-
testē, & iūcō præscribuntur: sed
estne

PRAE-
PARA-
TIA.PVR-
GAN-
TIA.

estne in paroxysmo his vtendum, cùm cætera non inuant? Sanè si pro-
trahitur accessio, periclitandum erit
eo periculo, sine quo nulla spes salu-
tis: nam, auctore Aëtio, permittit
haec affectio & cogit temere omnia
agere. solute pilulas coccias & casto-
reum in hydromelite; & si se iunxerit
melancholia, adiicite elleborum.
vel drachma pilularum de euphor-
bio diluatur decocto betonicæ, turiæ,
hyssopi, quò his propinatis, capiti
admoueri possint topica, & sternu-
tamenta. In progressu morbi vomito-
riis potius est vtendum, vt dixi,
quod Celsus etiam voluit. & Aëtius
ait, summè curandum vt facilis fiat
per vrinas & alium excretio. Proui-
sione habitâ totius corporis, deue-
nientius ad topica remedia, eaquò
que vim prellam corporis excitant.
Quando sanguis in capite efferves-
cit (quod maximè fit tertium circa
sinum qui falcem representat, cùm
impetu sanguis in caput ruit) vte-
mur modestissimis repressionibus:
non enim est astringendum, sed tan-
tum repellendum. Non ergo ex aquâ
rosâ id fiat, nec ex oleo myrrino.
Sed à phlebotomiâ & reuulsione
admove cum Raze oleum rosatum
completum cum aceto acerrimi vi-
ni: idque primo dicit. Oribasius mox
incœquit oleo rosato spondylium aut
calamintham. Scribit Cælius Aure-
lianus, omnes sectas medicorum
aceto & oleo caput souere: cæteras
verò partes hapsis ex vino & oleo,
cum Janis inrestatis & radibus. se-
cundo, inquit, studiosè caput souent
miscentes hederam & eiusmodi: id
repellendit, sunt enim nimis calida,
ait, & stringentia: sed oleo potius

T. O. P. I.
C. A. &
excitantis
facultatis
sophram.

dulci vtendum, existimo cum loqui
de eâ apoplexiâ que ideam phleg-
mones præfert. Abstinete etiam
hic à magnis illis confectionibus
anacardiorum. Admoveantur po-
tius odores ex cinnamomo, & am-
brâ coctâ in aquâ rosarum, ne caput
incalefacat. A venæ sectione, inquit
Aëtius, vociferationes adhibe, &
odoramenta excitatoria, & corpus
totum inungatur oleo copioso cali-
do, cui anethum vel serpillum inco-
xit; vel oleo rute cui lycilla incoxit.
In apoplexiâ ab obstruktione est ne-
quaquam reperiendum. Sed soue
caput decocto anethi, chamæmeli,
liliorum alborum: vt euapore mat-
teria, sine noua attractione. vel oleo
chamæmelo, anethino, in quo
coctum sit spondilum aut calamin-
tha. Areteus putat vñctiones irriga-
tionibus præstat, nam hærent, nec
ita lectum polluant: & iubet vt iun-
gamus semper castoreum: interdum
adiicit euphorbium, piper, pyrethrū.
Cornelius Celsus daudat vt totum
corpus oleo illinatur sulphurato.
Cucumeris agrestis radices, cala-
mintha, stœchas, iua, & eiusmodi
coquuntur ex oleo, & illæ partes vñ-
guantur que paralysi videntur tenta-
ri: & ita paralysio accessimus: nam
illa diadosis bona est. Quare que
partes magis fricetur hoc oleo:
nam præstat vñcta partis amittere
quam totum. Ita oleo anethi & oleo
costi addé castoreum. Areteus epi-
plasmata quoque dutis ac distentis
partibus admoveat ex semine lini, fœ-
nigraci, farinâ hordlei, melle, oleo
rute, & anethi. & althææ radix ex
mulsâ in pultern costâ ab eo admo-
uetur. Spinæ etiam principio &
futuræ

saturæ coronali admouemus emplastræ ex finapi cum sicibus. fiant dropaces, ex pice nigrâ & tertiatâ parte olei rutæ, cum pyrethro, sinapi, pipere: admoue in alutâ. aut adde emplastro oxycroeo pyrethrum, sinapi, euphorbium. Capiti rasō hæc adinouemus. vel accipe ficus pingues sex; seminis sinapi duplē copiam: coque cum vino, fiat cataplasmæ, admoue sincipiti rasō: miscemus interdum castoreum, euphorbium, piper, columbi faeces, vrtica: semen: his materia foras vellitur. Vngantur oleo de piperibus, descripto à Rondeletio capite De apoplexia. & hoc viriles globi illinantur: vel pannus laneus aquâ vitæ rigatus hos inuoluit. & guttula auribus instilletur. stomacho & visceribus etiam consulatur hapsis & fomentis. Hæc dum fiunt, nimirum post vniuersam evacuationem, redditōve saltem clystere, vi os aperiatur. & fiat palati vncio ex theriacâ, vel ex anacardiorum confectione, quò exciteatur facultas. Hierā etiam palatum innungemus: & attractum humorem linneolo eximemus. Tandem castorei felquidrachmam; & seminis rutæ semidrachmam; nucis myristicæ scriptulum, aquâ vitæ exceptâ, cyphone gulæ infunde. Vel accipe theriaca, mithridatijs, singulorum scriptulos duos; oxymelitis scillitici vnciam; aquæ vitæ semunciam; aquæ rutæ, vel calendulae vncias duas. Si ob frigus & vapores theriaca suspecta tibi sit, accipies semidrachmam castorei, cum paoco pipere, & zinzibere, & calamo. Sinapi comminutum salique commixtum, & in aquâ vitæ maceratum ori indatur & naribus

illinatur: vt pituita descendat per nares & os, & tandem fiat paralysis. Cùm ad sensum redire cœperint, gravioribus vngatur palatum & lingua, vt sinapi: alioqui quæ amatore ingrata sunt, habentur efficaciora ad extimulandam facultatem. Dum hæc agimus (hoc est, à pilularum exhibitione) ferè vnâ ad sternumenta deueniemus, ex ostratio, eelaboro albo, cum castoreo & euphorbio. Caue ne ineunte morbo utaris sternumentis, nam sumis caput replet. Vaporatione primū vtemur, quâ tenuetur ac secatur contumax succus, ita rectè parabuntur ad sternendum. Quare fiat vaporatio ex aceto in quo coxit hyssopus, thymus, origanum, pulegium, calamintha, dictamnum, castoreum; interdum & euphorbium. Reliqui graues suffitus non placent: nam hic maximè periclitauit ab oppressâ respiratione. Erthina etiam ab initio non conueniunt, ob eandem causam: sed solū in declinatione utilia. Recreatus æger, si possit, gargarismo hoc utatur: Accipe sinapi, seminis & radicis paeoniae, stoechados Arabicae, visci querri, singulorum binas drachmas: coque in aquâ maioranæ: colatur adde oxymelitis simplicis & scillitici, cuiusque vnciam. Tandem à paroxysmo robur affletur cerebro. Sed vbi à sanguine fuit, à calentissimis remedii caue. Sed tamen remoto paroxysmo, quia caput eneruatum est à tam atroci symptomate, tum ex spirituum exhaustione, tum à perfictione, robur ei addi debet. Propterea in pituitosâ apoplexiâ probantur electaria dissoluentia materiam, & caput roborantia, quod iam frigi-

CORRO
BORAN-
TIA.

iam frigidius evasit. recte laudat Aretaeus usum castorei cum mulsâ. alij guttulanij olei sulphuris vel spiritus vitrioli propinuant cum maluatico. Razes exhibit anacardiorum confectionem ad fesquidrachmam ex mulsâ, idque in frigidis corporibus. Dentur omnia liquore diluta; premanunt nares, ita deglutient. Calamus aromaticus conditus, & conditi caryophylli vna cum conseruâ saluiae contundantur, & exprimantur cum aquâ vitae calendulae; hanc sumat interdum. Vel flores betonicae, saluia, nux moscata, castoreum, mastix, macerentur aquâ vitae: hanc interdum sumat. Aurea Alexandrina, diamoscum dulce, diambra pituitosis folatio sunt. Et saepe repetita iniectione in aquam vitae uitimur hyssopi, saluiae, rosmarini. Accipe decoctum saluiae, primulae veris, betonicae, rosmarini; his adiice guttulam extracti castorei in aquâ vitae facti. sumat, & etiam foris illinat. vel vngatur oleo castorei, quod rigatum sit aquâ vitae. Accipe saluiae, foliorum lauri, origani, singulos semimanipulos, florum rosmarini, strobachados, medullæ nucis Indicæ, cypri, caryophyllorum, myrræ, cuiusq. semidrachmam; radicum acori sesquicunciam: immittit aquâ vitae: hanc misce cum oleo terebinthinae, adiice parum gummi elemnij: fiat vnguento spinæ dorsi. Hactenus de remediis: ad victimum venio. Qui apoplexiæ obnoxij vivunt vitent frigora, valles yliginosas, austrum & boream, somnum prolixum, cibum pituitosum, crêpalam, ocium & exercitium validum. Qui apoplexius iacet à sanguine, aere fruatut moderatio: ne

sanguis in cerebrum viam affectet. Si fuerit apoplexia: à succis crassis frigidisqne, ad calorem vertatur aët. Degant, si id tescorum admittunt, ^{1. Lib. 18} in locis maritimis, suafore Paulo. Victus remittente malo sit tenuissimus in sanguine, non sit calfaciens & siccans, neque exacte extenuans. hordeo vtatur. In apoplexia ab obstructione sit victus, tenuis & tenuans. Primo die da solam mulsam, sequentibus vtatur mulsâ cum saluia, vel cum roremarino, calaminthâ, origano, vuis passis, syrupo de corticibus citreorum. vel accipe cinnamomi vncias duas; zinziberis semunciam; cubebarum, caryophyliorum, cuiusque drachmam; aquæ libras septem: coque ad dimidias: colatur: adde sacchari quod satis sit. Quibusdam tamen atomata non placent, quod caput replent. Deinde detur ius pulli vel columbarum cum melle, vel puls ex auenâ cum melle & anisi puluere. Deinde perpetuò cibi conditatur maiorana, origano, hyssopo, thymo, roremarino, serpillo, calaminthâ, satureiâ, uno aut altero horum. Et sinapi incrusteretur saccharo: saepe vtatur: & nuce moscatâ cōditâ. Et cottide accipient cibos paucos, leues, calidos, & extorsiora vi præditos, plerumque cum melle eduleatos. Initium gula resolutur, vnde infusus cibus in arteriam labitur, cum neque tonsillæ ad impulsum ciborum concidant, nec epiglottis in proprium locum subsidat, quæ asperæ arteriæ operculum à naturâ facta est. quare longâ fistulâ succum ac mulsam infunde, ac supra arteriam asperam attollens, in gulam demitte. Frustra vero laborant ^{1. Lib. 2. 2} ^{27.}

borant qui sub mento cucurbitam
ut gula dilatetur affigunt: quia compresione, non dilatatione ad deglutitionem opus est. dilatat autem cucurbita, & cum vorare velis prohibet, reuellens ac retrahens. & replet arteriam asperam, vnde strangulatio. nec gutturi affige. Vinum in principio nusquam utile est. inclinato vero morbo, da non nouum, nam excrementitium est: non vetus, ob penetrandi vim. Auenzoar praebet vnciam vini in fine morbi, ad membrorum robur. Paulus vino instillat calidam aquam. Exercitij vice sint frictiones & unctiones curru factae. Post diem decimum quartum ad gestationes cum Paulus dedicit, & tunc vocis & loquela curam habebimus: & postea etiam dabis mus modicum de hiera, inquit. Empirica quosdam delectant, de his hec accipe pauca. Accipe tinturam corallorum extractae cuim aqua vita semunciam; spiritus vitrioli binas drachmas; syrapi de hyssopo & de stoechade singulas vncias duas: misce: da ter die cochlear ex vino albo. Spiritus vitrioli gutta ex liquore hauriatur. Aquam e spicâ & lauendulâ bibitam laudat Matthiolus. In iice aquæ vitae, zinziberis, caryophyllorum, granoru paradisi, nucis myristicæ, singulorum duas drachmas; foliorum saluiæ binas vncias; cubebarum, cardamomi, masticis, galangæ, cuiusque drachmas duas; rorismarini, lauendulae, maioranae, melissæ, betonicæ, singulorum pugillum; spicæ nardi scriptulum. adde si libet semen rutaæ, & granum mosci & ambræ. Egidij aquæ octo describuntur ab Euonymo tomo secundo.

Quidam probant radicem tarsi barbati collo appensam. Smaragdus si de collo pendeat cōfert, inquit Zoar. Ego puto si corollæ ex corallo colum implicetur, optimum ~~ad~~ ^{ad} psonior fore: cum mihi constet dentium dolores à catarro ortos hoc auerti. Excitant apoplexi fungi, mandragora, & pomorum nimius usus & & eorum odor. Moneo tandem non temerè incumbendum esse in usum rerum calidarum ordine tertio, maximè si fuerint tenuum partium, & ex plurimis aëreis spirituosisq. partibus constituerint. nam in illis affectibus ubi humorum luxuriat copia, præsertim sanguini permixtorum, suspectus horum usus est. Hæc enim cum calore suo caput plethoricis causis augeant, æger in periculum abripitur: maximè nondum euacuato corpore, & si corpore non admundum fuerit frigido. Alioqui enim, fusis humoribus, caput implent, & morbus vires acquirit eundo. Accipe folia & fructus buxi, & nucleos percisi, extundantur cum aqua lauendulae, & colatur fricetur lingua: & cochlear unum aut alterum ori infundatur.

CAPVT XXI I I I.

De PARALYSI, quam Resolutionem, vel Mollificationem vocant, Greci etiam Πάροσι, hoc est, languorem & defectiōnem.

INTER affectus nervorum, primū scelē offert eorum eneruatio functionumque ablatio, cum nec motus nec sensus suum officiū facit.

si caput exceperis: Paralysin vocant: quam ita definitus. Erit nervorum relaxatio, non tamen omnium: & interdum muscularum mollificatio cum priuatione motus & sensus, à vi causa morbificæ. Dixi nervorum: sunt enim hi sensus & motus instrumenta. nam principes functiones, imaginatio, cogitatio, hic non sunt officij immemores: sed sensus & motus auferuntur. Adieci, non omnium: ut symbolo hoc abiret ab apoplexiâ, ubi cunctorum nervorum & muscularum adeat paralyticus. Sed hic alterutrius partis maximè adeat resolutio, nimis lateris dextri, vel sinistri: nā talis propriè dicitur paralyticus, cùm verò membrum peculiare soluitur, dicitur eius partis paralyticus: ut lingua, œsophagi, vesicæ, penis, oculi. At Apoplexia, *nervis*; dicta est resolutio totius corporis. Definitioni adieci muscularum mollificationem: nam non solum nervi, sed etiam musculi sunt instrumenta motus, cùm Galenus asserat in paralyse non nunquam affligi musculos, interdum nervos: ita ut intactis nervis passio aliquando feriat musculos: est etiam ubi viraque affliguntur. Addidi mollificationem; ut noscamus musculos occupari conuulsioni contrario affectu: nam ibi durities est, cum motu depravato. Conclusi definitionem his, à vi causa morbificæ: sunt enim in ocio præcipua instrumenta facultatis animalis. Sed ocium trifarium est; vel à causâ morbificâ, vel à facultate, aut nullam harum agnoscit. Primum conspicuum est in hoc affectu: secundum in motu tonico, ut cùm quis porrectum tendit brachium: est sane facta hæc

DEFINI
TIO O
enue enue-
r. 2. 2.

1. Loc.
affl. 6.
3. Loc.
aff. ult.

Galen. 2.
Sympt.
caus. 2.

quies, quæ tamē aliena est à vi mor-
bificâ. tertium, cùm quis brachium
abiicit in scamnum, hoc nascitur à
neutrâ causâ, sed ob pondus mem-
bri. lunxi etiam hoc, cùm priuatione
motus & sensus: ita evenit in perfe-
cta paralyse, nam si ea non perfecta
fuerit, vel motus vel sensus solum
stupebit, aut interibit. Hoc voluit
Aretæus, cùm ait, si solus tactus de-
ficiat (quod raro evenit) *ἀναθοτια. ^{sensus}
dicetur. Hæc in definitone, iam ad
causas. Hic affectus est symptomata,
quod confectionarium est male confor-
mationi, vel solute vnioni. Nam ner-
vi immodicè humectantur & refri-
gerantur, ut in frigidissimo ære;
vnde densi redditi, facultatis Solem
non vident, vel resolutus crassus hu-
mor in principium eorum incum-
bit, quo replentur; quod evenit ab
apoplexiâ, vel fit obstructio ad ver-
tebras collit, vel ad inferiores partes;
aut ictus, lapsu, incisione violantur.
Saltem fit à tali causâ quæ aditu pro-
hibet facultatem à membris, quic-
quid enim facultatis motricis radios
arcere potest à parte aliquâ, paralyse
causa est. Vel, etiam si aditu & appul-
su non arceatur facultas à sensoriis,
per quæ suscipitur omnis actio ani-
malis, ea tamen resoluuntur, quod
facultas non suscipiat. Expanda-
mus iam quas ob causas facultas
aditu à membris prohibetur: &
cur, si transeat, non suscipiat. Aditu
arceatur vel ratione nervorum, vel
ratione facultatis. Ratione faculta-
tis, impedito spiritus animalis ap-
pulu, qui non fertur ut debet, ad
partem à quâ suscipitur actio. Ut
cùm spirituum inopiâ laborat. Ne-
que enim sensifica vis lucet in illo
sensorio

C A V-
S A S.

sensorio, cùm spiritus animalis interclusio est in fonte ipso, vel summa eius paupertas. vel cùm aliò ea abducitur: vt cùm dexter musculus temporum inflammatur, eò se vertit tota facultatis vis, indeque sinister musculus resoluitur. ita in capitib; vulneribus calamitosis, aduersa pars laxatur. Vel interceptio est spiritus animalis in cursu, quem ipse per neruos infleßit. Neruorum itaque vitio si fiat, hoc ita euénit, quòd illi vel abscondantur, vel quòd nimis conniveant. Connivent aut pressu, vel ab acceptâ copiâ. Pressu, vt à loris, & ab iectu aut lapsu contusi ac inflammati. Connivent etiam nerui, à frigore dum densantur in opacitatem: non aliter ac per densas cùm nubes fulgor Solis crumpero nequit. Pori enim neruorum nonnunquam densi euadunt nimis: atque illud adeò est quod non in intemperiem hoc malum retulimus: ratus enim & densum ad conformatiōnēm spēctant: vt molle & durum ad tempeſtēm. sed hic neruus non redditur durus, sed densus. Aſſerit Trallianus ſiccām, vt & calidam intemperiēm paralysin inferre posse: si densent, fateor. alioqui atrophiâ ideam resolutionis fingant. nam calida & ſicca intemperies non est resolutionis auctor: argumento est hec tica afflētio, quæ paralysin non adfert. Non ſuſcipiunt interdum facultas quamuis ea allabatur, quòd pars illa sit vel phlegmone obſeffa, vel quòd ex infarctu labore. Si à phlegmone, id fit quòd huius tumore opprimantur nerui: id etiam ſubito quodam ſanguinis affluxu euénit, vt in febribus: nam ſi bilis eò ſe verteret, vt quidam

putauere, potius conuulsionem accerſeret. Infarctus autem fit à materia pituitosa, vel melancholicâ. Ita fit ex prolapsu materiae apoplecticæ; quam fortis naturæ contentio illuc transmisit è cerebro. ex quo prolapsu etiam madeficit altera pars spinalis medullæ; aut ipsa neruorum propago illinc diuincta densior redditur, nec animali ſpiritu illuſtratur. Tunc modò pars dextra, modò ſinistra affligitur: pro vario humoris motu, naturæ impulſu, & meatuum conditione, & ſitu partium excipientium. Hic infarctus quin etiam inferri potest à bile crassiore permixta cùm pituitâ. Nam tenuis & liquida aqua plerumque in paralyticorum cerebri ventriculis & spinâ dorsi inuenitur, quæ à capite eò defertur. Quare hoc malum naſcitur interdum per catarrhum, qui à cerebro foras tranſmittitur in cerebri propagines, vel vt Græci dicunt πόνος, nimirum ad spinalem medullam & neruos. Fit igitur mollitudine, denſante, neruorum & membranarum, per ingressum catarri. Plurimum itaque à pituitâ, aliquando à ſanguine, raro à melancholia; nunquam à flauâ bile, niſi cum cæteris miſceatur; quia potius contraheret. Et humidi proprium eſt laxare & reſoluere, vnde motus quædam impotentia naſcitur, neruis ceu habenis trahentem facultatem minimè ſequentiibus, vt in pueris præhuminidis euénit; quòd tendi in ſuum robur nequeant nerui, vel ſaltem ſpiritum non ita accipiunt. Dico hoc locum habere vbi madent nerui: nam in hypofarca non fit patalysis, quòd carnosæ partes ibi madore tētentur.

Galen. 4.
loc. aff. de
pifatore.

Hæ vero materiæ quæ infarciunt neroos, nascuntur vel congestione in parte, hoc vitio tētata: vel aliunde irrepunt. Succēscunt congestionē, à partis imbecillitate, quæ hebescit frigore, à calido nativo titubante: hinc obstrūctio. cūm enim cespitans pars ægræ suo genio fruatur, materiæ morbifīcæ congeruntur, quæ facultatem animalem à parte atcent.

*Anicet.**Galenus.*

*Galen. 3.
loc. affec.
vit. &c. 1.
loc. aff. 6.
& max-
mè 2. De
Symp.
caus. 4.*

*5. Symp.
caus. 2.*

*Diffe-
ren-
tiae.*

sumuntur à formâ mali, loco afflito, & causâ effectrice. A formâ, nam sensus vel motus facultatis animalis percellitur, vel, quod plerumque sit, utraque. Sed cur modò motus, modò sensus deficit? Sensus minori negocio sit, nam in passione & susceptione consistit: at mouere actio est: ergo plurimâ illi facultate opus est. A loco affecto: nam, inquit Aretæus, interdum unum resolutum membrum, interdum plura: non nunquam pars aliqua, ut nates usq. ad medium, & lingua media, una tonsilla, & isthmus, ipsaque gula dimidia resolutum. Idem fieri existimo, inquit, in stomacho, intestinis, vesica, & longanone. Et in pupillâ quoque oculi id evenit: quæ cùm in amplitudinem magnam diffunditur ~~manoceilu~~, id est, pupillæ amplificationem vocamus: aut in angustum contrahitur, dicitur ~~μωσπιάσεις~~. Et vesica patescit incurrit: aut enim per extensionem resolutum, cùm lotium effundit, ob impotentiam retinendi: aut in seipsum conuoluitur, cùm vrinæ plena, nil reddere potest. Columella etiam interdum afficitur, unde inopinatus sonus redditur. Quin in eadem parte modò hæc modò illa particula affligitur. Lædi enim potis est vel neruum, vel musculum. Si neruus, id ei accidit in suâ origine, vel dum longius abit. Si in abitu, si neruus peculiariter alicui parti dicatus erit, ut manui. Si vero in nerui origine vitium hæserit, vel cerebrum affligetur, vel spinalis medulla, quodlibet cerebrum, vel pauci, aut plerique nerui in vitio erunt: non tamen simul cuncti. Cùm hi ad spinam dorsi affliguntur, vel ipsa eius sub-

*A forma:**A loco.*

*Aret. 7.
Dicitur. 7
in fine.*

*4. Loc.**affil. 2.*

279

eius substantia vitium agnoscet, aut
neruorum inde ductus. Spinae cùm
lèditar substâlia, tunc vel tota spina
obsidetur: vt cùm capitî partibus
intactis, latus resolutus virumque,
si in spinalis dico medullæ origine
hæserit vitium. Alioqui vnum ferit
latus. Ratio huius eventus est, quòd,
autore Aucennâ, bifariam diuisa
sit spina, non diuisore membranâ:
sed Aucenna dicit eam diuidi in
dextram & sinistram partem. Mirum
sanè naturæ artificium, quæ vbique
affectat hanc geminam vberatatem:
quòd vna parte oppresa, altera offi-
cio sufficiat. Si materia morbifica in
ductus spinæ effusa fuerit, tunc, vt
sunt variae vertebræ, ita & variè pa-
ralysis sicut: vt mox trademus, vbi de-
signis. Hoc modo à parte afflicta
differt interdum hoc vitium. Accen-
tate discatur quæ pars laboret. Qui-
dam meorum præceptorum resolu-
tionem vidit sinistri renis, neque
urinam reddebat. admonit casto-
reum collo, istidem naso; nam ex re-
solutâ meninge vitium erat: reddidit
sex urinæ libras, tamen obiit. Dein à
causâ efficiente discriminata mali hu-
ius notantur, quas vt varias diximus,
ita, & variae huius passionis diffe-
rentiae deprehendentur. Hoc malum
cùm apoplexiæ succedit, propriè *ne-
glectus* dicitur: quæ tamen Aretæo
est, cùm sola pars aliqua suo officio
exuitur, vt pes, manus, quæ ab apo-
plexiâ est, in eam plerumque recur-
rit. Cùm nerui afficiuntur qui mus-
culis non inseruntur, inserunt solius
sensus solutionem: quam Aretæus
anæsthesian appellat. Quæ alterum
latus occupat, propriè vocatur *ne-
glectus*, quamvis ita etiam dicatur

interdum *neglectus*. Ab Ischiade
differt, nam in ischiade adeo motus
difficultas: at in paralytico ablata est
facultas. in paralytico medulla spi-
nalis agnoscit vitium: in ischiatico,
tunica. A conuulsione: nam ibi mus-
culi, hic nerui ægrotant. Tremor est
symptoma infirmæ facultatis, illæsis
etiam instrumentis; vnde motus de-
prauatio. Ab arthritide: nam para-
lyticus audet progredi, sed non po-
test: ex aduerso arthriticus: nam
huic tunica nerui est affecta. Quod
ad differentias communes, est vi-
tium potens, ob refractariam suam
potentiam: citra contagium: diuturnum:
modò hanc, modò illam par-
tem inuadit: quare indifferens. Iam
ad signa veniamus. Sensus hebetudo

SIGMA.

apparet, quando sensilia non exactè
percipiuntur in proprio quæque sen-
sorio; nec libera motio est earum
partium quæ sponte nostra monen-
tur, idque *πάθη* *τέλος*, hoc est non
proprio ipsorum viatio, sed alieno,
hoc est, facultatis ipsius. Quædam
partes contractæ etiam officium suum
depositunt; sed id honestà paralysi.
sed resoluta pars alget, labiturque si
erigatur, mollis est & fluxa, sine mo-
tu & sensu, & tandem macrescit.
Quare examina excrementa etiam,
& qualitatem corporis in colore,
mole, & charactere. Sed hoc nota:
quid facie pars laxata in aduersam
partem contorquetur. Nam quacun-
que in parte musculi congeneres
sunt, pares numero, magnitudine, &
robore, resolutio vnius partis, efficit
conuulsionem partis sanæ oppositæ,
idque ex eventu. Sed, quod utilissimum
est, scrutemur singularium
causarum paralyticarum notas, &
afflictarum

*Quid dif-
ferat ab
altis mor-
bus.*

*Hip. Da
vuln. &
fract.*

SIGNA
differen-
tia mea-
tarum.

afflictarum partium signa. Signa quae formam indicant narrabut ipsi ægri: ut num motus tabescat, an verò sensus, vel an veterq. stupescat. Locū ita deprehendemus affectum: Si fuerit vitium à musculo, principium nervorum integrum erit, vegetumque in sūmū munus. Quodsi nervi origo maledicēta fuerit, vel cerebrum, vel spina vitiam habebit. Sin progressus nervus in vītio fuerit, principium integrum erit, vnaq. peculiaris pars in querelam veniet. Hac optimè distinguentur à causis procatacticis, & ex lacerentibus & iuuantibus, & ex numero partium lacerarum. vt si præcesserit ictus vel lapsus in spinam, erit in origine nervi, non in progressu. sin ictum manus excepit, erit in nervi progressu. Ita si remedia spinæ admota iuuant, erit malum in nervi origine. Ita ex numero: nam vbi ductus nervi laceratur, vnicæ solum parti, cui ille infertur, molestiæ euenient: nam ab origine, plares nervi in varias se effundunt partes. Sed quā arte distinguemus musculum ignauescere à tacto iniuriā nervo, vel propriā suā vi num exuatur? Si à musculo resoluto enata sit paralysis, pars contabescet: carnosa enim fatigatur eius pars, multo nutricatu quæ eget: cumque ex idiopathiâ laboret, subito in maciem & languorem abit. verunt non tantâ mole alimenti egredi nervus, propterea serò inde pars mactescit. Faciei pars si sensus expers fuerit, in cerebro causa hæret; nam affligeruntur nervi tertix coniugationis: sin motu fraudetur, primæ collie vertebræ crimen habent. Si totum corpus, excepto capite resoluatur,

Vnde pars
quæque
fit in vi-
tio.

vitiū hæret spinæ principio. In transuersum si afficiatur spina, malum subditas feriet partes cunctas: sin altera solū spine pars laceratur, quæ illi respondent partes iniuriam sentient. Si brachia resoluta sint, in quinta, sexta, septima cervicis vertebrâ mali materia delitescit. Nervi qui pectus mouent, ex cervicis vertebris nascuntur. Quinta cervicis vertebrâ laborante, manus spoliatur officio sentiendi & mouendi. Sexta collie vertebrâ occupata, non in totum patitur vis sentiendi & mouendi in manibus: nam primæ brachij partes illas seruantur. id magis etiam si septima spinæ vertebra fuerit malo inuoluta. octana spinæ vertebra parvam noxam manibus infert: sed thorax inde potissimum affligitur. Sin inferiores artus langueant, lumborum & ossis sacri vertebræ incursu morbo fatigantur. Crus si solutum, infra lumbos mali focus erit. Iam agam de signis variarum causarum quæ proferunt paralysin. Aditu si prohibeatur facultas, id fit ob immancem phlegmonem, vt fit in vulnera musculorum *xpotaphtov*: quod eo abducta facultas, alteram partem deserat: quare inediâ facultatis aduersa pars resoluitur. Aditu etiam prohibetur facultas, quod nervus crimen agnoscat solutæ vnitatis, à lapsu, ictu, vel pressione is opprimitur, vt vinculis, ictu, casu, vel à luxatâ vertebrâ. hæc luxatio à phlegmone etiam musculorum cervicalium ortum trahere potest. Vel densior si redditus fuerit nervus: id dicent præcedentes usus terum refrigerantium: & tactu alget pars. Sin nervi infarcitus auctor resolutionis sit, hæc præscripta

*A causa
efficiente
notæ.*

præscripta abeunt: & eorum loco
venient cause interne, quæ magnam
pituitæ vim adferent, vel luxurian-
tem melancholiæ copiam proferent.
hic se in conspectum dabunt causæ
in hos succos fœcundæ. Sed infar-
ctus auctor materia, vel à congestio-
ne, vel ab influxu ibi confedit. Quæ
à congestione, illa succreuit à parte
tactâ intemperie frigidâ: ideoque
tales notæ se in conspectu proferent:
quin talis paralysis sensim arreptit:
etiam nonnunquam stuporem pro-
dromon habet, tanquam prænun-
ciatum futuræ resolutionis. Propterea
dicebat Aretæus, prælonga interdum
initia hanc sortiri, grauitatem, torpo-
rem, motum ægrum, frigus, & inter-
dum ardorem oppositæ partis. Cùm
verò alicunde incumbit, adpœas in
paralysin trahuntur; & si quis ante-
uerterit stupor, breuis is fuit, cùm,
dato impetu, præceps materia irruat.
Vel adsunt notæ afflicti corporis to-
tius, vt si febricitet: vel ab aliquâ par-
te incumbit, vt ab apoplexia. Fluit
materia, concita orgasmō, doloris vi,
vel quòd pars continens exoneret se
in contentam. Si vi doloris influat, is
præcessit & calor, quorum est attrahere.
Si vſus rerum frigidatum vbe-
rior adfuerit, à parte virtutem non
accipi significatio erit: quod písca-
tori illi euenit. Vel id fiet à tumore,
vt à phlegmone ita habita, vt tenui-
bus dissipatis, partes crassæ restan-
gent. Cùm vrina non redditur, &
vesica in duritatem exturgescit, id fit
à resolutis musculis abdominis, &
stupentibus nervis vesicæ, vt euenit
interdū his, quibus crura resoluun-
tur: preme, prodibit. dixi id etiam
euenisse à meningis resolutione. An-

tagonistarū musculorum affectum *vnme'ca-*
noſcemos in ore: nam ſana membra
loquuntur, connuent, ſentiunt, ri-
dent. Quare, ſcribit Aretæus, depre-
hendūtur loquendo, ridendo, conni-
uendo. Nam in affectâ parte labrum
riſu caret, & inter loquendum non
mouetur, palpebra non volubilis,
ocalus riget, nil ſentiunt partes læſæ.
Hæc ideo: nam decipiunt in caninâ
conuulsione partes, nam integræ,
ſpectantibus, laborare videtur. Illud
notandum, quòd paraplegia & con-
uulſio ſimil existere nequeunt in
eodem ſubiecto: quod illius natura
& hyparxis ērū nō eſt: huius verò
ērū nō eſt coniſtat. & paraplegiæ
ſedes eſt in neruo medullari: conuulſionis
autem in muſculo. Ex hiſ puto
naturam paralysis conſpicuam eſſe:
quare ad remedia abeo. Capita ad
quæ collineandum ſit in curatione,
hæc ſunt, quæ ex deprehensâ eius
naturâ manant. Cùm paralysis ſit
symptoma, variis morbis confecta-
rium, certè variæ remediorum ideæ
ſeſe offerant necesse eſt. Si facultas
ab instrumentis motui ſenſuique
dicatis excludatur, quòd lacera ſit
corum vnio, erit ſolidandum. Si
angustiâ arctentur, dilatentur: ſi ab
infarctu id fiat, aperiatur. Quòd ſi
paralysis enata fuerit, quòd vis ani-
malis non ſuſcipiatur ob nerui in-
temperiem, ſi frigus obsit, erit calfa-
ciendum: ſi conſociat ſe mador, vna
ſiccandum. Cùm verò ob tumorem
durum hoc euenit, erit molliendum
& exhauriendū. Succus auctor cùm
eſt mali, elidatur. & quia attonitum
remanet cerebrum à ſpirituum re-
ſolutione & conceptum ob frigus,
quare calfaciendum & ſpiritus noui
n gignendi.

gignēdi. spiritus calidiore & tenuiore sanguine nutritur: in hæc ergo cōuenient edulia & aër: ut nimis calfaciant & siccant: vnde & foris dropacibus vtēdum. Sed antequam manum medicam porrigamus, notabimus num redintegrabilis sit sanitas: id dicent signa. Certè omnes neruorum affectus ægrè sanabiles sunt: quod si naturā algeant à calidi inopiā, inde vix redeunt paralytici senes, effēto calore nativo. Si iuuenis fuerit eulsarco, bene sperandum: sic si sensus manent integri. Sed dum veterascit malum, ægrè excutitur. Cùm causa paralysis est phlegmone oppositæ partis, quæ in se euocat totas facultatis opes (quod non fit sine horrendā vi inflammatoriā) calamitosum denuncia malum. Sin id cuenit ab accisis nervis, sanè sectus nervus combinati nequit. Quod si nervi angustia adsit, vt à loro, id remoueatur: si ab iectu sit valido attritus nervus, extra spem habebitur. si tamen mitior iectus fuerit, sanabilis erit. Sed quæ arte dignoscam validam compressionem, à tenui? Razes hoc nos docet; si illico iam iam ab iectu oborta fuerit paralysis, nota erit validæ contusionis: sin longā die ab iectu arreperitur, tenuioris attritionis symbolum erit, & manus curationi dabit. Vertebrarum intro luxatio si mali auctor, desperata erit curatio: nam vehementem compressionem nervis adfert, nec illæ reuocari possunt in suam sedem. Si foras fuit luxatio harum, reponitur: non æquè facilè si ad latera. A phlegmone musculorum cervicis nata paralysis, redire ad sanitatem potest. Quæ ortum dicit à nervi

PRO-
GNOSIS.

A diffe-
rentiū
causa effi-
cientiū.

g. Lec.
vit.

densitate, quæ à frigore nata fuit, sanatur, attinen ægre. Id cùm fuerit ab obstruente pituitâ vel melancholia, curari poterit; sed à melancholiâ non sine summa difficultate: ægrè enim hæc cedir, validissimis enati remedii. Quod si facultas non admittatur à neruo, ob intemperiem vel tumorem durum, superari hæc iniuria poterit, modò in ictricum non inducerit. Præterea pars inspi- cienda, & oculis lustranda. Si enim pars eneruata non tabescat, nec colorem exuat, spes est redintegratio- nis: nam validam facultatem spi- rituumque copiam denotat. Senes, inquit Aretæus, vix sanantur: nam eorum calor titubat, luxuriantem ma- dore, at pueri facilè redeunt. Vtinis cumulatè multis prioruptis exoluitur atque sanescit. Sed sudoribus con- fertim manantibus, ruit in peius. His etiam parotis mala est, à refrigerato riñium cerebro. Quæ apoplexiæ conseccaria, ægrè curatur. & metus est, ne in eam recurrat. Si à marcore partis, quæ ei opposita est calore & colore vegeta reddatur, calamitosum est: nam effētae partis indicium est, quæ facilè fert sibi subduci succum. Febris & tremor concurrens est pro valetudine. Recuperandæ sanitati indolentiam vehementer prodesse tradit Aretæus. Pingues, humidi, desides facilè hoc vitio corripuntur. Hyems hanc gignit præcipue, dein ver, mox autunus, at minimè æstas. Si diu afflixerit corpus choleticum dolor colicus à pituitâ crassâ & flatulentâ illi, si tandem tenuetur (vt inedia, vigiliis, medicinis calidis) in spinam irruit, & nafas facit. Sed hæc materia non videtur ab intestinis alegari,

Galen. 1.
loc. affect.
vit. & 4.
loc. aff. 2.

Aretæus.

ablegari: nam promptior ei per secundem foret exitus, sed ex venis eō ablegatur. Curabile si sit malum, in primis humoris institutum evacuatio, preparatio, reuulsio, deriuatio, residui dissipatio, roboratio, & victus ratio. Si sanguinis notae efflorescent, pertundemus venam: sed modicē sanguis subducatur, nam frigore, resolutis spiritibus, cerebrum stupet, corpusque friget. Nam si à phlegmone obnata fuerit, nihil periculi à frigore erit, etiam si copiosius sanguis effluxerit. Sed ubi resolutio oborta fuit ab obstructione, religosè transigendum: ne in frigido corposo, & frigido morbo facultas retentrix resoluatur, nectare que viuificum dissipetur. Sed quam venam pertundemus? partis intactæ, maximè si abiecta vel febre incidentur. At quid si utramque partem tetigerit resolutio, quid agas? Si circumfluat sanguis, ut sectione opus sit, utrum latus acerbius affligatur notabimus; quod firmius videtur vulnuscum accipiat. Quodsi æquè utrinque affligatur, dextrum brachium feriemus, ob hepatum situm. Vel eucurbitula hærent dorso & lumbis, modo ibi enata non fuerit paralysis. hoc modo vicem dabunt sedæ venæ. Cum vero in dorso vel vertebris lumbalibus confederit vitium, erubibus vel coxis, & manibus ex admoueantur. A prouisione habitâ totius, parti, in qua focus eius confedit inferantur: nam flamma partem calfacit, & exanguem succo implet, & sopitam vim concitat. Cauterium quod ferro imprimitur crudele est, sed tutum. Aëtius id partibus afflictis admouet: & etiam vertici capitis, ad exhausti-

stionem reuulsionemque, si ibi stabularit fons infarctum faciens. Si brachium resolutū fuerit, prima vel secunda collī vertebra cauterium accipiāt. Si simul crux soluatur vel pes, ultima spina vratur. eisdem vtetur si totū latus hebescat solutum. Quin interdum aduersis partibus cauteria inurimus, ad materiæ auersionem. Frictiones excipiat pars sana. Iam LENTENAS videamus quibus vtendum aliquid cū remediis, cū ea suadet usus. Ea erunt varia, pro materiæ discrimine; ut illa fuerit tenuis vel crassior. Propinabimus mel rosatum laxatiuum, cum hierā. A cassiā abstine; cū enim magnaies pars nutriciū studiat, eneruat compagem corporis. Ego ita agere solebam: Accipio benedictæ laxatiæ, vel antidoti Indi vnciam: cui remisceo vncias quatuor mellis rosati laxatiui: iubeo ut alternis ferè diebus cochlearium unum aut alterum sumant. Si clystina velit, hoc proderit: Accipe parietaria, brasiliæ, mercurialis, florum chamaæli, betonica, salvia, cuiusque manipulum: stœchados, ruta, calamintæ, centaurei, hyssopi, cuiusque semimanipulum; seminis seseli, foeniculi, ammeos, cuiusq. binas drachmas: potest addi agarici in puppā ligari semuncia, & semen carthami: coque ex aquâ: huius libræ adde benedictæ laxatiæ, antidoti Indi, cuiusque semunciam; mellis rosati vnciam; olei ruta, laurini, vel lilini singulas fescuncias; salis communis drachmam. maximè prodest cū pudendum, coxa, vesica, & cæteræ vicinæ parties resoluuntur. Ad usum purgantium sensim veniemus, propter ea que materiam morbifaciam

PHAR-MAGIA.

Prepara-
rantiæ.Purgan-
tia.Molis
egendi.

exclusioni parabimus. Pituitam cal-
faciemus, siccabimus, incidemus,
attenuabimus, detergemus. Ea ta-
men cautione, ut sensim veniamus
ad valentiora: alioqui liquefacta fu-
saque materia ad partem præcipitata
irritabit malum. Canendum ergo
ne ante quartum diem validis vta-
mur aperientibus: ne magis partes
dilatemus, quam materiam præ-
paremus. Fruatur æger oxymelitis
exigua copiæ; tinctumque id sit vi
hyssopi, & betonicæ. Sit id fabri-
catum ex aceto non acri. Vtemur
etiam syrupo acetoso simplici, syru-
po stichados, prassij, betonicæ, hyssopi,
de iua Nicolai, primula veris,
calaminthæ; nam siccat & tenuat,
melle anthosato. Hæc dantur cum
decocto anisi, fæniculi, cinnamomi,
salviae, origani, pulegij, summitatum
thymi, vrticæ, seminis rutaæ. duæ vel
tres ex his coquantur ex hydrome-
lite, vel aquâ. Accipe mellis rosati
colati, fescunciam: cum duplo de-
cocti salviae & betonicæ: fiat haustus.
hoc coquit, tenuat, terget. Si puero
oxymelite opus sit, id corrigitur
melle rosato. Quatuor vel quinque
dies mitigationi materiæ incumbe-
mus, mox elementer purgabimus:
dein pax ab utrisque sit aliquot die-
bus. & interim auerratur incumbens
materia balanis, erythrinis, apophleg-
matismis. Postea ad validiora phar-
maka surgemus, & in præparantia
vegetiora: iterumque, ne noua ma-
teria sobolescat, robore afflabimus
partem ægram. Deinde oœum inter-
ponatur ab omnibus remedijis, &
subducetâ alio eucubitæ inharetant
spinae. Tandem ad validiora teerigas
remedia tum præparantia, tum pur-

gantia. Razes offerebat pilulas sceti-
das, postea quietem indicebat tri-
duanam (alijs scribunt trium hebdo-
madarum) & interim vtebatur ci-
cerum decocto, & oleo & sinapi
nutriebat. Sed illud obseruabile, ma-
teriæ copiam plerumque exactam
materiæ morbisfæ edomationem
non admittere. Purga tunc illico pi-
lulis de hieræ cum agarico. dein pau-
latim præpara, & vicissim (ut dum
vrina ex crudore in flauū abit) purga.
vt, accipe agarici recenter trochiscati
fesquidrachmam; aquæ absinthij
vncias tres, zinziberis grana quin-
que: macera: colaturæ adde benedi-
cta laxatiæ drachmas tres; mellis
rosati 3 j. misce. Aliud: Accipe pilu-
larum assairet, & de agarico singulas
semidrachmas. Sæpe purgatio insti-
tuatur, modesto remedio, quod tet
vel quater altum irriteret. Aut bibat
veteris galli decoctum, in quo fer-
buit turbith, enicum, polypodium,
hyssopum, stichas. Monet Auicen-
tia, in eunte morbo, validis pharma-
cis non esse concutiendum corpus:
imò, inquit, cuncteris ad quartum
vel septimum. si forte malum sue-
rit vehemens, ad decimumquartum
diem supersedeas. ita Paulus initium
fecit à semidrachma hieræ. Non
incumbe etiam perpetuò pharma-
cis, sed ab illis, vt dixi, pax sit insertis
diebus. Videndum tamen ne con-
statio fraudi sit, si non sit extra cen-
sum acuti mali, ita vt subitæ mortis
discrimen adsit. Et iubet Abincen-
ta, vt robur aliquod pharmaca ha-
beant: nam longè ab alio recessere
nerui, maximeque cum infarcti sint
materiæ contumaciæ crassitie: nec
principatu aliquo œconomiae hu-
manæ

Nota.

Castie.
2. 3.

manæ p̄fūlunt. Hoc ordine trāfī-
gemus. In primis vtemur pilulis de
agarico cum trochiscis alhādel, dein
coccis, fœtidis, de opopanace, de
sarcocollâ, de euphorbio; quæ vlti-
mæ validissimæ sunt, raroq. in vsum
veniunt. Si pilulæ non placent, detur
diacarthamum, quod grati saporis
sit, vt & electarium de citro soluti-
uum, diaphœnicum, & Indum ma-
ius, benedicta laxatiua ad sex drach-
mas. Si licet, robustioribus sensim
vtemur, elucescentibus notis perfe-
ctæ coctionis. Attamen si ineunte
morbo materia adhuc influit, validè
purga: aliqui sensim. Nam hoc
æuo fons huius mali plerumque est
obstrūctio contumax: hinc est quòd
Razes prescripsit binas drachmas
cum seminisse pilularum fœtidarum.
sed non semper èo surgendum: sed
in iniuncto reliquis malo, valenti-
busque viribus sine infirmitatis me-
tu, tenacibusque succis renitentibus.
Non tamen huic tam valida deben-
tut ac apōlecticis. Quare, si licet,
iteratis vicibus pugnetur: nam le-
nus est morbus, lenteq. bellum eius
conficiendum potius, quam magnâ
agitatione pugnare; ne ex paucis
multa. Phlegmaphygis iunge quid
cholagogi: nam bilis est vehiculum
pituitæ & melancholiæ. Pilulæ hīc
vtile sunt: nam felicius trahunt à
partibus remotis. Usui erunt ale-
phanginæ, imperiales, afflitter, de
agarico, cochia, & fœtidæ, quas in
curatione huius mali describit Raze-
ses. Si melancholia vexet, detur con-
fectio hamech ex dilinto epithymi.
Accipe pilularū de opopanace scri-
ptulos duos (fundit crassam Pittui-
tam) pilularum fœtidarum, castorei,

vtriusque semiscriptulum: fiant pi-
lule. Si velit potius æger apozema,
hoc modo id paretur: Accipe radi-
cum inulæ viridium, acori, galangæ
crassioris, singulorum semunciam,
saluiz vtriusq., polij montani, men-
thæ, betonicæ, vel origani, aut cala-
minthæ, pulegij, cuiusq. manipulum;
hyssopi semimanipulum; seminum
anisi vel fœniculi, aut carui drach-
mas sex; glycyrrhizæ rasæ semunciam;
medullæ seminis carthami crassæ
contusi, polypodij, singulas binas
vncias; turbiti gummosi tantum-
dem florum stœchados, vel rorismar-
ini, aut saluiz, & centaurei mino-
ris, singulos manipulos. Coque ex
aquâ, & libræ assunde mellis rosati,
syrupi de hyssopo, amborum duas
vncias; pleres arachæ, diambra, sin-
gulos scriptulos. Confluantur etiam
syrupi magistrales, hoc est, perfectè
cocti, qui per interualla propinen-
tur: nam in vsum seruari possunt.
Syrupus
magistra-
la.
Accipe ramentorum ligni guaiaci
semilibram; corticis eiulde semun-
ciam: infunde hæchoris vigintiqua-
tuor in libris aquæ septem: coque
ad medietatis exhaustionem: colat-
ture infunde radicum ireos recen-
tis, pyrethri, acori vulgi, galangæ
crassioris, cuiusvis vnciam: mace-
rentur in vino albo: radicum aristolo-
chiae rotundæ, hermodactylorum,
singulas semuncias; polij montani,
rute, sampsuchi, saluiz, matricariae,
hyssopi, primula veris, melissæ, cha-
mapityos, calaminthæ, pulegij, ori-
gani, abrorani, singulos sesquimanipu-
los; seminis carui, anisi, fœniculi,
rute, singulorum sesquidrachmam;
caricarum pinguium numero vigin-
ti: adiici possunt flores centaurei

minoris, serpillum, stoechas, ros-
marinum, ciceres rubri. Hæc præpa-
rant. Si purgans velis, adiice fol-
liulos senæ, & semen carthami ad
duas vncias. Coque aliquot ex his
in aquâ: cuius accipies binas libras,
in quibus dissolues syrapi vel mellis
rosati laxatiui vncias octo; & saccha-
ti vncias quatuor: fiat syrpus per-
fectè coctus: & impone rhabarari
senunciam; cinnamomi sesquidrach-
mam: in linteo hæc sint ligata. dosis
sit duarum vnciarum: cum decocto
betonicæ, saluæ, melissæ, stœchados.
Sumat singulis denis quindenitve
diebus. A totius corporis purgatio-
ne, si caput adhuc immundum fuerit,
id euacuabimus, quò dein robo-
tari possit. Cùm itaq. ter vel quater
purgatus fuerit, vt emur erithinis,
apophlegmatismis, sternutamentis,
dein Laconico hypocausto. Fiat er-
ithnum ex decocto maioranæ, roris-
marini, seminis nigellæ, iuæ: adiice
succum betæ, & mel despumatum.
Vel accipe tenetimas radiculas, be-
te, digitis terantur dum fibrescant,
tum ht huius herbæ succo, cui ca-
storei, piperis, struuij, & elatetij quid
insit, tabescant; vnam insere naribus.
Gargarismus materiam liquans ita
præscribatur: Accipe rutæ, saluæ,
corticem radicum raphani, singulo-
rum semimanipulū; pyrethri drach-
mas duas; staphysagriae sesquidrach-
mam: coque; & colaturæ adde mellis
rosati vncias tres; oxymelitis scillitici
vnciam. Vel accipe sinapi, cruce,
thymbræ, zinziberis, pyrethri, masticæ,
singulos scriptulos: cum melle
rosato & passulis fiat pasta, cuius pars
masticetur. Quintus Horatianus
commendat sternutatoria, vt cerebri

*Peculia-
res purga-
tiones.*

Erithini.

*Gargaris-
mus.*

*Masticæ
torium.*

*Sternuta-
torium.*

pressa altitudo suscitetur. Hypocau-
stum Laconicum rigetur decocto
saluæ ignitis lapidibus iniecto: ita
decocto tremur hyslopi, foliorum
lauri, lauendulae, torifinarini, stœ-
chados, chamæpityos, chamæne-
lorum, meliloti. Balnea vtilissima *Balnea.*
ciam sunt sulphurea, & aliquantu-
lum aluminola, nitrofa, & bitumi-
nosa. Primò tamen illinatur adipe
anatis cum medullâ ceruinâ & oleo
lilino. Balneum fiat ex decocto vul-
pis, cum foliis lauri, arthemisiæ, &
talibus: edde sacculum cui argilla
in sit commixta sulphuri, sali, alumini,
bitumini. Sed cautio adsit, ne ita
calidis fuccis que vtatis, vt materia
morbifica inde lapidescat, exhaustis
tenuioribus partibus. quare non ante
trigesimum diem his vtendum. Ac-
cipe vas magnum cui commodè in-
siderat æger: fundo vasis insperge
cineres, quibus impone lapides igni-
tos, super quos infunde decoctum
sequens. Accipe cucumeris asinini,
brioniæ, ireos, singulas vncias; saluæ,
betonicæ, melissæ, maioranæ,
foliorum lauri, calaminthæ, hyslopi,
polij montani, arthemisiæ, abrotani,
mentastri, pulegij, cuiusque mani-
pulos quatuor; seminis sileris mon-
tani, anisi, fæniculi, carui, singu-
lorum vnciam; Horum centaurei,
chamæeli, pulegij, cuiusque semi-
manipulum, coque ex aquâ & vino
generoso. huic immerge lapides, va-
pore rigetur æger sedens super scam-
num, vase optimè clauso. Et ita sit
constructum vas, vt nouum deco-
ctum infundi possit. Sudet, dum fe-
rat, caue ne incidat in animi deli-
quium; sed mox dum se debilitati
sentit egrediatur, hoc fiat tribus vel
quattuor

quattuor horis ante cibum. à balneo tegatur & sudet. Et interdum accipiat drachmam theriacæ, vt sudet à balneo in lecto: & origo neruorum balsamis vngatur: forisque, vt mox dicemus, suffitibus & illitionibus parti robur concilietur. Sunt enim roborantia duplia; nam vel foris admoventur, vel intus propinantur. Primò de assumendis, mox de admonendis. Talibus vitantur, quorum anathymias crassi humores tenuentur, cerebrumque recreetur. vt theriacā, mithridatio, aureā Alexandrinā, diacastoreo ex decocto iuxta, diamasco, rosatā nouellā, aromatico rosato, diagalangā; his misce interdum quid aquæ vitæ. Conserua iuxta, enulae, rotis marini, stichados, saluiæ, betonicæ, cum speciebus diacalaminthi, dia politici, vel diacymini, diattoni piperij: condito zinzibere, vel nuce myristicā, calamo odorato, caryophyllis, acoro condito, & pyrethro. confert etiam ruta, aristolochia, hyssopum, prassium, inde fiant decocta, quæ illico à datis remediis forbantur. vt fiat decoctum pampinorum & saluiæ; dñaque paucâ dosi corroborantium cum castorei momento bibatur. Hyeme corporeque naturâ frigido sumat drachmas binas conseruæ acori, & superbibat decoctum saluiæ, betonicæ, rotis marini, cui immixtæ sint pauca guttulae aquæ vitæ, cui immaduit castoreum. Vel immitte aquæ vitæ iuam, acutum, hyssopum, piper, caryophyllos. Ita fiant decocta ex serpillo, iuâ, satureia, pulegio, maioranâ. Razes capite De paralysi describit compositionem anacardinam, quam multis laudibus celebrat, iubetq. vt decem

dies abstineant ægri ab omni remedio, & ab eius viu. & dein iterum, collectis viribus, ad curationem properabimus. Non ultra duas drachmas ea propinetur (ni purgare velis) ita tenuat, & febrem accersit, quæ expedita est in hoc morbo, dum ab infarctu venit. Da primū drachmas duas castorei: si inde non surget febris, ad drachmas duas anacardiorū te eriges: si nec ita, ad semunciam cum Aëtio abibis. vel accipe sagapeni, beniouini, singulorum scriptulum, mulsi vncias tres: hoc liquat & resoluit humorē. Contumaci malo accipe terebinthinae optimâ lote cum aquâ iuæ drachmas duas; confectionis anacardinæ drachmam, id præstans est remedium. Quidam audacter præscribunt olei sulphuris per campanam extracti guttulam, cum maluatico vino. Cordus laudat philonium Mesues: credo, vbi dolor iungitur, pilulæ ex castoreo, assa fœtidâ, & nuce moscatâ. Aqua lilij conuallij, aqua balsami arte parati, & guttæ aliquot balsami cum vino. oleum ligni guaiaci, aqua mithridatiæ. aqua ex floribus & foliis hyperici bibita. vel aqua melissophylli & saluiæ ad vncias quattuor bibita per plures dies. sal theriacale. Superbibat conseruis (caput siccantibus) cochlear vini saluiati. Magna dñique spes posita est in decocto ligni guaiaci, & satzæ, & radicum chynæ, cum melle. Sed opportunè exhibet hæc debent. Vide quid dicat in Coacis Hippocrates; vt vrinis repente multis & cumulatè proruptis exoluitur acque sanescit: ita sudoribus confirm manantibus, & largâ detractio ne sanguinis ruit in peius, eisunque paralysis

*De guia
ci exhiba-
tione.*

paralysis planè redditur *avialo*. Si vero sensim sudant, inquit, proslunnam excluditur morbi humor, superfite partium vnde manant integritate. Accipe ligni guaiaci vncias quatuor; corticum eiusdem semunciam; aquæ libras octo: coque ad dimidias: optimè despumentur, in fine adiice salviæ, betonicae, stichados, cuiusque semimanipulum; baccharum lauri, juniperi, cuiusq. semunciam: sensim coquatur, ne effervescat: colatura additæ mellis anthosati libram; aceti (cillitici vniciam; aroma affletur cum drachmis duabus nucis myristicæ. Ita addi poterunt cætera quæ neruis student, ut hyssopum, rotismarinum, maiorana, iua, serpillum, betonica, primula veris, pulegium, saturegium, flores lilij convallij, & flores chamælii, & anisi semuncia, & ad remedij actimoniam temperandam passulæ decoctum radicis bardanæ etiam sudoriferum est. decoctum sassafras magnas hinc vites habet. Hæc de internis: iam ad illa quæ admouentur. Si incumbit paralysis à crisi, vel ab apoplexiâ, non est cutanda, sed potius promouenda, quia salutem adfert: caue hinc à percussione, sed solùm calidis attrahe. Cum ita non nascitur, vti licet cum Auicennâ repellentibus & adstringentibus, non tamen frigidis, sed calidis, ut cypero, calamo aromatico, mace, cypresso. Dum vero calidis tenuantibus vrimur, ea cautio adsit, ut à mitioribus semper fiat progressus ad validiora. Sectâ itaque venâ, aut purgato leniter corpore pilulis assairet cum agarico & castoreo, accipiat manè conserue acori binas drachmas: dein fiat fri-

T O P I
C A.

ctio celli & dorsi cum panno aspero: postea originem mali illinat oleo chamæelino. Dein quietat paucos dies, interimque enemate ducatur alius. Postea præpara fortius, & purga. His peractis illine oleo chamæelino cum lilino: sumatque conseruæ acori drachmas duas; cum semiscriptulo diambraz postea para oxymelite composito, & syruo stichados. denique ad pilulas coccias veni cum agarico, & ad foetidas. dein theriacam præbe: & frica primùm mali originem aquâ vitæ, mox illine balsamis, & calentiore oleo. Primò itaque vtemur oleo chamæelino, ne fiat attractio ruentis adhuc materia; lilino, vulpino: secundò de spicâ; rutaceo, laurino, piperino, euphorbij, & balsamis. Ita tandem, ex Auicennâ sententia, adferantur valida, penetrantia, pingua: nam nerui afflicti sub cute & carne quia induerent talia exigunt. & ni pingua forent remedia illa quæ tenuia calidaq. esse debent, materia illa morbifica neruis concepta facilè lapidesceret, exhaustis partibus tenuioribus. Primùm fove partem vapore vel aquâ decoctionis iuxta, stochados, calamintæ, iberidis, piperis, &c. mox vngue oleo trifolij cum adipe leonis, vel anseris anatise sylvestris; vel oleo fraxini, vel medullâ cervinâ, aut adipe vulpino. Vel, à suffitu, frica partem quater aut quinques sale solutiuo Mesues: qui constat euphorbio, pipere, castoreo, turbith, scammonio, colocynthide. distillatur aqua ex ciconiâ, quæ infarcta sit vnicia vnâ caphuræ, & drachmâ ambraz. Commendo gumi elemnium, quod antiquorum cedria videtur esse, hoc

esse; hoc miscetur galbano; haec enim siccant, nec indurant. Aliud: Igne candescat molaris lapidis pars; tum acri aceto, in quo ruta, & pulegium castorei que vis sit, conspergatur: hoc vapore proximè posita pars rigetur aegra, supernè coniecta stragulis, absudet. à duabus diebus id repetatur. Patente iam parte sudoreq. vndante, balsamo fricitur. Alij: felem pingueum parant, abstracta iam pelle, abscisso capite, abiectisque intestinis: hanc totâ nocte in aquâ vita macerant: manè verò eam implant foliis lauri, rutâ, lauendula: carnem lardo ac caryophyllis replent: lento igne veru torrent: quod distillat pro vnguento est. Aliud: Accipe vulpem, huius ventrem imple hyssopo, stoechade, calaminta: vel si validius exegitis, impone sinapi, ibidem, colocynthidem, turbith: coquatur in vino, vel aquâ marinâ, aut thermalis: coquatur triginta libris aquæ, ad tertiae partis exhaustionem: fiat stillicidium. Lutum balneorum etiam probatur digerens, mollient, & roboret. A fonti & balneo commendatur vnguentum Leonelli, & talia qualia Pareius octauo libri decimo teruo prodidit: vel distilla baccaes lauri ex oleo communis. Si tenuiora sint corpora, misce balsamis adipem anasis, vel medullam cerui. Nonquam nec gligite spinam dorsi, qua publical quedam via est neruorum omniuum, accipitque venas & arterias: numquam desiste à liquido balsamo cum aquâ vita. Chimicus quidam hoc vnit, Accipit olei costini & de diversis cibis, singulorum vncias tres clini semisse; pinguedinis vulpis semilibram; pinguedinis viperarum vncias

tres; primula veris virientis; & salviae, singulas semilibras. herbas confitas cum pinguedine misce: addendo castorei semicium, terebinthinae libram; piperis, pyrethri, euphorbij, cuiusque drachmas tres, vini libras duas cum semisse: macera hæc, distilla: manabunt tres liquores, quorum postremus optimus. Vel facilius hoc modo, galbani, guminii hedera accipies cuiusque semilibram; olei laurini vncias duas, terebinthinae libras duas: distilla, & tertio liquore utatis, viperam semper addebat ille chimicus. Aliud optimum: Accipe radicum angelicae, acori, cyperi, azari, zedoarie, cuiusque vnciam; mastiches fescunciam; galanga, caryophyllorum, baccarum lauri, singulas semuncias; nucis myristice vncias duas; macis, aloës, myrræ, cuiusque semanciam; ligni aloës, guttum elemni, singulorum vncias duas; castorei drachmas decem; stylaris calamite, lasiferis, hoc est, beniouini, cuiusque vnciam; sanguinis draconis, florum lauendulae, cuiusque vncias tres; olei nucis virginianiae semilibram: omnia in corporeabis & distillabis in alembico. hoc tenet, mollit, roboret: primo effuet & quia secundò oletum: tertio mellago. Aliud: Accipe galbani semilibram; guminii hederae vncias tres: tere & distilla: & evanescere hisponi remisce olei laurini vncias; & terebinthinae libram: iterum distilla: & leninge aquam ab oleo. Itterum stomacho & viscetibus conßendum. Hapsis, id est, floccis lanæ, ambutis oleo meliloti, hyperici, cheiristhi, laurinæ, hispino fono patens, qua etiam his postea contingat. Componitur olea ex eis parte *Olta.*

quartā vel quintā: & succorum, vt: vini, aquæ iuxta, parte vnā: & aliorum, ut galbani, euphorbij, parte denā vel vel duodenā: & coquantur ad aquæ, vini, vel succi consumptionem. Vnguentū Martiatum maius & minus, & Agrippæ, cum oleo de lateribus. Aliud: Accipe vnguenti de bdellio, olei terebinthiñz, cuiusque vnciam: liquefcant in diplomate, fiat vncio ad ignem. Olea etiam florum torismarini, thymi, lauendulæ, caryophyllorum, nucis moscatæ, omniumque aromatum distillata commode illumnuntur. oleo sulphuris ultimò utemur, iam progreſſo morbo, cùm cætera non iuuant. ex libra tantum tres olei drachmæ manant. Aliud: Accipe olei chamaelini, lumbricorum, de terebinthiñz, lauendulæ, castorei, singulorū semunciam: misce. Aliud: Accipe salvia, iuxta, betonicæ (crassè incidentis) chamaelii, cuiusque manipulū, ligni guaiaci vncias tres, castorei semunciam; terebinthiñz vncias duas; cum oleo lumbricorum & aquâ vitæ in massam colligantur, digerantur tandem balneo coquantur, & exprimatur liquor. Iungi his interdum poterunt baccæ iuniperi, nux moscata, fœniculum. huic si quori remisce vnguentum Mesues de bdellio: fiat vncio: & pellis recentis superponatur. Aliud: Accipe pinguedinis taxi vncias quartmorvisni Maluatici, vel Maderici semilibram: coque dum ferè quaneſcar vinum: tum adde olei ligni guaiaci, olei balsami artificialis, & olei latertini in quo macerati fuerint floræ hyperici & aromata, cuiusque semunciam, usque ad vnciam unam; aquæ vitæ, in qua castoreum maceratum

fuit, semunciam: misce, fiat linimentum. Ciconia implumis cum multis lumbricis coquatur in vino rubro & oleo: adde cornu cerui spongiosi vnciam; florum chamaelii vncias duas; salis & masticis vnciam: coquendum ossa exuat: & in mortario condantur, rufusque coque, sacculoque fortiter colentur. adde interdum medullam cerui, vel adipem vrisi, galbanum, & terebinthiñz oleum, castoreum, sinapi, myrrham. Laudat Kazes oleum costinum, cuius ipse descriptionem ponit, capite De paralyſi. quod nobile sanè remedium est ita paratum. Scribonius accipit olei Sabini vncias tres; radicis cucumeris sylvestris recentis fescunciam; concindatur radix crassè, & in oleo coquatur, donec succum omnem remittat & quasi arescat. dein per colum transmitte oleum: cui iunge cerat, olei laurini, cyprini, lilioi, singularium vnciam; olei hyperici vncias duas; piperis albi contusi, & per cibrum trâmissi, & pyrethri etiam per cibrum transmissi semunciam: misce, diu fricitur loco præcalfacto flammâ. Pueri sulphureis aquis locuti, vngantur oleo castorei vel costi, iunge aliquid euphorbij: vnge partem, & rotam spinam. Aquâ vitæ imbuti panni imponantur partibus. *Nota.* Si humidissimus fuerit habitus corporis, posuas viemur hæcis calentibus fomentis ex milio vel fænugræco, cum surforibus, & multo sale, in ferreâ patellâ obustis, & lauis linteis implicatis, quæ parti obvolum possint, hæc nullum madorem afflant: sed potentiali siccandi vitroborant. Sacculum ita facies: Accipe florum lauendulæ, stichados, origani,

Rubifican
ca.

origani, lauri, tutæ, ladani, styta-
cis, beniouini, gummi iuniperi, vel
gummi animæ, vel copal, caryo-
phyllorum, semenis nigellæ: ex his
quædam, ad drachmas sex consocia.
Auicenna tandem post trigesimum
diem ad rubificantia surgit. Vt emur
ergo sinapis, phœnigmis, &
dropacibus: quod penitus eximatur
malum, sanguisque & spiritus ite-
rum in partem reuocentur, eaque
reuiuscet. Hæc sunt ex pice, sale,
sinapi. Accipe terebinthinæ vncias
duas; castorei, piperis, pyrethri, eu-
phorbij, cuiusque scriptulum; sag-
peni, galbani, opopanaxis, singulas
drachmas: misce lento igne, exten-
de super alutam vel pellem arietis;
applica spinæ per longitudinem. Ita
ctiam adhibetur emplastrum de si-
napi. Sed modus in his sit: cum
enim rubida pars pressa, non albescit,
sed rubida perseverat, à phœnigmis
erit supercedendum: non enim
exulceranda est pars. Accipe sinapi,
semipis vrticæ, cuiusque drachmas
duas; succi betonicæ, olei meliloti,
quod sufficit ut fiat cataplasmæ. Si
sit ab ictu, pelle ouis curatur recens
detracta locoque imposita. Cum ita
tunc irrepar, ut non ille, sed pede-
tentim ingrauecat, etioplastrum Ra-
zis admoueatur ex farinâ sœnigrati-
ci, glande vnguentariâ, nucleis ce-
rasorum, semine ricini, bdellio,
ammoniaco, adipe anatis, cerâ, oleo
lilino: hæc simul contundantur. Vel
hyperici oleum cum floribus impo-
ne. Ab uestione si fuerit, decocto
corticis mediæ vltimi & radicis eius
muccagine illine. Iam ad victus ra-
tionem venio, cibi copia & qualitas

conuenienter instituatur. Paulus,
Aëtius, & Auicenna ad decimum-
quartum diem usque vietu tenuiore
vtuntur, quamuis enim morbus sit
chronicus, est tamen vehemens cir-
ca primos dies: quare primis tribus
diebus sit vietus tenuissimus, vt au-
turque solo melicrato vel ptisanâ.
Exactis quatuordecim diebus, soli-
diorem cibum exhibebimus. Tole-
rare tamen famem & sitim, inquit
Paulus, confert. Primis itaque die-
bus mulsâ ferè contentus sit. cum
diuturnior est morbus, da auiculas,
turdos, columbas, perdices, cuni-
culos, assa sint conspersa cinnamo-
mo & aniso. Amygdala sumat, &
nuces auellanæ tostas. Victus totus
sit siccus, atteriuatorius, non visco-
sus, vrinam ciens, calfaciens, non ta-
men initio nimia calfactione ruat
materia. Dices, in lôgis morbis par-
cus ille vietus periculosus est: Re-
spondeo, in plerisque id verum; sed
non in his corporibus, vnde parum
effluit, ob fractum calorem, & pi-
tuæ copiam. Deinde iusculo pul-
vratum cum cinnamomo, pipere, zin-
zibere: vel saluia sit alteratum, ro-
smarino, acoro, mentha, hyssopo, sa-
tureia, origano, ciceribus. Olera ex
fœniculo, hyssopo, maiorana. Quintus
Horatianus hos dicit falsoribus
natiendos. Caneat à lacte, piscibus:
& actia, ut sinapi, quæ caput replent,
ineunte morbo fugiantur. Biscoctus
sit panis cum aniso. Aër calescat sic-
ca vi illarum rerum quæ non replent
caput: ut vi caryophyllorum, nucis
myristicæ: bulliant in cubili ex acetô
& aquâ rosata. Aër columbarij insi-
gni quadam vi prodest. Luculentus
ad sit

Tertii.

ad sit ignis, cui infer ladanum, caryophyllos, nigellam. Pelle vulpina tegatur pars, quae primum suffatur myrrha, mastice, & caryophyllis. Potus sit hydromel quod factum sit ex sextâ vel septimâ parte mellis, cum saluiâ, vel origano: vel aqua cinnamomi saluiâ tincta propinetur. Vel decoctum anisi, sceniculi. vel, accipe ireos semunciam; aquæ libram; sacchari vnciam; cinnamomi leuiter contulsi drachmas duas; fiat potus. Cereuilia hyssopo imbuta commoda hic est. Vel, accipe cinnamomi vncias duas; zinziberis semunciam; galangæ drachmas duas, caryophyllorum, macis, cuiusque drachmam; coque ex aquæ libris quinque, donec quarta pars absumentur, cum refixit traiciatur colo, cù fortí expressione; adde sacchari semilibram. A multo tamen potu & iusculis abstineat, præter galli antiqui. Vitet aquam frigidam, & acetum, etiam nimius usus oxymelitis dānosus est ob acceptum, quod exasperando & radendo ventriculo molestum est, & nervis bellum indixit. Caveat à vino (quia caput replet) dum morbus nondum consenuit aliquantulum, nam cum fluxus abest succorum, & corpus purgatum fuerit, dabis partem subastrigentis vini annosi: nam id siccatur, & exhaustus quod restibile est materiae morbificæ. Alioqui viuin facile deducit materiam morbificam in locum affectum: facileque acescit in paralyticis; at acida neruis bellicosa sunt. Si æger fuerit sitibundus, vel si febris suspicio adsit, loco mellis in potu saccharo vienitur; ut, accipe aquæ costæ libram; sacchari vnciam; cinnamomi leuiter contulsi

drachmain vnam aut alteram. Sunt talia quæ vrinam mouent, & materiam mitgent. Sed distingue inter atrophiam & paralysin: nam interdum atrophia quedam partium soluit robustâ seccitate, hinc absint siccantia. Accipe vini. Cœtiti libras tres; sacchari optimi libras duas: coque lentè in syrum; vtere cum dinabus partibus iusculi pulli; adde nonnunquam vitellum, oui, partes gracilescentes vngc oleo amygdalino, iunge parum olei chamæmelini ex floribus immaturis. Pro exercitio sunt frictiones: quæ primum fiant in parte sanâ, dein ad ægram venies. Nullum ocium concedatur cœtibus, quæ etiam in ipso lecto agitetur nisi ipsius ægti vel astantium: vel scipionibus gradiatur. Nihil enim illæsum nerium adeò eneruat ac ocium, & nulla subinde calidi fluentis euocatio, cuius amico splendore fraudatum infixum parti calidum habescit, ac partis euentilatio stupescit, vtile enim ut excrementa partibus congesta exhauiantur. Somnus sit sex horarum, & longè à cibo dormiat, diurnus somnis vicietur. Catharticis assiduo relevandi hi sunt, inquit Q. Horatianus: nam diuturna hæc est passio. Singulis denis vel quindenis diebus sumat syrum a nobis inter purgantia descriptum. vel ex his pilulis scriptis aut maiori hoc copia vitatnr. Accipe agarici recens trachiseati drachmas duas: turbith gummosis drachmam; trachiseatum alrandi scriptulato; sarcocolla; myrræ, cuiusque scriptulos duos (hæc immanitatem turbethi castigant, & vna reliquias materiae tenuant) castorei semidrachmam; aloës

aloēs citrinae non lotae ad pondus omnium: ex his succo salvia exceptis fiat massa, quae usui reponatur. Sumat saepē unam pilulam mole semi-scriptuli, vespere ante cibum. Vel sumat pilulas assairet cum agatico, castoreo vel mastice. Animo sit sedato: sola ira naturam exagitā, saepē longe paralysi remedio suit: alioqui lātē viuat. Tandem, cūm recreari incipit aeger, ad balneum ducatur. Si loca emarcuerunt diu hoc morbo vexata, lauacra, cucurbitas, dropaces admoue post cibos. Empirica qui velit, consulat Euonymum, ubi de balsamis. Imple ampullam floribus rorismarini usque ad medietatem: sic hincat ultra mensem, donec flores in aquam vertantur. Millefolium manē ex vino potum cum nasturtio. Aquæ vitæ iniice flores lilij connallij & herbae paralysis, lauendulae, & castoreum, crocum, & grana piperis octo: sumat manē cochleatum. Pulvis radicis imperatoriaæ manē sumptus ex vino. Manē sumat terebinthinam lotam vino & aquā, nucis iuglandis mole. Aetius decoctum pampinorum vitis ieiunis assidue potum valde prodeisse prodidit. Accipe vinam distillatum lilij connallij, in quo aurum extinctum fuit, huic adde aquam cerasorum nigrorum dulciam: æquas partes bibat: eademque vertebræ colli vngantur. Iua quo voles modo sumpta & adnotata leporis assatum cerebrum. Accipe granorum paradisi, rhabarbari monachorum, pipetis longi, cuiusq. drachmam; radicis ari præparatae semunciam: fiat puluis, ex quo semper semidrachmam asperget cibis. & bibat ex hac aquā; accipe nucleos

cerasorum amarillorum vnicas binas; nucleorum persicorum non deglamatorum semunciam (hæc contunde) succini albi vnciam; florum clematis duos manipulos; florum lauendulae sesquimanipulum; vini Rhenani tria pocula; rorismarini manipulum; sinapi albi semunciam: contunde cuncta, & misce, vitroque excepta Soli expone mensem; & distilla propina cum aquâ buglossi vel cerasorum nigrorum aut florū persici. Cochleario horum liquorum adde distillati iam descripti liquoris guttas sex: manē & vespere sumat: & superbibat ex hoc potu. Accipe seminis petroselini duas drachmas; sinapi albi vnciam; summitatum artemisiae, & florum tiliæ, singulorum semimanipulum; vini libras tres; aquæ libram: coque ad dimidias. Coquunt quidam ex aquâ & vino flores persici, cum radicibus pimpinellæ & galangæ, addunt cacumina artemisiae, & adiantum. Fotis illinunt oleo amygdalino spinam his, qui in metu sunt ne in senio incurvantur. Pinguedo & medulla canis pinguis fastibus occisi, vel hinc coquatur aqua & oleo vulpino usque ad exhaustam aquam: exprime inde oleum. Accipe lumbricorum terræ, lotorum & in furno siccatorum ac in pulucrem redactorum libram; pulueris zinzibris, galangæ, cuiusque semunciam: cum oleo lilino vel costino formetur vnguentum. Quædam symptomata ab hoc malo nata curam sui etiam postulant: vt si vox amittatur. Ea verò deponitur duabus de causis, vel à memoriâ fraudatâ suâ vi, quod vox non formetur sine imaginacione: alioqui, quicquid cogitat mens,

Fotis.

Vox
amissâ.

CVRA-
TIO.

illud in linguam venite potest prudenteribus. vel quod vocis organon affligatur, resolutis musculis linguæ & laryngis, vitiatoque nervo recurrente. Etenim linguae apoplexiā facit resolutio nouem muscularum linguam mouentium, & ipsam verborum dædalain facientium : quorum alij à styloide, alij ab hyoide & cornibus eius, alij à maxillâ inferiore & mento exorti linguae inferuiunt. Et balbi ab apoplexiā sœpe in linguæ paralysin incidūt: ob madorem quo lingua nata est imbecillior, ac in hunc morbum promptior. Curatur ut paralysis : sed indicatione ductâ à loco male affecto conuenient gargarismata ex hyssopo, thymo, sinapi, nasturtio, calaminthâ, zizibere, cù oxymelite. Manu foras trahatur lingua & fricitur cum semine sinapi, & ablue decocto salviæ. Errhina prosunt ex succo anagallidis purpureæ, betæ, cuncumeris asinini, cyclaminis: adde seminis nigellæ, sinapi, nucis myristicæ, pyrethri scriptulum. Q. Horatianus etiam tandem secat lingue venam. Origanum coctum cum aquâ & aridâ sicu, atque assidue gargarisatum, facit ad linguam syderatam, inquit Marcellus. Castorei scriptulus sumatur cotidie cum balsamo. Sinapi cum mace & salviâ sacculo excipe; qui madescat oxymelite, ori immittit. Vel accipe baccarum iuniperi cōtusatum, melis, aceti, cuiusque vniā; aquæ libras duas: coque ad dimidiā, hoc ablue os. Accipe staphysagiæ, pyrethri, zinziberis, cuiusque scriptulos duos; masticis drachmam; cera semunciam: fiant pastilli parui, qui mandantur. Ratione masticis sali-

uam prouocabunt: ratione ceræ adhærebunt: & vi aliarum pituitam eduent. Aliud masticatorium: accipe castorei, nucis moscatæ, cuiusq. seſquidrachmam: cum melle fiant trochisci: vnum teneat sub linguâ. sinapi etiam saccharo incrystatum sœpe comedat. oleo castorei & laurino caput vngat. Q. Horatianus prebet hyeme ex melicrato cochlearium castorei: & hyeme theriacam. Si hæc non iuvant, ceruix vesicis viceretur. Huc etiam pertinet is affectus qui Caninus raptus à Cælio Aureliano dicitur, passio, vt ille ait, tarda. alij spasmum caninum vel cynicum, aut conuulsionem caninam vocant, vel torturam oris. Hæc passio symptoma est mutatae qualitatis: nam character & moles faciei vertitur. Hæc tamen mutata qualitas nata fuit à functione lœsâ: quæ functio hic interdum auferitur, nonnunquam verò deprauatur: deprauatur, cùm raptus hic caninus nascitur à muscularum oris conuulsione: auferitur, cùm iidem musculi tentantur paralysi. nimis in ultimo labij fine, inquit Aurelianuſ, siue oris angulo, quem Græci chalinon vocant. Nam vbiq. musculi congeneres oppositi, sunt pares magnitudine, numero, & robore, resolutio vnius, conuulsionem alterius adfert: nam resolutus à sano trahitur. Hæc ratio est, cur Aëtius definierit Caninum spasmum esse mandibularum muscularum resolutionem. Etiam hoc est quod dicebat Areteus, in canino ἀσθενῶν omnes faciei partes *ἀσθετοῦ cœuelli non magnopere visitatum est: sed ad lœuas partes dextre feruntur, & contra. Nascitur hic affectus ex nervis

PARS.
egra. neruis tertiae coniugationis (qui ex medio nascuntur cerebro) male affectis: nam hi tenum & motum adserunt supernis faciei partibus. Vel illi affliguntur nerui qui à secunda & tertia vertebrâ oriuntur, qui mandibulam mouent: orisque musculi in quæclâ sunt à solutione vel contractione. Causa est influxus humidi frigidique succi: vel apostema molle quod spine initium occupat. Signa facilia sunt: oris adest deformatio: facies, oculus, labia, ac nasus in alteram partem abeunt, non aliter ac canibus dum de escâ certant. Oculum, inquit Razes, ad quem os conuenit claudere nequit: præterea si exspirare iussus, efflabit tantum ab alterâ parte. Sed quibus symbolis partem affectam noscemos, cùm lœsa pars in otis paralyti integra videatur maximè: & quo modo interstingemus num sit actio haec depranata vel abolita? hoc est, num à paralysi vel conuulsione labore? Ægra pars turget à materia copiâ. lube rideat, vel vt o litteram proferat, vna pars immobilis persistet; vel eam conspicuò videbis contrahi ab alterâ parte, vel ab eâdem abduci. Si fuerit à paralysi, oculus claudi nequit: nec, si flauerit, bucca æquali mole turget, ægræq. mouet labra dum efflat: pars vix sentit, & saliva effluit: os in parte minus clauditur: cutis non tenditur, sed facile trahentem sequitur, superior palpebra laxior oculum tegit; inferior labitur. Si fuerit à conuulsione, pars ægra tenditur non sine duttis & dolore. palpebra inferior non æquè mergitur; oculus nudatur; pauca saliva effluit, cynici riectus more distrahit os. Pars sana suum

colorē retinet ac tractabilis est: & oculus sanæ partis melius potest tegi à palpebrâ. Ad Prognosin pergo. PRO.
GNOSIS.
Oris raptus si à resolutâ vi organorum nascatur, apoplexiae prodromos esse consuevit: si à conuulsione, epilepsia. Bonum est si à spasmo canino intumescat caput. Hæc oris deformatio si subito oriatur, curabilis est: nam non est ab exhaustu, vt in phrenitide aliisque acutis evenit. Si ultra semestre durauerit, ægrè curatur: nam durata materia iam neruis insedit. Et ab initio, ad quartum diē metus est ne repat in cerebrum, vnde mors. Iam de curatione. Sanguis luxurians emitatur, lingue veniam pertundit Paulus. Cucurbitas primis admoue vertebris cum scatificatione: prouisione habitâ de toto corpore. Facies tota fasciis dirigatur, & blandis compressionibus frictiōnibus que reducatur. Cauteria vtriq. brachio admoue. &, si reliqua non iuuant, ponè aures, si paralysis in vi-
tio est. Si inducia dentur, para decocto acori, betonicæ, origani, herbe paralysis, hyssopi, florum stœchados: cù melle vel syrupo de stœchade: & aroma assuetur nuce myristicâ. Razes commedat catapotia fœtida. Accipe pilularum fœtidarum, & co-
chiarum, cuiusque scriptulum; castorei semiscriptulum: misce. Alia:
Accipe pilularum aggregatiuarum, & sine quibus, agarici recenter trochiscati, singulorum scriptulum: cum succo saluæ fermentur pilulae septem. Cautio adsit, vt illico purges, imò ante quartum diem, si inctus apoplexiæ vel paralysis adsit. Tandem ad capitis ipsius curationem accedemus: quod fieri gargarismis,
apophleg-

4. loc. aff.
z. & De
caus mor.
7.

CYRAT-
TIO.
Cura-
re-
sua.

PHAR-
MAGIA.

Cautio.

apophlegmatismis, & erthinis. Prius tamen viemur erthinis: ne materia in partem afflictam euocemus. Sternutet etiam à puluere strutij. Masticet nucē myristicam, ac deinde eam deuoret. Vel accipe radicum pyrethri, castorei, piperis, zinziberis, singulorum seminipulum; masticis scriptulum; passularum seminiam: contunde simul, cum paucis melle rosato & cerā, fiant trochisci maniles. Vult Razes ut indies manē ante pastum ex sinapi & syrupo aceroso fiat gargatisatio. Ultimò corroboretur veraosum genus acoto & zinzibere, nuceque muscatā conditū. Razes laudat ut indies sumatur sesquidrachma confectionis anacardiae. Antidotus pantagathos apud Nicolaum. Mercurialis cum aequali pondere sacchari in retortā maceratur dies octo: exstillatur inde albūm oleum: sumat manē drachmam. His si non cedat malum, auctore Raze, recurremus ad pharmaca purgantia. Puer si affligatur, nutrix se potheriacam hauriat. Vel accipe diamosci, aromatici rosati, cuiusque semascriptulum: cum aquā buglossi detur puerō, foris etiam admoueantur quæ partes neruosas roborant. Vult Auicenna ut facies cottidie abluitur acetō sinapato: nam peruadit partes. Abluitur facies hoc decocto: Accipe majoranæ, salviæ, betonica, eiusque manipulum; seminis fennigraci vnciam; chamæmeli, stachados, centaurei minoris, singulorum semimanipulum: coque in æquis paribus aqua & vini stillatisj. & mox illinatur pars hoc vnguinej; accipe bdellij, reliqui in aquā vitali, opopanaxis, ammoniaci, singulo-

rum vnciam; medullæ cruris vituli fescunciam; axungiaæ anatis, & anseris, cuiusque vnciam; styracis calamite drachmas tres: seminis rutaæ, nucis moscatae, caryophyllorum, masicis, cuiusque scriptulos duos; olei tutæ vncias duas cum semisse, cereæ quod satis est: fiat linimentū. Aliud: accipe olei rutaæ fescunciam; castorei, sagapeni, galbani, pyrethri, singulorum scriptulum: misce, fiat vnguentum. Sribit Auicenna medicos Indos remedium ex fetis vsu compertissime valentissimum; ut ex vulpe elixa, & ex carne cervinâ. Prodest etiam oleum costinum, & sinapinum, de bdellio, de terebinthina, & facculus ex stachade, ruta, radice pyrethri: applicetur occipiti usq. ad quintam vertebram: nam vnguenta admouebis fronti, & primis vertebris, & mandibulæ inferiori. Aëtius cataplasmatum etiam meminit, vnguentorum, sinapisimi, & chapsiae. Proderit emplastrum de meliloto cum ruta, vel de pipetibus emollium cum castoreo & euphorbio: & emplastrum cheroneum. Pueri illi vnguentur oleo lilino & violato. Foueantur decocto capitum porcorum iuuenum: vel hædorum, dum sese contracta laxent: dein oleo cum resipo vngantur. De victu ita statuendum. Primis diebus sit aët obscurus. Quatuor vel septem diebus sint in ocio: dein se exerceant, Motteant os, & id componant in speculo, quod castigent eius deformitatem. & oculos speculo exerceant. Sit cibus tenuis & tenuans, si non sit ab exhaustu: nam tunc humida in usum veniant, alioquin cedat & calfaciat. Potus sit hydromel. Accipe stachados manipulum;

COTTO
BORAN-
TIA.
Intus.

Pro pue-
rī.

Foris.

Pueri.

victus.

pulum; radicum acori semunciam;
coque ex aquâ: adde mel, ut fiat
meliceratum.

CAPUT XXV.

*De CONVVLSIONE, quam Greci
Spasmum, & Celsus Distentio-
nem neruorum appellat.*

SUMMAMON Aurelianu*n*s nomi-
nat conductionem neruorum,
Celsus distentionem appellat. nam
Aurelianu*n*s tetapum vocat distentionem
neruorum; aliter ac Celsus, qui
terram rigorem vertit neruorum;
Asclepiadi*s* sectatores, extensiōnem
corporū dicunt. Atrocissimum iu-
lum, ac ferè supra humanas vires in
hoc malo calamitas, fœdus aspectus,
triste inuentibus spectaculum, tan-
taque characteris corporis mutatio,
ut vel à familiaribus non agnoscan-
tur. Nec temerè astantes votum im-
pitum, at honestum iam vouent,
ægrum vitâ ac acerbis malis defun-
gi. Et sepe præsens Medicus, in-
quit Aretæus, non quicquam opis
adferre potest. qui si membra dilig-
tere voluerit, viuentem hominem
distraxerit, discerpseritque. Differt à
spasmate spasmus: nam spasma fit,
indeq. nomen habet, quando mus-
calorum fibrae plurimūm. disten-
duntur, adeò ut nonnullæ dissum-
pantur, ac tunc à spasmate p̄vys
enascitur. Ea verò prægrandis fibra-
rum distentio euenit aut vtrò, vel à
foris. Vtrò, idque ap-
pulsi vel attractu. Appulsi, quando
exudat alicüde inutilis succus, quem
caro excipiens distenditur. Tractu
verò fit distentio, cùm vi attractice
ipsarum carium venarumque cir-
cumiacentium, fibrae muscularum

vñā cum venis repletur validissi-
mè. Foris, vt à labore, lapsu, casu, lu-
ctâ, cursu, tum si quis prægraue onus
leuare conetur. Spasmus verò est

*Quid
sit.*

motus prauus, quo instrumenta mo-
tui dicata ad suam originem citta
voluntatem trahuntur. Dixi esse mo-
tum prauum: nam etiam si motus

*DEFINI-
TIONS
explicatio.*

conuulsionis simillimus sit naturali,
qui sit muscularis ad suum caput re-
tractis: in eo tamen differunt, quod
hic motus non sit situs in nostrâ po-
testate, sed prorsus contra volunta-
tem fiat. Naturalis verò prorsus ex
nostro dependet arbitrio. Quare fa-
cit hic morbus ut *ἀσθενεία*, id est,
in iussu nostro nobis que inuitis mo-
ueantur partes illæ, quæ olim *ἀσθε-
νεῖς*, id est, nostro iusto moueban-
tur. Ut nihil aliud sit cōnulsio, quā
in iussu earum partium motus, quæ
naturaliter sponte nostrâ mouentur.
Quidam putant emprosthoronum
fieri, non aliter ac raptus nascitur
caninus, resolutis duodecim caput
attollentibus muscularis. Minimè ve-
rò: nam si quis conetur retrò caput
voluere manu, acerbissimum dolo-
rem mouebit: quod sanè non fieri
parte oppositâ resoluta. Adieci, in-
strumenta motui dicata: talia sunt
corpora neruosa, ut nerui, tendones,
musculi, ligamenta: nam, auctore
Galenô, tendo & musculus sunt pri-
ma instrumenta voluntarij motus:

*12. Vf.
part. &c. 2.
De motu
musc. &
G. Apk. 1
&. 3. De
hypoterm.
caus. 2.*

vt enim paralyticus est læsio neruo-
rum: ita conuulsionis est muscularum
contumaciorū vel ob inanitionem,

vel ob repletionem. etenim paraplegiæ

sedes est in neruo medullari:

conuulsionis verò in musculo. &

conuulsionis vis consideratur in mo-

tu in iussu: paraplegiæ verò in impo-

tentiâ

tentia mouendi. Galenus putat ventriculum non conuelli, quod sit musculi experts. quamuis alias scribat, in spasmo & musculos & nervos affligi. Quod ita accipies, malum debere musculum ferire, alioqui erit conuulsionis experts: id fit nonnunquam etiam afflito nero. Ascripsi, citra voluntatem instrumenta trahi: nam scribit Aretaeus, homines interdum non solum in arcum, sed in orbem trahi, ut caput genibus annexum habeant. Hæc de definitione: iam ad causas eamus, quas Aretaeus infinitas esse scribit. Est enim conuulsionis alia primigenia, alia secundaria. Primigenia est, in qua partes quæ conuelluntur conuulsionis causam intra se continent; idque dupli modo, modo, cum tæsi, & tensionis experiente, cum tæsi, est à repletione, vel à siccitate, cum exaruerint, ac si incendio cōflagrarent, hæc per essentiam dici potest. Audi quælo quid dicat ille Pergamenus: Spasmi eveniuntur ex repletione, vel apoplexia, ex evanescientia, ex hypercathartia, ex morte. Quare quedam conuulsiones gigantur a repletione. Et alibi dicit, ex repletione, ex hypercathartia, ex morte, ex dia phlegmone, ex repletione, ex dia sanguinis, ex morte, a repletione, ex morte, ex morte. Discriminat eas quæ ex morte, ab his, quæ à repletione vel inanitione enatae fuerint. a repletione sunt illæ conuulsiones quæ nascentur à tenui ac rique materia irrepente in os ventriculi: vel à potu frigidæ, à cræpalâ, ab vtero, à diaphragmatis phlegmone, cum evanescent maxima, à remedii malignis, à valido frigore: à venenata aurâ, hæc per consensum vocari potest;

quo cerebrum vel spina in contagiū abripitur. Secundaria conuulsionis est, qua fit ex euentu, & consistit ē tæsi: cum in opposito situ earundem partium, musculi sunt congeneres magnitudine, robore, & numero æquales. nam ibi resolutio vinis loci, conuulsionem facit alterius; quemadmodum scripsimus De oris raptu. Quæ sit ab inanitione conuulsionis, fit à partibus motui voluntario dicatis; à quibus non alimentalis humiditas exhaustitur, ut quidam putant nos putare, sed ingenita. Non tamen hæc inuadere solet implicitos febri hecticæ, quæ alioqui validè corpora attenuare solet; quod ab hac febre pedetentim exhaustio fiat, quodque æquali se filo fundat ariditas toto corpore: ita non confertim in squalore abripuntur nervi. At à febre malignâ & magnâ, quæ subito exhaustit nervos & carnes, & à phrenitide & causo, hæc squaloris calamitas importari solet, cum nervi inde subito arescant, ac tendantur. Quin hypercatharties, maximè effusæ per loca nervosa, id agunt: vt pœcylæ, Interdum ignis vi vaste partes exsuccantur: & nonnunquam perennibus vigiliis exarescent. Frequentius tamen eueniunt spasmi à repletione, & hi sunt, vel phlegmones expertes, vel huic consociati, consociantur huic, cum motui dicatae partis initium phlegmone tentatur. nam, ni tæsi adfuerit, conuulsion ex repletione non fieri. Quia huius talis conuulsionis causa ferè est vulner, ictus, lapsus, vel casus, aut dolor: hæc sanguinem prolestant. Quæ ex vulnera fit conuulsion totius corporis, ea per contagionem enascitur,

C A V-
S A E.2. Sympt.
caus. 2.
& 1.
Method.
vis.Ab ina-
nitio
causa cui
tæsi.f. Apb. 1
C. 39. C
12. Me-
thod. 6.A reple-
tionis
causa
tæsi.cōphleg-
mone.

enascitur, & non à repletione. Ita principio neruorum spinalium phlegmone tentato, consensu reliqui trahuntur nerui: attamen quamvis pars inflammata fuerit repleta & tensa, non tamen tota corporis & economia replebitur aut tēdetur. Quare phlegmone cùm auctor est conuulsionis totius corporis, illa sanè conuulsionis totius non erit à repletione: quamvis pars conuulsione quæ est ex repletione affligatur. Quin ab orgasmō concita materia se in neruosam effundere partem potest; eamque in phlegmonem ac conuulsionem abripere, non sine tensione. Attamen sēpe conuellūtur partes nullā phlegmone oblitæ, sed à materiae incursum hoc illis euenerit. Sed qualis hæc materia? vnica hæc est pituita crassa & viscida. Excludimus tamen pituitam gypsam, vt etiam melancholiam (à quâ raro nascitur) quod subite nequeant neruos: argumento sunt podagri, nam hi spasmodi non fiunt. Sed cur maximè à pituitâ sit? quia nerui succo pituitescente maximè nutriuntur. & propterea pueri edaces huic malo sunt obnoxij, quod luxuriet in his pituita. Nec bilem agnoscit, nisi ea conuulsione quæ obovertitur per consensum: cùm acrimonia bilis lacerasti nerui se contrahuant: sed illos tendere repletione néquid. Hæc enim bilis tantâ copiâ colligi néquid. (ob sui acrimoniā) quâ parte in neruosam repleat & tendat. Quarto hæc conuulsionis non fiet ex repletione. Nec etiam ~~conuulsionis~~ ~~neruorum~~, nam in hoc vix hora durabilis dolor: & sola frictione mitescit. Hic sēpe digitos pedum ac manuum, & crura affligit tensione vel contra-

ctione. cratalæ ac ocio familiare mālum. Quicquid secundum est in pituitam, id conuulsioni materiam præstat, vt ea copia vini, quæ mutigari néquid: & validum frigus, pituitæ auctor, intempestiuus frigidæ potus. Scribit Hippocrates elieborum spasmum accersere interdum. & Melue addit, cùm pharmacum mouet, nec tamen promouet materiam pituitosam. Sed dices, & paralysis à pituitâ nascitur. Responde: materiam conuulsificam ^{4. De Aut. 27.} neruosis quidem partibus infundi, sed non ita pernasit vt paralyticis euenerit sollet. Cur igitur Razes validius frictiōnibus incumbit cùm conuulsionis in vitio est, quām ubi resolutio in quærela est? Hoc agit ob materiae morbisicæ crassitię. Haec tenus de causis illius conuulsionis qnam τὸν τάσιν sociam habere assennimus, quacumque ratione euenerit, replendo, vel exhaustiendo. Iam de causis earum, quae sunt tensionis expertes. Talis conuulsionis dicitur vulgo non proportionata ad materiam; quod nulla adsit cognatio inter afflictam partem & morbificam causam, quum nulla adsit tensio. Etenim conuulsionis σύνταξις perpetuò <sup>Causa cō-
tensionis
tensionis
expertis.</sup> id est <sup>Duplex.
Per insipidam
thiam a
vapore.</sup> agnoscat: at hæc quæ est tensionis experts, utroque modo affligit, tum peculiari vitio, tum contagione. vitio peculiari euenerit à materia, vel à qualitate. hæc materia erit vapor calidus, vt sit in febribus, cùm illi partes neruosas friciunt: vel is vapor frigidus erit & flatulentus. quidam apud Paulum ^{3. Lib. 20} dicebat, tetani eiusque specierum causam esse repletionem musculorum, ex spiritu & aëre crasso ac nebuloso, dicitque ægrum frigidum admodum

admodum esse & congelatum, & propterea ægrè mobilem: ynde non siccæ his fomenta, sed potius humida conuenire. quare in canitate à flatibus repletur musculus, non substantia nervi & carnis imisculose: erit ergo hæc à flatibus conuulsio citra tensionem. Nec solū hæc conuulsio à vapotibus nascitur, verùm etiā à materiâ acri, mordaci, & tenui, neruosque rodente: qualis erat in illo iuuene de quo scribit Galenus.

A materia acri.

A qualitate.

5. Aph. 1.

5. Aph. 1.

Qualitas si auctor conuulsionis fuerit, hæc erit venenosa, aut veneni expers. Venenosa ortum ducit ex propinato veneno, ut elleboro ex albo. Si veneni expers fuerit, maximè frigoris vi hæc calamitas importatur; ut ex opio, potu frigidæ. Auctor huius sententiae est Aretæus, qui scribit, frigus acerrimum maximè horum vitiorum ferax esse. à sanguine etiam rigente vi stricti frigoris in venis, à quo contagione quadam nervi affliguntur. Sed quamnam conuulsionis ideam frigus adfert? germinati; vel concrescunt frigore succi, at rigidâ quadam tensione fatigant neruos, eoque sit, ut difflatione fraudati nervi, ab impletis succistendantur. hanc ideam conuulsionis appellat Anicenna a siecitate natam: quod siat congelationis quadam imagine: siccitatē dico, enata non à frigore exprimente humidum, sed id congelante. At si sola refrigeratio ~~ad~~ conuulsionem attulerit, illa ~~ad~~ ~~erit~~ erit. Nunquam conuulsio quæ est ab inanitione, frigus auctorem agnoscit: etenim vita rictante, tanta strictio partium inde oboriri nequit. Hactenus de conuulsione ~~ad~~ ~~erit~~, quæ sit per idiopathiā: iam de hac quæ per sym-

pathiam. Talis conuulsio cadit in eos qui vomunt ætuginem, ab elleborismo, à ferocitate bilis in orificio alui, quod est acerrimi sensus, ac cerebro ~~et~~ ~~et~~, quia est ~~volvendus~~. Ita spinales nervi etiam affliguntur. & potissimum ab utero hæc mala. Scribit Ægineta, multos à lumbricis ^{4. Lib. 57} neglectis conuulsos interisse: nam ab his abripitur in consensum stomachus. Quin tracto in contagionem cerebro, conuulsio fit à mortu vel ictu virulento neruosæ partis. Ita à seminis humani fœditate, vel vilesris putidâ prauitate, aut virulentæ aurae ex parte aliquâ afflatu. Sed dices Hippocrates tantum meminit duarum conuulsivarum causarum, nimirum copiæ, & inopite succorum. Ita est, sed agit de his solùm, quæ cum tensione eueniunt, tanquam ~~zonalis~~. Aretæus auctor est à vehementi ceruicis ictu conuulsionem inferri: & Aurelianus percutitu majorum nervorum, quos tenontas appellant: sèpius tamen, inquit, à vulnerato nervo vel musculo: & à vino, his vulneribus manebibus poto. Hæc de causis, sed ut memorie consulamus, breviter differentias huius acerbissimi mali unde sumantur dicamus. A loco affecto variz: ideiæ conuulsionem nascuntur: Si non tantum brachiorum, manus, aut tribra conuellantur, sed etiam faciei musculi, labram alterum oculum, alterum gena, celebrum erit affectum. nam tunc totum afflictur corpus, cerebrum primus laborat. hoc raro eueniit; plerumque est in parte, ut oculo, cute frontis, lingue radice, maxillâ, labris, brachio, manu, cruce. Sed grauissima euenit ceruici.

*DISTRA
REN-
TIAS.*

Cum cer-

Cū ceteris vel corporis inflecti nequit, sed recta tenditur, id *τέτταρον* appellant: quum mentum pectori iungit, *καπνόδοντος* vocatur: cū verò caput committitur scapulis, *διπλότον* dicitur. Aurelianus primum raptum; atque supinum appellat, & raptum posterganeum. Cornelius Celsus,

Marcellus medicus, & Plinius tetanum, rigorem appellant, quod rigida permaneant corpora tensa. Tonos enim, ait Aretaeus, nervorum tensionisque vocabulum est. A causa efficiente varia species ducuntur. Hoc modo:

calore, ut à phrenitide.

inanitione { *enacuatione.*
à *siccitate ab* { *vigiliae.*
causo. { *vñtionibus.*

Cum ten-

sionē ab { *cū inflam-*
à *matione à* { *puncturā.*
repletione { *vulnerē.*
à *internā causā.*

phlegmo-
nes expers, { *crasia & frigidā* { *pituitā.*
à *materiā* { *melancholia.*

materiā { *corpulentā, que est*
à *acris & tenuis,*
vapida, eaq̄ calida vel frigida, ve-
flatus.

idiopathiā, { *opio.*
à *decompositione* { *potū frigidū.*
venenī ex { *sanguine veluti stricto.*
qualitate { *perī ab*

venenosā.

sympathia, cū partes { *acri humore.*
neruosum genus in con- { *os ventrī.*
sensu abripunt, & { *pharmacō vehementi.*
omnium maximē { *cili, ab* { *elleboro.*
Vel si nervosa pars virulento morsu aut idu tentatur. { *vermibus.*

STIGMA
differen-
tiarum.

Hec passio non ita citè finitur, vt epilepsia; nec sensu ægri exiuntur. Contagio non nocet hoc malum; estque acutum. A repletione subito adoritur. Sepe solemnis euacuationis suppressio antecedit, vt si repente vixna sistatur, vel exercitij neglectus

Num à
replectio-
ne.

P 3 dum pe-

dum peculiares succos prolectantia, eos in flatus vertunt, ac musculos distendunt. Quin interdum, pharmacorum vi, succi funduntur in radicibus neruorum, qui non raro ludunt scientissimos medicos. quare ad ea oculos verte quæ euenerit æstro. Conuulsio ab exhausto nunquam incidit, nisi signum aliquod valentissimum ac deterrium accederit: qualia in phrenite exortiuntur. Est enim talis planè funesta, ac desperatæ salutis; qualem agnoscimus in stridore dentium à delirio, in oculorū fixo intuitu, vago motu, quando hac illuc voluuntur illæsi; peruersione oris, singultu; manuum subsaltu. non sit ab ineunte statim morbo: nam ante declinantem morbum non exhaustus æger. An vero pituita vel melacholia in causâ sint, cuiusq. succi symbola id narrabunt. Hæ iam dictæ spasimi ideae acerbissimos dolores pariunt, non sine atrocitate: nam tensio valida, nervos in his fatigat. Si citra tensionem fuerit conuulsio, & ex idiopathiâ, nulla alia pars in quietelâ erit præter conuulsam. Quæ nata est ex vapore calido, non sine febre biliosâ infertur facile: inde ergo innoteſcat. Quodsi causam agnoscat flatulentam: eius symbola quedam edentur. Cum à pharmaco inducta est conuulsio, id narrabit ipse æger. Quæ oriuntur à consensu, facile solunntur. A ventriculo si fuerit, accederit nausea, acies fætidique roctus, cordis dolor, iæstatio: à vomito, liberatio. Si ab utero; ibi dolor erit, pubes tendetur, flatus aderint, solemnis menstrua evacuatio supprimitur, inde capitis dolor, delitium. Vermes suis signis

*Nam ab
conuulso.*

*Ceterarū
causarum
de gnoſto.*

sese prodent. Sed obserua num immobile pars sit articulorū ossium q. vitio, à callo vel illapso humore: tunc nec à febre, nec repente incidit. & vide num antè luxata pars, minimè recte fuerit curata. Deprehensa mali natura, videamus quibus contrariis remediis abigi possit. Si à repletione conuulsio enata fuerit, & si tensio adsit, loquetur ipsa res laxandum esse: quo modo? quia à repletione, hanc abscondendo. Sin ab exhausto adsit conuulsio, insuccandi nascetur indicatio. Cùr à phrenite inferatur conuulsio, ni phrenitis abigatur, haut cedet spasmus. Si à vigiliis, his consulendum. Phlegmone si auctor mali fuerit, illi occurrēdum. Quodsi ab incurso succi pituitosi, vel melancholici incubuerit hæc calamitas conuulsifica, euacuandum erit & calcificandum: nam non sine frigore pars repleta fuit ab his succis. Flatus cùm in viō sunt, discutiantur. Veneni dira vis si in suspicionem venit, dometur, si frigus, incalescat. Sanguis strictione ubi causa mali, fundatur, ac euacuetur. A consensu cùm pars contrahitur: fons mali extinguatur. Hæc agenda, si spes salutis aliqua appareat, sed ne quid temere, rimemur signa prognostica. Acutum malum, & quod brevi interimit, idque non ratione materiae, quæ crassa est, sed ratione vehementis doloris, qui maximè vites prosternit. Et quod plures partes trahuntur, & maximè cerebro vicinæ, vel in pectore, gulâ, stomacho si fuerint, eò periculo maiori tenentur: maximè si ex idiopathiâ laborant. Teianus gravissima pericula adferre solet. Hippocrates die quarto scripsit homines à

INDICA
TIONES
CURA
TIVAS.

PRO
GNOSES.

mines à tetano extingui. cùm enim cuncti in eo musculi tendantur, id diu perferre corpus nequit: quare vel ad salutem, vel ad mortem abit. Et Aretaeus scripsit, tetanos maxillarum (siagonitas musculos vocat Aurelianus) doloris immanitate non facile placabiles esse: at sepe calamitosos. Quin etiam conuulsio muscularum mouentium pinnas narium lethalis est: imò illi cymbam Charronis premunt in morbis acutis. Ab inanitione quia calamitosa est conuulsio, propterea omnis conuulsio in phreniticis est lethalis. Phreniticis bilem, vomentibus, & inde conuulsis, calamitas in procinto est: nam talis conuulsio violentæ ac malignæ febris est propria; & talis vomitus accidit sympathiâ cerebri. Nam nata in cerebro bilis, illuc demissa, exitum per os habet. Idem vsu venit illis qui purgâtur elleborismo, quod ipsis cholericis quibus eueniunt *σωσσονται*: potissimum verd in muscularis qui tibiarum suras cōstituunt. Nam violentia pharmaci attrahentis, & succum nervorum exhaustientis, non est *αδωματος* ex ea cacopathiâ spasnum incidere. Talis autem conuulsio mortiferè habet ægrum; qui seruari nequit ab exhausto conuulsus. tum autem doloris scuissima *Quotidie*, & vna vires citò exolutus, & citam mortem adducit. Conclamatum est ac penè de vitâ actû, cùm violentia medicamenti sanguinem exprimere non desistit: *Σπασμες γιο οξειας ελλεβορου διαρηγος. quasi dicat, non qui excitatur ab acredine ellebori, sed ab hypercatharsi. propterea addidit ιξ, quæ particula significat vacuitatem rei, quæ in questionem cadit. Nam

quæ conuulsio incidit ab acredine ellebori, vel à materiâ acti attractâ ab elleboro ad ventriculum, est fâabilis. Sed omnis ab inanitione conuulsio mortifera est atque functa, collapsis naturæ præsidiis ab exhausto partium solidarum, quarum quidem virtus est ipsa natura: accedit & trium principiorum *εκλυσε*, facultatumque non solùm in officio laborantium infirmitas, sed etiam priuatio, vnde cito mors venit. Veturum quæ à pharmaciâ citra exhaustū, flatibus, aut agitatione enata fuit conuulsio, non est calamitosa: nam repletionis soboles est. Nam conuulsio à repletione solui potest, etiamsi non fuerit phlegmones expers: modò illa phlegmone neruos non exhaustat, verum replete. Plerumque tamè funestæ conuulsiones *σωματων*, & hypercatharticos, & cùm exaruerit nerui à febre tanquam ab igne, quæ inde conuulsiones veniunt, omnes illæ morte denunciant, & ipsam celerius opinionem adferunt: est enim *αδωματος*. Ut in fractura calcis: in vulnere muscularum quæ parte nerui *ιμπτουνται*, aut iidem *εκφύγουν*, si nullus tumor assurgat aut euanescat parte posticâ corporis. Tum ab hemorrhagiâ quæ cietur à vulnere; quando exhaustæ venæ succum è neruis attrahunt, ipsosqne faciunt rigidos ab exhausto. Nam attrahendi potentia, venæ carnes ipsas præcedunt. Et in pertusâ caluariâ, si exitus ichori negetur, qui ad menyngem descendit, sed inde ad neruos transmittitur: conuulsionem mouebit cum phlegmone, tum è directo, tum è diverso partis pertusæ: ut eius ichoris excursus est siue *χριζη*, siue *διάταλη*:

avortia. sicut Hippocrates annotavit in Autonomo, & pedis sequâ Omissâ. Prima muliebris menstrualis; vel statim à conuulsione oborta de more purgatio menstruorum (sine febre phlegmone sôbole) conuulsionis finem adfert. Addo Aphoristicae quasdam prognoses. Est bona mutatio conuulsionis in concussione: nec contra, quia triumphata natura iam triumphare incipit: & quæ dominati cause morbificæ te-nebatur, imm' erecta, causa ipsius potens est. Tertiæ prestat conuulsionem superuenire paralysi, quâm paralysin conuulsioni. Nam epilepsia sperabilem adhuc salutē ostendit in apoplexiâ, quæ superueniens epilepsie, citâ morte funesta est. Et ab animi perturbatione oborti morbi grauiores cerebri, ægrè cu-rantur: nam non sine magnâ subla-tente causâ nascuntur. Phlegmone quæ est expers, redintegrationem na-turæ concedit. Quæ fit à flatu, facile excutitur. Hinc est quod quæ per febres nascuntur, facile sedentur: cùm febres vapores neruos ferunt: vel humoris diffusione sape mu-culi conuelluntur, vt & pueris cue-nire solet. nam conuulsion febri finem imponere solet, si incidat eodem die. Alioqui in febre terrifica est: quia semper metum adfert sinistri iudi-cij: sed tamen non semper desperata. Nam & puerorum conuulsion formi-dabilis est, quamvis non raro pueri conuulsionis periculo defungantur: quod ea sequatur potius naturam suscipientis causæ (id est: puerilem neruorum infirmitatem) quâm effi-cientis; id est, febris ipsius, & mali-gnæ cacoehymiae. Ergo vt pueri faci-

Pueri.

lè trahuntur in omne genus spasmis; ita facilè defunguntur spasmis mo-lestiis. Et post leptennium puer in conuulsionem à febre non trahitur, nisi hæc maligna fuerit. Maximè per febres conuulsionibus implicantur pueri, quibus diu stricta aluus, vigiliis & terroribus obnoxij sunt in ca-cochymia. Aristoteles, lctibit plenilunio magis infestati pueros spasmis. Idem etiam asserit, à dorso inuadentem conuulsionem pueris calamito-sam euuenire: ob summam doloris vim. Quin pueri iam æditi, ante se-ptimum diem si conuellantur, cala-mitosum. Febrem in spasmum ve-nientem salutarem ait Hippocrates: spasmum autem in febrem, perni-ciosam. Sed Theodorus Priscianus asserit raro cum febre euuenire: si superuenierit, dicit, eius causam soluit. Sed si conuulsionis superueniat, semper vita, ait, periculum minatur. Attamen Hippocrates, in Coacis, inquit, Conuulsion adfert febris va-cationem, quæ aut eodem febris die, aut postridie incidit, translata nim-i-tum materiâ intus foras, à venis ad musculos; non ad neruos cervicales, lumbales, dorsales, vnde delirium. Dicit eodem die: vt nulla sit suspicio siccitatis. Adfert finem sudore, hæ-morrhagiâ, vel copiosa sanguinis de-tractione. nam, vt alibi ait, hæmor-thagia vi suppressa, conuulsionem facit; phlebotomia exolut. Cùm à materiâ pituitescente vel melancho-lescente nascitur, nisi copiâ suâ ni-mum luxuriarit, redintegrari po-test. A mero veneno oborta conuulsion, mortifera est: nam veneni vis infracta indomitâque perseverat: quâre non tam ratione conuulsionis,

quâm

*Febris in**Spasmum.**Hister.**animal.**12.*

quām veneni homo abripitur. Sin non purum putumq. vēnenum fuerit, calamitosum, at non omnino mortiferum: nam ægrē expugnatur: vt ab elleboro albo: sed si fuerit ex inanitione, lethale. Periculosa est ab opio; non æquē quæ à potu frigidæ. A sanguinis consociatione strīcta, non tantum periculi gerit: fuso enim sanguine, homo ad se redit. In hysteris conuulsiones sine febre, faciles sunt, vt Dorcadi contigit. Ibi Galenus in Commentario dicit, In magnâ vteri phlegmone, conuulsiones interdum eueniunt; sed cùm dicit Hippocrates ἀτύπως, ab his eas separauit: ham cū febre periculosæ sunt. Etenim arduam phlegmonem denunciant: at hæc ab vtero inflammatio, est lethalis. Quæ verò citra febrem & vteri phlegmonem incubuit, euacuato vtero euanescent. Hoc voluit Aretæus, cùm scribit, mulieres frequentius hoc malo corripi: sed minus mori: nam dicit, humidæ sunt. Et senes, inquit, maximè hoc malo vexantur, & ex eâ intereunt, ob senectæ frigus & ariditatē. Si pectus & spiritus morbus occupauit, facile è vitâ migrant. Ex punctis musculorum tendinibus & nervis plerumq. funestus est spasmus: nam à vulnere cōuulsio lethalis. Sed in sanabili quid agendum? Sententia est Aretæi, siue à refrigeratione, sine manifestâ causâ inuaserit, siue ex vulnere, siue ex abortu, venam in cubito rescindendam esse. Cautio adsit, vt laxior sit compressio vinculorum in brachio. Cælius Aurelianus ad vim conuulsificam collineans, Si vehemēs fuerit dolor, inquit, dimissionis tempore, & ante tertiam diem admonescimus

phlebotomiam. Theodorus etiam Priscianus id primis diebus agit. Quare dum focū suum sanguinem agnoscit, semper phlebotomie studendum: maximè si ex tetano laborarit, phlegmone aut vulnere. Quā copiā? sit ea extra lipothymiam & citra frigus extremorum: nam illico inedia & doloris vi titubabunt vires. frequentia sectionis arceat periculum quod à confertim factâ evacuatione metuitur. Tandē, progresso morbo, sublato omnis irruentis materia meū, mediis musculis imponatur cucurbita, scarificatâ carne: à finibus verò, hoc est, musculorum tendonibus abstine. Admonet Aurelianus, vt primū locus foueat decocto fœnugræci, seminis lini, hibisci: vt laxentur nerui, & lentescens humor fundatur. & cataplasmata probat. Ita & Aretæus ab epiplasmatum vsu ait cucurbitas, cum scarificatione semper, imponendas. Sed, inquit, parcè flamma excitetur: nam quæ à labris encurbitæ fit circumpreßio, doloris conuulsionis que auctor esse solet: sed diuinius & molliius trahant. Quæ partes scarificatione ferientur? ore oculisve conuulsis, occipitio primisque vertebris affigendas suadet Aëtius. Brachiis aut manibus contractis, ei quod humeri articulo subiectum est verticulo, & etiam septimo. At postremo verticulo, si crura fuerint contracta. Si, quod chirurgi aliquando fit, scalpello pro venâ nervum icetit chirurgus, sedetur dolor, & sanies eliciatur, immittatur vulneri terebinthinæ oleum cum aquâ vitæ: & impone emplastrū diachalytheos. Si fuerit ex iictu venenato Afr. ferarū, vincula membro iniiciantur: illa. vel ner-

vel nervus præscindatur: vel cucurbita affigatur, partique eschara inducatur: & theriaca applicetur: bibatque theriacam ex decocto ruta, pentaphylii, scabiosæ, melissæ, pimpinellæ, gentianæ. Puerorum membra conuulsa blandè manibus dirigantur & vngantur. Cum à flatibus nascitur, proderunt frictiones pandis factæ calidis. Sudores, inquit Paulus, lanis oleo imbutis excipere, ac abstergere oportet, ne nobis clam refrigerent. A phlegmone nata conuulso sedatur, abactâ phlegmone. Sed phlegmone expers si malum fuerit, quæ laxatis nervis huic remedia debentur, auctore Raze. Sed cum acumen morbi præparantia remedia non admittit, ad purgantia ilico eundum. Alioqui illa eadem sunt, quæ capite De paralysi descripsimus. & syrpus de agrimoniam hinc commendatur. Hoc vtendum si inducias dederit malum. vt & melle rosato, syrupo acetoso simplici, de duabus radicibus, de bysantiis, de stœchade oxymelite, capillorum veneris, de betonicâ: cum decocto præfisi. Hoc modo ducatur curatio: primò iniiciatur clyster mollis, non purgans: accipe radicum althææ vncias, seminis lini, fænigræci, maluæ, singulas semuncias: coque ex iure carnis, vel aquâ: adde olei communis, vel chamæmelini vncias quatuor. Dein seca venam, si plethora iungatur; partuâ copiâ, & repetitis vicibus. Deinde, si morbi acumen id admittit, præpara crassam materiam. Aquæ iunge octauam partem melis: coque ad despumationem: adde origanum. Dein vacua pilulis coeciis, aureis, fætidis, pilulis de agarico,

*A flatu.**A materia crassa.**Præparatio.**Curandi brevia ratione.*

cum trochiscis alhandel; electario Indo maiori, semper iunge quid ca-storeit: dein (vt hic seriem subindicem curandi) Topica sint calida & mollientia: vt oleum lini, butyrum recens, vnguentum refectionium, vel tale, Accipe semenis althææ, & mucceginis eiusdem, & maluæ, extractæ decocto herbae paralysis: adipis anatis vel humani quod satis sit: fiat linimentum. Bombacis semenis mucceago etiam probatur. Balnea ineat; mox vngatur. Tetani peculiarem curationem breuiter prosequitur Oribasius ex Philumeno, noni libri decimo-septimo. Sed ad purgantia redeo. Para succos ex decocto hyssopi, centauri minoris, chamæphythios, cum cinnamono, caryophyllis, & schœnanthro. Commendatur mel rosatum solutum. & pilulae cocciæ vel fætidæ cum castoreo, & pilulae de beniouino Rondeletij. Accipe chamæphythin, betonicam, stœchadem, rosmarinum, maioranam, hyssopum: adde agaricum, turbith, nucem myristicam: ex aquâ coquantur: adde mel in fine coctionis. laudat Aretæus vt hiera cum mulsâ & oleo sedi iniiciatur. Aurelianus calidum oleum iniicit, vel decoctum fænigræci, aut radicum agrestis maluæ. Theodorus Priscianus commédat clysteres simpliciores. Heraclides Tarentinus etiâ clysmis utebatur. Praxagoras vomitum præscripsit: sed hoc damnat Aurelianus: nō os aperite nequeunt. si tamen sit à materia biliosa effusa in ventriculum, erit vomendum. nec tamen semper eorum os combinatur. Diocles mictoria remedia dabat (quæ etiam laudat Priscianus) & deducentia ventrem. & pueris dabat passum

passum aquatum. Commodè p̄betur diaturbith cum rhabarbaro; agaricum; diaphœnicum; pilulae cocciæ cum castoreo. Accipe cassia reçeter extractæ vnciam; terebinthinæ claræ semunciam; nucis myristicæ scriptulum. Hippocrates, testante etiam Cælio, ad elleborum nigrum venit, cum pipere & lacte asinino; quidam etiam pilulas de euphorbio exhibent. Cùm fuerit iam corpus purgatum totum, ad peculiarem capitum euacuationem veniemus. Masticet pyrethri radices cum castoreo; macerem, acorum; zinziber conditum, masticem. maximè si tetanus afflixerit. Fiant & gargarismata, ex decocto hyssopi, pulegij, origani, ruta; raphani, pœoniæ, iridis: cum oxymelite scillitico. Erit hinc etiam fiant ex ciclamini sanguco & ireos, decocto pyrethri, origani, stœchados, agarici, nigellæ. Odore etiam nigellæ vim hauriant, sternutent. Deinde ad ea quæ partibus foris admouentur devueniemus. Hac fiant calida & laxantia, ut aperiantur pori, vtque elabatur materia; & discutientia, nam materia crassa est: & dolorē leniane, vacuando actes succos & status, refaciendo, temperando, & coquendo ad æqualitatem reducendo: nam calor dolorem lēhit, ut ait Hippocrates, ubi ita scribit, τὸ διάφορον τὸ συντελέαν τὸ παραγόντεαν. hoc est, illa mitigat, siue ab exhausto, siue ab inanitione fuerint. Sint ergo calida, nam & pars obsessa, & materia morbifica frigent, stupetque animalis vis. Et, dum dolor virget, ab emollientibus erit auspicandum, qualia sunt acopa & modice calida. Propterea Aurelianus cataplasma ex semine lini & olibano.

fenugræci toti spinæ imponit. Alij catulos viuos admouent, aut pulmones viventium animalium. Ita fotus ex tepido hydrello. Ita & cetera moderato ac suavi benignoque calore prædicta, naturæ nostræ consenteant. Per interualla tamen fiat ad motio: nam horum assiduus vius effeminat. Hic vsum habent oleum lilinum, chamælinum, lumbricorum, butyrum cum croco, cæsus, vnguentum resumptiuum cumi propoli. Deinde oleum ruta &c. cum axangiis, castoreo, myrrâ, croco, aquâ vitæ, ammoniaco, galbano, pipere, euphorbio, oleo sulphuris, balsamis. Accipe felem pinguem, vel catellum aut vulpem; excoria, & ab intestinis libera; infarcias radicibus lilinis, nam molliant ac digerunt: harum igitur vncias duas contunde cum melle, ad formam cataplasmatis: adde radicum ireos semunciam; herbea paralysis, maioranæ, betonicae, salviae, cuiusque pugillum; seminis althææ semunciam; foliorum lauri, baccharis iuniperi, radicum angelicae, florum, meliloti, chamælii, salviae, cuiusque pugillum; castorei semunciam: leniter cuncta contundantur: & deinde misce cum oleo lilio & de castoreo: & ventris hanc bestiarum insuantur. Deinde lente asfletur id animal caryophyllis confixum, irrigetur autem aquâ vitæ & butyro. Pinguedo quo distillat custodiatur. Cum nihil amplius dimanat pinguedinis, tunc coquatur bestia hæc ad tabum usque: quaque supernat pinguedo, etiam seruetur. Tandem exprimatur caro, & ossa frangantur, & medulla eximatur. Vel, Accipe vnguenti Martiati vel Agrippæ,

Agrippæ, olei laurini, cuiusq. fescunciam; galbani, opopanacis, singulorum scriptulum; castorei semidrachmā: misce. Aliud: accipe rorismarini, lauendulae, cuiusq. semimanipulum; castorei, seminis rutæ, cinnamomi, caryophyllorum, cuiusque drachmas binas: affunde olei rutæ & lumbicorum, & vini copiam lex vnciatum: coque ad dimidias. Accipe bubulum, vitulinum, vel hædinum tenem calidum cum totâ pinguedine: admoue hunc principio conuulsionis: detineatur dum exarescat, vel dum fœteat: hoc tunc reiecto, nouus imponatur. Accipe olei de angelica (nam aperit, attenuat, discutit) olei lumbicorum, terebinthinæ, cuiusq. fescunciam; adipis humanæ vnciam; styracis semūciam: liquefiant. Aliud: accipe oleum lilium cum oleo terebinthinæ, cui misce ossium humenorū oleum, vel medullam ossis pernae. Aliud, adeps humana accipiat vim saluiæ, lauri, stœchados: hoc est, bulliant in balneo matis: inde fiat hapsus cum lanis succidis. Cuimq. vncia fuit pars, tegatur pelle felis iam iam excoriatae. Comendat Theodorus Priscianus adipem leonū cum galbano. Nos accipimus oleum vulpinū, cum balsamo de galbano. Pinguedo etiam taxi & vulpis cum galbaneto mirum est quantum solatij adferat, si post balneum illinatur. Cautione opus est, ne ea quæ foris admouentur onere molestiam adferat: nec cerâ eorum etiam vis tardetur. Sacculi fabricentur ex sale, furfure, milio. Aurelianus hapsos ex oleo cuncta inuoluit: vel fouchacco ex tortido semine lini. Balnea arte facta, in eunte morbo, maximè

prosunt, ex radicibus althææ, liliis, ires, betonicâ, lauendula, lauro, maluâ, acantho, geranio magno, foliis maluæ, hyperico, rutâ, calaminthâ, cœlipo, origano, iberide, radicibus cucumeris agrestis, narcissi; semine lini, fœnugræci, anethi; floribus chamæmeli, meliloti, sambuci, rorismarini: orobo adde intestina veruecis, felem vel catellam: & affunde olei libras quattuor. Si non fuerint indurati nerui, adde absinthium, chamæpityn, saluiam, origanum. Si verò in antiquato malo, potius emollitioni, quam exhaustioni studeñdum, addes caput v̄cucis, vulpem, vel felem. Iunge tamen vna exhaustientia, vt chamaepityn, stœchaden, betonicam, absinthium, abrotanum, arthemisiam, matricariam, radices eboli, herbam & radicem glycyrrhizæ. Mox vnge oleo lilio, lumbicotum, amygdalino, oleo florum narcissi, & de cheruâ cum medullis. tandem iunge oleum ex croco, & ex bdellio, cum pinguedine cati, & castoreo. Si cum frigore adsit duricies valida, iunge vnguentum de altheâ, & emplastrum de meliloto cum oleo lini. Illud obseruandum, nos magnam proponere interdum supellec̄tilem herbarum, cæterorumq. simplicium remediorum, non vt quis cuncta illa, quod male hodie fit, in inertem massam consociet, sed vt vno, duobus, tribus, quæ ad manus optimis erunt, velex naturâ ægrorum medicinam, recte instituat: nam modò hæ, modò illæ herbe flarent, ac integrâ vi vegetant; modò hæ, modò illa partes (vt cæteras indicationes omittant) his aut illis herbis, succisive felicius recreantur, redeo.

Centio.

Balnea.

Obseru.
dum.

tur. redeo. Balnea quæ in auxilium spasimi ex repletione scribuntur, sunt actu calida; nam qui ab exhausto fatigant, tepida postulant. Ita Aëtius conuulsis illis, oleum calidum; his, Auicenna tepidum præscripsere. Argillam include sacculo, cum alumine, sale, nitro, sulphure: hunc aquæ iniice, & coque cum maluâ, althæâ, majoranâ, hyssopo, pulegio, anetho. Felem coque cum chamæmelo, & anetho, fiat balneum. Laconico postea vtemur, quo iam emollita materia exhauiatur, vinoso vapore ex molati lapide effuso: sed primum illinatur adipe taxi. Nonus medicus iubet ut bis die oleo immergatur. Sed tamen si fractiores fuerint vires, præstabit Irrigationes adhibere ex hydrelæo & decocto foenugræci. vel non ultra quadrantem horæ hæreat ob virium labefactionem. Si fuerit æger succi plenus, & ulceris expers, astate floridâ, & si æstas fuerit, immersi poterit aquæ frigidæ, ac illico extrahi, quò calidum natuum efficiat. A balneo illinatur oleo lumbricorum, vel lilino, aut chamæmeli, cum axungia taxi: vel oleo anethino cum oleo catellorum, adde vnguentum de althæâ, medullam vituli, cum castoreo, & aquâ vitæ. Si riget membrum, inuoluatur omento ouillo, vel cæsipo, aut è canæ detractæ pelli. Si adsit dolor clamorosus, olei libris duabus incoque folia malue, violarum, & lumbricos terræ, & semen foenugræci, tere, adde crocum, fiat cataplasma, calidè admoueatur. Iubet Cælius Aurelianus ut, cùm cataplasma admouetur sanguinibus musculis, e tempore oleum calidum ore continetur, quo & in-

309 terius buccatum colligatio laxetur.

Theodorus Priscianus chalastica omnia cataplasmata commendat. diachylon laudat Aurelianus. Fumoscillini aceti ex molari lapide effuso sudet tecta pars, ac mucagine molli, absterto sudore, illinatur antiquatum iam malum; id quinto die repetatur. Si inflamatâ à parte ortum duxerit, Accipies folia anethi, absinthij, flores chamæmeli, meliloti; hæc coque ex crassâ cerevisiâ, adde libi ex lemine lini libram; & cum oleo vermium, vulpino & rosato, fiat cataplasma. A cuius vi impressa, illinatur pars oleo meliloti, anethino, vel chamæmelino, & lilino, vel vermiū, aut vulpino. Nonnunquam foue decocto herbarum ex cerevisiâ, ut ex radicibus liliorum, meliloti, saluix, lumbricorum. Puer verò his remediis par esse non poterit. quare horum pars afflicta foueatur decocto anethi, meliloti, & chamæmeli: dein lilino oleo illinatur, cum paucō croco. Vel, ex sententiâ Auicennæ, fiat cataplasma ex radicibus liliinis coctis in decocto seminis foenugræci, adde anisi quid & croci, & mellis quod satis sit. Hactenus quo modo ea conuulsio abigatur quæ à crassioris materia infusione in netuos, tradidimus: iam ad ceteras causas abeamus.

Si nerui incurvantur, per febres à bile natas, ab acri bile, suavi tepidaq; ab aquâ fiat fatus; ita eius acri monia frangetur, ac ipsa exhauietur. & interim rhabarbaro excludatur bilis. Sin pituitosâ in febre aut melancholicâ, flatus causa spasmi fuerit, excute hos dianiso, & cumino intus. vel obline drachmam castorei, myrræ, vel ammoniaci melle. foris, decocto

*Ab inflammatione.**Tumorū.**A bile.**A frigida materia.*

ex vino forti ammeos, dauci, baccatum lauri, chamæmeli, cumini; certuici ac tactis morbo partibus apponatur lana madens oleo anethino, vel chamæmelino, & lumbricorum.

Ab ventri-
m.

Si à venenato mortu aut icta, hac medicinā expugnetur: accipe momentuni theriacæ & scabiozæ, cum vitello oui & balsamo hyperici imponatur. veillinatur oleo de scorponibus Matthioli. Aut cauterio inusto impone allia cocta: ubi crusta excidit, cautio sit ne coeat vlcus ante diem quadragesimum vel sexagesimum. Si metus sit combinationis, insperge cineres fculineos, vel vitis, foue locum decocto radicis angelice vel oxalidis. Si fuerit à venitculo acri tenuique succo pressio, qualis est ætuginosa bilis, vnde frigidæ sudatiunculae, & syncope, tepidam bibat, & digito vel pennâ vomitum moueat. Sin intestina mordeantur, succum ptisanæ iniicieimus enemate, & granata mala comedat. Interdum sed raro, conuulsiuo quodam feruntur motu intestina, à pituitâ flatulentâ. Cùm medicinam discebam Patauij, vidi adolescentem cuius intestina totumque abdomen contubebatur, testes & vasa spermatica sub osse pubis abscondebantur; rugitus aderat, & tensio hypochondriorum.

Ab ventri-
culo.

Frigida huic erat temperies, & ventriculus frigidus cum madore. anhelosus erat oppresso à diaphragmate, ac mente in paroxysmo exuehatur. Præceptores mei adhibebant flatus discutientia & eos attenuantia: ac ea quæ euincere possunt materiam frigidam coquendo ac purgando, & roborabant tandem intestina. Primum iniectus clyster ex decocto

Ab inte-
stitu.

Histeria.

anethi, cum hierâ, melle rosato & oleo chamæmeli, dein decocto agrimonæ, petroselini præparabatur, postea pilulis aureis ac alephanjinis purgabatur. alternis diebus clyster repetebatur. Foris oleo rutæ & castorei vngebatur. Interdum accipiebat vnam pilulam ex castoreo cum syrupo betonicæ: hæc inaurata erat. Bibebat vinum saluatrum, & ex betonica, dianisum illi in deliciis erat, fricabantur crura. Si sit ab utero, habitâ prouisione totius corporis, accipe castorei, diambræ, seminis dauci, imperatoria, rutæ, radicum gentianæ, singulorum scriptulum: fiat puluis subtilis: sumat semidrachmam, ex decocto vel succo rutæ: adiice multum saccharati, vel quid melis: nam uterū dulcia prolectat ac rapit. vinum absit. A puncto herus fit inflammatio, inde spasmus, cùm primū absindī neruum non vult æger. Ut ergo cancas, ilico corpus inaniatur phlebotomiâ, ita ut citra lipothymiam illa administretur: & purgetur corpus: nam ita phlegmones incrememu sstitut. Absolutam interim inediā sustineat homo, vel solâ cerevisiâ saccharatâ fruatur. Deinde quæ phlegmonem sedant, hoc est, quæ tensionem ac dolorem leniant admove: qualis est dulcis olei affusio, vel olei lumbricorum, aut hypetici. Nam si dolor mitigari posfit, vna placabitur conuulsio, qui si sedari nequeat, metus erit phlegmones; quæ conceprâ, si perseverarit, non euadet: nam materia interclusio intercipitur, vnde gangrena: ilioque cerebrum in contagium rapiatur: vnde conuulsio & deliria. Quare si sedari dolor nequeat, & febris & delirium

A pun-
ctura.

delirium accedant; antequam fiat phlegmone, nervus vel punctus tendo fecerit parte altiore, quam vbi punctura fuit accepta. Calente oleo nervorum propagines illine, ut si in crute fuerit, spinam & inguina. Vulneri verò inde quæ tergent & siccant sine morsu; maximè si nervus fuerit nudus. Aretaxus coquit althæam ex mulsâ: & castoreum ulceri inspergit nam, inquit, horrores ab ulceribus prodeentes malefici sunt. Initio tamē, ad dolores, fiat balneum ex oleo communi tepido, vel ex decocto althææ, maluæ, violariæ, seminis lini & fœnigræci, chamæmeli, meliloti: vel ex decocto intestinorum, capitis & pedum veruecis, vel vulpis. Si his dolor non mitescat, fiat cataplasma ex micâ panis in lacte macerata, vel in decocto papaueris. si ne sic placeatur, abscede totum nervum. Sed vt dixi primum videbimus, num sedari remediis dolor possit: vt emplastro ex radicibus althææ, cù oleo rosato. sed primum oleum terebinthinæ cum aquâ vitæ vulneri immittatur: si nudus nervus, adde vitellum oui & ipsam terebinthinam: balsamum morsus expers idem potest. Si profundior nervus, ab infuso balsamo, pars regatur emplastro diachalcytheos: nam id exhaustit, & aduenæ succo viam intercipit. Et vnde totam spinam oleo amygdalino dulci: & si febris adsit, iunge quid olei violati. Si punctura fuerit angustior, aperi vulnus, dum virus exhauriatur & exspiret, & infunde balsamum hyperici cum aquâ vitæ calidè, iam in principio læsionis. mox fiat emplastrum ex lumbricis terræ, cum oleo rosato. Si putredine fœdati sint ner-

ui, cauterium remedio erit. Sed adsit semper ea cautio, ut mitescat dolor linimentis & epiplasmatis. quare interdum totum membrum oleo infunde: spinaque doi si perpetuò foueat oleo humectante & modestè calente. Nondum ab hac historia abeo, nam plurimum hæc calamitas ægros & medicos fatigat. Si saevus adsit à puncturâ dolor, oleo terebinthinæ & rosato incoque lumbricos: vel fiat cataplasma ex foliis sambuci, maluæ, oxylapathi, surfuribus cum decocto papaueris, vel iunge quid opij. Hæc si non iuvant, seca nervum antequam inflammetur, & crocium oleum Mesues infunde, aut tale quid citra morsum siccans. Hæc tenus quomodo curetur spasmus qui à repletis nervis: iam qui ab inanitis vt habenda sit. Rara admodum occurrit conuulsio ab inanitione: interdum tamen in febris perennitate ac delirio: tunc Aëtius fouet caput tepidâ temperataq. aquâ, ita & manus & pedes: dein caput oleo dulci perfundatur, & manus & pedes molliter illinantur. Accipe caput & pedes veruecinos parum quassatum, adde radicum althææ libras duas, fœnigræci integri, seminis lini, cuiusq. semilibram: coque ex aquâ dum exossentur. Vel accipe aquæ dulcis quod satis sit ad balneum; cui adde pinguedinem gallinarum, & lumbos pinguioris veruecis. A balneo offam vini sumat, & dormiat. Maximè commendatur totius colli, occipitis, & spinæ ex solo oleo violato illitus, vel ex amygdalino. Si diuturnus fiat tetanus, bis die, suatore Paulo, dimittatur in olei solium, non tamen moram ibi trahant: nam olei so-

Iherus. olci solium maximè vites soluit. Poterit etiam balneum institui ex lacte: vel ex decocto violarum, nymphæ, lactucæ, salicis, hordeo fræto, cucurbita, melonibus. Tepida balnea sint cum à calore ortum dicit conuulso: alioqui temperata sit aqua. à balneo vngatur tota spina oleo cucurbitino, vel violato, aut amygdalino, cum tenui frictione. addite interdum muccaginem seminis psyllij, vel radicum althæ, medullam vituli. & vngatur caput, & auribus narisque quid immittatur. Interdum oleo amygdalino iuge quid vnguenti rosati, si fuerit à calore cõcepta conuulso: ita quadam nutricatus strictione sifetur, ut hæreat partibus. nam Auicenna vtitur etiam aquâ rosata: non ratione strictionis, sed roboris. Tédonibus, inquit Aretæus, inferatur epiplasmata ex lini & fænugraci semine. & totum corpus inuoluit lanis oleo madentibus. &, inquit, maximè tendines vngantur, & loca circa aures & mentem: nam hæ partes maximè tenduntur in hoc morbo, & summè dolent. Intus etiam talia sumat, vnde madore quodam corpus madescat; vt conseruam buglossi, violarum, pineas, conseruam nerupharis, lactucam conditam, cortices cireorum. Accipe pulpæ caponis, vel leporis, amygdalarum totâ nocte in aquâ saccharatâ mace- ratorum, singulorum binas vincias; seminum quatuor frigidorum semunciam; seminis papaveris albi duas drachmas; passularum Corinthiacarum vinciam; conseruae violarum sesunciam; butyri recentis fine sale semilibram; lutea ouorum semi- cocta tria; aquæ rosatæ quod sufficit,

fiat confectio. Si fuerit ex hyperca- tharsis, hauriat drachmam vel semi- drachmam theriacæ. Iam ad diætam abeo. Cùm ab exhausto nata est conuulso, succulento nutricatu rigetur corpus. Auicenna & Razes lac laudant, modò æger febris experts fuerit. alioqui ptisana vtemur. Iuscula etiam succulentarum carnium opitulantur, cum lactucâ; & cucurbita, pineæ nuces, amygdala. Potus primum sit aqua hordei, postea vinum oligophorum, vel dilutum aquâ melo- num, cucurbitarum. Poterit interdum aquam saccharatam, iolabium vio- latum cum aquâ anguriæ, adde pa- rum vini dulcis albi. Aer sit leniter calidus & humidus. Æstate, inquit Aretæus citra sudorem calet, metu syncopes. Et, dicit Aurelianus, nullo odore sit aer infectus. Oua thermo- pala commendat Priscianus. Lectus sit mollis, suavis, calidus; nam in- flexiles nerui rigent. Si à repletione *A reple- tione.* fuerit natus tetanus, solo hydrome- lite vicitent, vel decocto cicerum, vel ptisanæ cremore cum melle. Si diurnius futurum malum, colati- tia vtatur pulli carne. Iubet etiam Aretæus ne inedia macerentur, est enim inedia res frigida. Potus sit hy- dromel quod thymbrâ tintatum sit, aut hyssopo, maioranâ, saluiâ, serpillo. Vitet olera, fructus, pisces, acida. Admonet Cælius Autelianus, vt su- dorem, ob pressuram venientem, ex- cipiamus pannis calidis: frigescit enim permanens, & consensu par- tium geminat passionem. Potent vi- cissim, non confertim: nam cum difficulter deglutiant, in nates po- tum relidunt, vnde veheanter lan- cinati, in spasmum irritantur. Si puer à plethora

Pueri. à plenorâ ex tetano laborat, abstineat à vino, nam potus vini púrpurei & vinosi pueris hoc malum adfert: etiam si à nutribus hauriat: ut & lac crassum. Abstineat etiam puer ab ovis, & carnibus. & linteal madentia ab oleo lilino & chamæmelino perpetuo ceruici impone, si illa retracta fuerit, vel alius etiam partibus quæ trahuntur. Utaturque perlae mithridato cum triplo sacchari rosati, & electario de mosco, cum margaritis, & syrupo de citreis. Alii consumacior astrictio sepe pueris, hoc malum attulit, qui si habitiores fuerint, crecentur etiam à balneis. Frientur artus puerorum leniter oleo moscellino Nicolai. Empirica iam quedam subnecto. Cordus laudat philonium Mesnes cum decocto nucis moscate si hauriat. Distillentur contusa ossa ex pernis fumo indutatis: adde crocum: fiat illitus. Aqua vitae cum sanguine lepotis mixta, parti imponatur: nisi fuerit ab inanitione. Cereuisia pingui incoque salutam, thymum, rosmarinum, & pinguedinem crutis bibuli & vitulini (vocant hic *clavesmier*) hac dorsum ad focum illinatur: interdum adde quid castorei. René arietis assatum conserge aquâ vitae, ac medium seca, & loco affecto impone. Accipe olei amygdalini dulcis unicas binas: pulueris castorei semiscriptulum: bibat. maximè si congelata quedam adsit durities. Et ex bdellio, galbano, opopanax, dissolutis in multo oleo, adiectaque paucâ vitae aquâ (si diu iam malum fatigari) eum paucō castoreo, fiat vnguentum. Oleum ex hepate raiarum cum recenti butyro. Aqua ex hirundini-

bus & castoreo. hanc describit Rondelius, capite De epilepsia. Primo vnge oleo lilino, chamæmelio. postea lumbricorum, vulpino, rutaceo, laurino, irino, axungiis anseris, anatis, petroleo cum aquâ vitae & castoreo. Balneum ex aquâ in qua frenugracum coxit, folia ruta, vel salvia: & olei pars tertia adiiciatur. Coquatur canis russus in oleo, ut vulpis coqui solet, eo vngatur. Arcet spasmi incursum serpentum sanctus in pelle taurina adligata. Coquatur catulus vulpis in succo anethi dum dissoluitur: bis, vel saepius, huic æget infundatur. Sal calfactus & politus ad originem spasmum, eum soluit, ut ait Melues. Pulegium decoctum cum melicrate commendat Dioscorides, & erinacei caro siccata & cum castoreo pota ex melicrate. Dioscorides etiam ranarum decoctum laudat, cum sale & oleo: & ipsas etiam ranas. Dolorem implacabilem sedat panis à furno calens, oleo rosato vel violato tintus, vel bubulo lacte maceratus: qui cum oleo anethino, & croci momento pinsetur, vel accipe olei rosarium vel ranarum vncias duas, anethi semunciam; opij scriptulum; croci semifscriptulum. vel aquæ vitae immittit flores rosmarini; quod supernat inunge. Canicula pinguis coquatur in oleo lilino & meliloti. Experimentum Nicolai: accipe anserem magnum, pingue, purgatum, infarciatur lardo, myrrha, thure: consuatur, ac assetur, supposito vase acetato pleno, prima pinguedo extollans abiiciatur; quæ mox usui sit. Postea anseris aceto coquatur: innatantem pinguedinem primæ adiice: his fiat vnguento. Si dolor fuerit acerrimus,

coque vermes oleo communi: ha-
reat pars dolens tepido in oleo: mox
vermes emplastri modo impone cū
oleo vulpino, vel lilino. Si sit ex con-
tusione, fiat cataplasma ex farinâ
fabacea, cum oxymelite, & pice li-
quidâ. Balsama arte confecta descri-
buntur secundâ parte Euonymi.

CAPUT XXVI.

De SENVS & MOTVS
HEBETUDINE.

vix.

s. Aph.
16.DIXINI
TIO, &
enit expi-
cato.2. Symp.
caus. s.

pore, qualis sœpe pedibus nostris
euenit. Iunxi esse sensus vel motus:
nam ad νυκτας & ad αἰδησθεντίας τύπον
refertur, illæsis principibus. Ad-
ieci, neruose partes: nam nerus est
sensus motusque organon voluntati-
rij. Si enim nerus fueretur ani-
mali facultate ex lege naturæ, non
foret vllus stupor. Galenus secundo
De symptomatum causis scribit, stu-
porem symptoma esse ex morbo &
facultate mixtum. ita ut morbus qui-
dem affligat, sed facultas aliquâ ex
parte reluetetur; vnde hebeti sensu
tangit, nec perfectè mouet se. Nam
sunt quædam symptomata functio-
nis labefactatae, affectione tantum
morbida, ut spasmus. Ita Galenus
asseruit triplicem esse quietem: una,
quæ fit à causâ morbificâ: alia, quæ
fit à facultate: tertia, quæ nec à causâ
morbificâ, nec facultate nascitur:
hoc est, à neutrâ causâ prouenit. Pri-
ma est ea immobilitas quæ est in pa-
ralysi: vbi quies est à causâ morbifi-
câ. Secunda est, cùm quis leuat bra-
chium; est hîc falsa quies, & motus
tonicus: sitque à facultate, & non à
morbificâ causâ. Tertia, cùm quis
brachium abiicit in scamnum: hæc
fit à neutrâ causâ; sed ob pondus
genuinum membra. Ita hîc in stu-
pore ægrè attollitur membrum: nec
exorrexit sibi potis est, verum
labitur. nam languet potentia, & mo-
les membrum deprimit. Iam ad cau-
sas stuporis venio. Impeditur inter-
dum hîc cerebrum ex nimiâ humo-
ris abundantiâ, quæ vel in cerebro
localem habuit generationem: vel
eo cursu inflexi: vnde madefacto
neruoru principio, toti corpori len-
titudo & segnices quædam accidit.

Qualem

2. De
symptom.
caus. 2.cav.
1. a.

3. Apb. 5 Qualem agnouit Hippocrates, quæ
venit à tempestate Austrinâ: quando
scilicet diu multumque cælum illius
dominatu tenetur. Venit etiam tor-
por ex cerebri languore, qui eue-
nit ab exhausto, per alienationem
ipsius cerebri, quam alteratio diu-
turna inuexit. Extat huius cause no-
bile documentum in Prorrheticis:
Phreniticis, inquit, alba deiectione,
graue malum. An verò iisdem se-
gnicies incidit? Quem locum enar-
rans Galenus, Commune, ait, segni-
ciei est cuiusque, nasci à crassis, frigi-
dis, & glutinosis succis. non autem
tenuibus, calidis, acribus, cuiusmodi
est flaua bilis, nisi forte incidat cùm
in propinquo mors est, vt iam emor-
tua facultate quiescere videantur.
Tum enim per emortuam faculta-
tem, non autem vitio humorum con-
tingit. Ac tales qui eâ segnicie occu-
pantur, non potis est ullo modo ser-
uari. Est autem cōmune symptomum
eorum omnium, qui ex immodicâ
intemperie moriuntur. Hæc ergo
sensus hebetudo, quâ sensio frangi-
tur ipsorum sensilium, tametsi pro-
pria est *ad idem tamen hoc est*, quorum
libet sensoriorum, ex inopia spiritus
animalis, vel in fonte ipso, vt iam
dixi, cuius exhausti parua est instau-
ratio: vel etiam à vitio riuiolorum,
quod intulit nerui constrictio. Nam
vt nerui astrictio paralyſin facit: ita
& leuis astrictio, quâ in angustum
cogitur neruus (vt si prematur à
phlegmone, scirro, luxato vel fra-
cto osse) stuporem: vel etiam leuis
obstructio (quæ incidit à materia
crassâ) aut intemperies frigida. nam
non plenè fruitur neruus facultate
animali, aut eius spiritu. Hoc inter-

dum fit tactis intemperie etiam ca-
lidâ neruis. Ut vero obstructio &
oppressio infestat neruos conspicuo-
meatu præditos, ita his qui hoc frau-
dati sunt molesta esse solet densitas,
quæ fit ab intemperie frigidâ, humili-
dâ, vel siccâ; aut à crassioris nutrica-
tus synatrisimo (nerui enim crassò
viscidoque nutritatu fruuntur) vt
obstructio ex materia eò translatio-
ne, quâ non fruitur pro nutritatu
pars. Fœcundè talem materiam af-
fundit solemnis euacuatio suppressa;
& cræpala, & vinolentia. Ita refert
Fernelius, se videre vniuersam cor-
potis cutem ex cræpalâ & vinolen-
tiâ affici, illæso motu. Hinc variae
ideæ torporum surgunt; cùm inter-
dum solus motus, vel sensus, aut
etiam iunctim hæc torpeant. Præte-
rea totum corpus occupat torpor, vel
aliquas solum partes. Quin vt varias
causas natalitias diximus; ita varia
haberi poterit torporis natura. Et
magna causa, magnum stuporem:
parua, paruum: mediocris, medio-
crem parit. Signa dicet ipse arget:
nam referet num totum corpus stu-
peat: & num motus solù, vel etiam
tactus. Sed vt causam scias quæ ner-
uosas partes fatigat hinc, id petes ex
his, quæ scripsimus de Paralyſi, &
de Conuulsione. Competâ iam na-
turâ mali, ad curationis scopos abea-
mus: quos ducemus ex ipsa re iam
notâ. Si insigni ab exhausto natus sit
torpor, nascetur indicatio, vt eius
causa accidatur: ac vt redintegretur
corpus in pristinam succulentiam.
Quodsi ortum habet à neruo non
admittente, præ intemperie, anima-
lem vim, ea intemperies contrariâ
ope castigetur. Si obstructio adsit in

DIPPE.
RENTIAE.

SIGNA.

INDICA-
TIONES
CURANDI.

neruis porosis, ea abigatur. Sit sit à mulitudine materiæ, exigatur ea: si à crassiue materiæ, ea tenuetur. Si corum neruorum pori opprimantur à phlegmone, ea curetur: ita si à scirrho, fracto vel luxato osse. Sin naturâ non porosus nerus, densetur: si ea densitas sit ex congelito crasso alimento, id corrigitur bona diætâ. vel si hoc euenerit, à frigore, madore, aut squalore: rarescat iterum contrariis remediis. Solemnis euacuatio si substituerit, euocetur. à cræpalâ & vino-lentiâ abstineat. Num his noxiis curationem, in sanationem abducere liceat, videamus. Si per νέκρων vel morticinium facultatis animalis torpor adsit, mortem in propinquuo esse denunciat. Sed & celerius opinione moriuntur, quibus cum tali torpore per febres acutas, crebrò rigores cipientur: quoniam ea concussione vires deiectæ ad exitium præcipitantur. Ceteræ, ni longius processerint, ideæ, sanationem admittunt. Sed nihil remittendum de curandi diligentiâ: nam primum torpor vestigium est ad totius corporis resolutionem (vbi à frigore) vel contraktionem (si à calore,) cum stupor modò hanc, modò illam ferit partem. Nam cum totum corpus stuper, in propinquuo mors erit. Secabimûsne venâ? Si turgente à sanguinis mole nerui opprimenti videantur, non sine calore & rubidine, licet. Sed, inquit summus medædi præceptor, Quibus est frigus torpidum, nec febris expertibus, sanguinem detrahit nocet. Est enim frigus torpidus, quod vel oppressione virium & caloris, ab humore frigido & crasso & sanguinifer infertur; vel ab emortuâ facultate, & inopiâ caloris viuifici. Ad neutrum frigus torpidum bene ægris sit à phlebotomiâ. Nam hinc quidem circa mors venit: illi autem multum periculo adicitur. In tempore ergo graui & frigido, qui sanguinem detrahit, etiam prætexu febris, tam est in vitio, quam si ægroti manus adferret; quia plus nocet detrahendo calidum natuum, quam proicit extinguendo febrile. Sunt sane maiora vitt incommoda ex inopâ calidi natui & virium infirmitate, quam à febrili ardore. Propterea quibus cù frigore torpido febribus, temeraria accedit phlebotomia: cùm sibi melius esse putant vacuitate febris, quam atulit secção venæ, moriuntur: exstincto calore vitali, & suffocato à dominatu crudis humoris, frigus torpidum inducens. Atque hi fato concedunt, vitamq. finiunt θαλεγίους λαθράνως, dissecando, nec opinantes. similiter atque illi qui protupto sanguine perhorrescant in trœmate. Nam si ex criticâ hæmorrhagiâ frigus eximium est lethale: quidni funesta erit detractio sanguinis, quæ ad frigus torpidum adhibetur? De pharmacis quid dicendum? Si præter frigidam intemperiem, modicus adsit succus pituitescens, solâ diætâ, auctore Raze, & olei costini (quod ille prodidit vbi de Paralyssi) inunctione redintegrari poterit. Quod si inuetârit malum, succi pituitescens à copiâ, pilulis foetidis purgabitur. & anacardiorum confectione fruatur: victuque calido & sicco. Si à frigore sit, origo neruorum illinatur oleis. Paralyssi dicas: vt oleo myrræ, castorei. Tota etiam pars soueaturo decocto iuxta, saluia,

PRO-
GHOESIS.CYRA-
TIO.CHI-
AVR-
CIA.Pen-
sum.PHAR-
MACIA.TOP-
CA.

Dicitur. saluix, rorismarini, laudulæ. Deinde fricetur aquâ vitæ in quâ madure flores rorismarini cum castoreo. Allis utatur potius quam elixis, ubi à madore vel frigore fuerit. Si à plethorâ ortum duxit, vino ac multo nutricatu fraudetur.

CAPVT. XXVII.

De TREMORE

DEFINI
TIO &
diu ex-
platio.

z. De
sympt.
caus. 2.
& De
path. 5.

TREMOR, Græcis *τρόμος*, est iniussorū in artubus motuum deprauatio, ex pari & mutuâ contentione rei quæ mouet, tum eius quæ mouetur. Dixi esse deprauationem motuum: quæ sit ab infirmâ facultate. Nam conuulsio est symptomata musculi contumacioris, vel ab inanitione vel à repleto. hoc etiam symbolo abit à Paralyti, quæ est motus ablatus: & à stupore, nam labefactatus tantum in eo est motus. Adieci, ex pari & mutuâ contentione rei quæ mouet: hoc est, facultatis, nam id quod mouet, & id quod mouetur ex aequo certant virtute, & contumacia, quam facit oppressio. Propterea quandam naturalis motus ideam gerit: non enim omnino est naturalis, neque omnino violentus. Huius motus tremuli auctor non semper est netuus, vñrum interdum facultatis labefactatio; quæ titubat ab immoderatione instrumentorum. Est enim triplex causa tremoris, oppressio, spirituum collectio, & virium exalatio. Oppressio contumacia reddit instrumenta ad parendum virtuti animali: vt si nervus porosus obstruotione, vel, si is minimè porosus, densitudine tentetur. Fit interdum hæc oppressio à translatione humoris morbifici à venis ad nervos, quam finit delirium: sive per progressum à cerebro in producta. Priori modo evenit interdum per febres graues, vbi ægri toto tremunt corpore, per transitum bilis ad genus netuosum, indeq; per progressum ad cerebrum: vnde additio causæ phrenitica, inde exhaustur cerebrum atque nervi. Vnde etiam accidit, vt labefactata virtute in substantia, facultas ipsa membro: vt sensibus, quibus pro-

prium corpus onus est. Hæc facultatis imbecillitas notatur ratione oneris membra, cui par non est facultas. & ideo Galenus scribit, esse motum naturæ, & morbidi affectus, est motus naturæ; hoc est, motus debilis, est etiam motus morbidi affectus, hoc est, membra onere prementis. Hic itaque id quod mouet, hoc est, facultas, & quod mouetur, id est, membrum, vel totum corpus, inter se pari magisterio certant. Quare merito dicimus tremorem esse motum iniussum, in quo id quod mouet, & id quod mouetur, ex aequo certant virtute, & contumacia, quam facit oppressio. Propterea quandam naturalis motus ideam gerit: non enim omnino est naturalis, neque omnino violentus. Huius motus tremuli auctor non semper est netuus, vñrum interdum facultatis labefactatio; quæ titubat ab immoderatione instrumentorum. Est enim triplex causa tremoris, oppressio, spirituum collectio, & virium exalatio. Oppressio contumacia reddit instrumenta ad parendum virtuti animali: vt si nervus porosus obstruotione, vel, si is minimè porosus, densitudine tentetur. Fit interdum hæc oppressio à translatione humoris morbifici à venis ad nervos, quam finit delirium: sive per progressum à cerebro in producta. Priori modo evenit interdum per febres graues, vbi ægri toto tremunt corpore, per transitum bilis ad genus netuosum, indeq; per progressum ad cerebrum: vnde additio causæ phrenitica, inde exhaustur cerebrum atque nervi. Vnde etiam accidit, vt labefactata virtute in substantia, facultas ipsa membro: vt sensibus, quibus pro-

6. Aph.
26.Spiritum
collectione-Virium
exolutio-SIGNA
conjuncta.

laboret, ac tandem satiscat in officio ab alienato cerebro. Vnde à bile etiam, maximè in calamitosis febribus, nascitur tremor. Verùm plerumque ab eisdem, attamen minùs graibus, nec æquè altum irrepentibus, causis ortum dicit, quas, vbi de Paralyssi, recensuimus, & etiam de Conuulsione vbi egimus. Spirituum verò collectione tremor prouenit, cùm homo metu aut verecundiā percellitur ita, vt vox etiam faucibus hæreat. Tandem virium exolutione inducitur tremor: vires satiscunt, vt ex validā euacuatione, qualis ab hæmorrhagiā formidabili, immanni, sudore, alii proluvie, aut vomitu, vt etiam à morbo diuturno & gravi: & ab intempestiuā venere: ab inediā, etiam ab his quæ totā substātiā sunt neruis offensa, vt ex hydargyri vase. vel vi frigoris presso calore nativo, vt euenit senescentibus. Quin non aliter ac alimēti copiā premitur flamma, ita vberitate materiae extinguitur facultatum focus, calidum natuum. vinolentia etiam neruos implere solet. Extinguere etiam calidum natuum solet liberalior aquæ nivis potus. Labefactata ergo virtus animalis sive peculiari suā vi exuta, vel ratione nerui titubans, causa tremoris esse solet: plerumque hoc ei euenit ex frigore, vel madore; non tamen ita valido vt id quod facit paralyssi. Causam mali aperiet ipse ager: quæ etiam ex eius habitu, diaetā, innotescat. Inuenibus cruditas ac intemperantia hoc malum accersit: senibus, frigus. Si fuerit ab exhaustis spiritibus, nullum laborum aut indecūs incursum ferre poterit: nam à fami, illi intentatur syncopes metus.

Deprehensā causā morbificā, ad notas euratrices veniamus. Si ortum duxerit à calore, refrigerandum: si à frigore calfaciendum. Si ab exhausto, redintegretur: ac causa compensatur. Si ab oppressione, euacuandum. Si à pituitā, attenuetur ea, euacuetur, ac corpus siccatur. Infarctus neruus vel densior redditus, liberatur, ac rarefacit. Sed antequam hæc in vsum vocentur, perpendemus num curari malum possit. quod ita percipies. Est firmissimū argumentum citò futurae mortis, cùm dementiae vis per febres acutas, infert tremorem. quoniam talis tremor, symptoma est alienati cerebri post alterationem magnam: sicut delirium, alterati vel proritati. Præstat ergo delirium superuenisse tremori: quām tremorem delirio. nam phrenitici sputatores, indeque fanatici, tandem tremuli moriuntur. etenim qui ab exhausto fit, in propinquuo mortem esse denunciat. Et vt is tremor qui ab oppressione fit, per translationem à genere venoso ad neruos, semper delirij consecutionem adserit in febribus ardentibus: ita euenire potest, vt causus cum delirio, in tremorem abeat, pulsā materiā morbificā ad neruos. Propterea vide num sit ab exhausto. Si toto febrili cursu cum symptomā vehementiā, signorum prauitas iuncta fuit, terrificusque iam inde ab initio fuerit morbus: vt nobilium pattium oppressione, prauā cacockymia, incendio, delirio, siti, difficultate spirandi. His si levius tremor incidenterit (qui certinatur in subsultu manuum, linguā tremulā, dentium collisione à delirio) & æruginosa vomitio, mors in pro-

INDICA
TIONES
CYRAN-
DI.PRO-
GNOSIS.Per febres
tremor.

in procinctu est. Nam leuis hic tremor, est symptoma afflicti cerebri ab alteratione, ut in infaniā: proptereaque insanabile. Talem tremorem annotauit in Theodori vxore. Si febris expers sit homo tremebundus, quo plures partes occupauerit, eo deterior eius conditio. Et pedes non nisi validā ex causā tremunt; quod sint robusti, ac facti ad molem totius corporis excipiendam. In spasmum vel paralysem se effundere hoc malum solet, ut influerit tenuior vel crassior materia. Quidam peiorem censent tremorem, qui sinistra primū fuit. Inferius labrum tremulum, iam iam futurum vomitum denunciat: argumento enim est ventriculi internam tunicam (quae eadem os rigat) à prauā irritari materiā. Si redintegrabilis videtur sanitas, studium sanandi accedit. Qui morborum initis contremiscunt, sine vīlā causā exolutarum virium, sanguinis copiosā detractione non raro curantur: tametsi omnis tremoris natura, in virium imbecillitate consistit. Sed imbecillitatis causa tum iudicatur oppressio à suppressione nata, cuius proprium est remedium euacuatio. sicut notauit Galenus in Pythione, qui febris initio manibus contremiscebat. Idem qui faciet affecto iam morbo, fractisque iam vitibus, ægrum exitio dabit. Ergo tenēda est imbecillitatis causa priusquam de ope ferendā statuatur. Vbi igitur sanguis circumfluit, is emitatur: alioquin cunctis neruosis affectionibus inimica est liberalior sanguinis effusio; maximè cùm à causā frigidā algent partes. Quæ ferienda venas brachij vena interna, si toto

corpo sanguis abundarit: sin solemnis vacuatio vterina suppressa fuerit, malleoli. Si à contumaci obstructione tremant, illius materia in superficiem abripiatur cucurbitarū vi, quæ sine vulnere admouentur. Præparetur etiam materia ad exclusionem. Sed causæ hīc ratio semper habeatur. Si ea externa fuerit, fugetur. Si pituita in vitio sit, tenuetur, incidatur, abstergeatur: ut marrubio, salvia, betonicā, primulā veris, scenculo, asparagis, inulā, acoro, iride, seseli, amineos semine & cari, calaminthā, stœchade, hyssopo, melle rosato, syrupo, acetoso, & de quinque radicibus, oxymelite, decocto cicerum, origani & rosmarini. Parata materia excludatur pilulis de hierā, cum agarico & trochiscis alhandel; vel pilulis cocciis, aut dia-phœnico, benedictā laxatiā. Dein, si caput habuerit materiam, ea apophlegmatismis & errhinis euocetur. Si ab aquæ niuosa potu natus sit; in Laconico copioso ut sudet iubet Razes: aut aquis thermatum vtatur. Sunt enim thermæ naturā salubres aquæ, ut quæ naturā ferueant: eaque sulphureā materiā, & arcatis nature mysteriis, vnde scaturiunt, efficacem vim aduersus morbos secum adferunt. Peculiariter tremorem lenit oleum de trifolio odorato: si à fricatione origini neruorum & parti immittatur, & emplastrum ex eius foliis admoueat. Sepeliunt quidam tremula membra, calente à Sole arenā. Occiput, ceruix, & spina vngantur oleo costino, pardino, irino, cum bdellio. Sacculus fiat ex lauendulā, floribus meliloti, stœchados, gumi mi juniperino, ladano, beniouino, styrace,

styrate, caryophyllis, fufuribus. Illi-
natur etiam oleum ex floribus lili-
conualij, & liliotum alborum, cum
castoreo & aqua vita. Sed sive pri-
mum decocto salviae, rosmarini,
laudulae, majorana, lambricorum.
Si à virulentia concepta ab argento
viuo; tota spina vngatur oboe sul-
phuris (quod fit cocto sulphure in
aqua vita) salviae, & castorei. Tan-
dem partibus robur effletur, usi
confutus rosmarini, acori, stachy-
dos, menthae, melissae, diatrionpipe-
reco, dia politico, diacastoreo, galan-
ga, calamo odorato, decocto guaiaci,
si à cerebri frigore natus tremor.
Cerebrum leporis assu[m]matur si come-
datur, mirificè prodest. Si cerebro
causa insedit, sumat cottidie stachy-
dos drachmas binas, cum vncia hy-
dromelitis: vel ex his fabricentur
pilulae. Castoreum intus sumptum,
& foris admolum celebratissimum
est remedium aduersus hoc malum:
vt etiam oleum cucumeris asinini
foris illitum. Si ab exhausto enenerit
tremor, aëre potius frigidò fruatur:
sin causam calidam agnoscit, repeat.
Si ex inedia eo deuenierit, cibis stic-
culentis illico recurret. Si ex mado-
re, tenuiter victiter, & siccantibus ac-
tostis vtatur. coquantur cibi origa-
no, hyslopo, salvia, majorana, satu-
retia, rosmarino. Si sit à bile, frigida
ac crassifacientis dieta utilis erit. ita
si ab exhausto, & à vino abstineat.
Potus sis etenim salviata, si à pi-
tuita natus sit tremor: & vinum pro-
pinetur postquam prouisio habita-
est totius corporis. hydromel etiam
utile. Nimius usus viti & aëti ob-
est, vt etiam aquæ frigidæ. Pluuialis
aqua omnibus neurosis affectibus

commoda est. Sed sit illa & stinis im-
bribus excussa: non nebuloso cælo,
sed cum tonitru potius. Non lauet
aquâ frigidâ. fricetur corpus manè.
Venus, & phlebotomia frequens
repetitio, neruosis morbis inimicif-
fima sunt. Vsus etiam quædam vtilia
notavit: vt ciconiarū in cibis vsimi:
vt & csum nycticoracum iuniorum
cereris leporini csum, & palumbo-
rum. Sumat manè castoreum: vel
parum olei ianiperi. Decoctum eu-
patorij & radicum althæa com-
mendatur.

CAPUT XXVIII.

De STERNVTAMENTO.

STERNU TAMENTVM, Græcis θηρα-
Suds, olim auguralis nota fuit,
quod editum sit ex capite, diuinissima
omnium partium. Cumque in eo
throne sublimis anima corporis gu-
bernacula trahat; arcana etiā homini
futura, sternuendo subiit & inexpe-
ctato, primiū patet facere creditum
fuit. Vnde apud Theocritū in Idyl-
lio cui titulus Thalysia, ex sternu-
mento, prospera vel ominosa cen-
sentur: vbi ait πος Στενναδης οι Ερωτι-
κατεταπον. & Catullus de Amore;
Dextrâ sternuit approbatione. Et Pen-
elope vaticinatur ex Telemachi ster-
nutamento, procerum tes in ancipiū
volui; cum dicit: ισχυρος δη μοι γέρε
τελετης; sed apud Theocritum διδούσι
χειροποιοισης id presagium est ac-
cipiendum. Quare presagum hoc
signum fuit antiquis. Vnde & illis
solemne fuit, ut refert Plinius, Ari-
stoteles, & Athenaeus, de pretari vo-
tis ne quid præter spem eueniat
sternuentū. Cur, inquit, Plinius,

Et Amore,
 Et Pené-
 achi ster-
 nancipiti
 s. & mo iōē
 ritum bā
 m est ac-
 gum hoc
 de & illis
 ius, Ari-
 retari vo-
 euensiat
 Plinius,
 sternuta-

Pm. 18. lib. 1. sternutamentis salutamur: quod etiā Tiberium Caesarem, tristissimum hominum, in vehiculo exegisse traduit. Et aliqui nomine etiam consalutare, religiosius putant. Ergo ante tempora Gregorij Pontificis salutandi à sternutamento mos inoleuerat: nam aliquid futurum sinistri vel fausti inde augurabantur veteres. Fallebantur illi, nam causam in naturā habet. Vnde nobilis imperator classis Atheniēs Timotheus, dimicatus aduersus Corcyraeos, gubernatori classis, qui classi iam proficisciēti signum receptui cœperat dare, quod ex remigibus sternuente quendam percepisset: Quid? inquit, miraris ex tot milibus vnum perfixisse? Est autem sternutamentū fortissimā & sonora cerebri concussio, studentis excutere id, quod sibi molestum est: quod in parte iuuatur à pectoris vi motrice. Excudere enim nititur cerebrum (id quod sibi molestum est, quodque eius expultricem irritat) per meatus ethmoides in nares: nati ille aët qui ex thorace efflatur, foramina narium purgat. sed per hos cribiformes meatus interdum ventriculi cerebri se purgant hoc reflatu sternutatorio. Propterea sternutatio Auicennæ dicitur parua epilepsia, nam cerebrum in seipsum contrahitur, ut rem molestam excutiat: quæ plerumque vapida materia est. Diximus cerebri hanc exclusionem iuuari à pectoris vi motrice: huic enim nerui mittuntur à cerebro. Propterea, imminente sternutamento, magnum respiramus, ac toto pectore aëra bibimus: quem intercostales musculi mox pressu quodam exsufflant confer-

tim ad palati foramen, quā itur in nares. Ita erumpens ex thorace spiritus, occurrit aëti in ethmoidi ossis cauernulis retento. Quā occasione cerebrum ex primis suis ventriculis excutit rem sibi molestam, siue ea flatus vel succus fuerit; laxatque cauernulas quā itur ad nares, & se in nares exonerat. Nam, vt scribit Rufus Ephesius, foramina $\pi\theta\mu\omega\epsilon\delta\eta$ cri bri formam referentia, per ea indubię $\pi\lambda\mu\mu\delta\epsilon$ propellitur. Si repitus illeque clangor nascitur, quod inspiratus aët per strictas erumpens regiones, corpora collidat, hic secum excrementa rapit, quæ cerebrum per ossa $\pi\theta\mu\omega\epsilon\delta\eta$ excludit. Causæ huius mali sunt quædam internæ, & aliæ externæ. Quæ internæ, sunt aut naturales vel violentæ. Naturalis, cùm materia cerebrum proritans, ab eo excutitur naturæ vi, non morbi motu. Violenta, cùm materia non excluditur, sed solū irritat cerebri excretrem vim: vt si ex partibus spirabilibus in caput elata materia vel vapor id fatigarit, vel crudior materia, vt in catarrho evenit, ad nares labatur. Ita interna causa irritat cerebrum. Nam interdum naribus causa sternutatoria hauritur, quæ non ex naturæ lege irritat etiam cerebrum. Quamuis alioqui omnis irritatio partium sit præter naturam: attamen cùm loco & tempestiū irritatur expultrix, non vndique id præter naturā fieri videtur, ita enim iuuat: sic aluina vel vrinaria exstirpatione non penitus extra legem naturæ habenda. & Celsus inter bona signa ponit sternutamentum. Scripsit Aristoteles, Cū calor capitū *2. Lib. 3.* humidum spiritūme vincit, sternumenta

*Clanger
unde in
sternuta-
tione.*

*C A P.
3 A.B.*

*Sternuta-
mentum
opus natu-
ra quāde.
& quando
sympto-
ma.*

2. Lib. 3.

*33. Tra-
bles. 2.*

nutamenta cieri. Fiant itaque sternutamenta calfacta & proritata ipsâ substantia cerebri: vel humectata parte ipsius inani. Quare vel substantia cerebri tangitur intemperie calidâ: vel ventriculi eius, & cavitas, quæ caput circumscribit, repletur materiâ vapidâ; vel crassa, qualis est mordax, salsa, acris. Nam & vapidâ materia mordax; vel tendens hoc agit. Itaque & à qualitate calidâ, & à materiâ nascitur sternutatio. A calore: nam Cassius medicus, ubi rogar: Cur solum sternumentum iis qui integrâ fruuntur sanitatem, noctu tardat: reliquis ex aequo, & interdiu & noctu. An, inquit, quia fit à calore eo in loco concepto unde proficiscitur? quare ubi sternere placet, Soli faciem obiicimus, dormientibus verò calor reuocatur. Et cur, inquit, in sternendo laborantes, si ad Solis iubar faciem obuettamus, succedit sternutatio? Quia, ait, immisus naribus radius Solis, stimulat: & vaporibus opem fert Solis radius exhalantibus. Frigore non mouetur, sed potius tollitur sternutatio. Materia sternutifera in cerebro succrescit, vel ei importatur aliunde. In cerebro nascitur, cum id intemperie calidâ tactum, fœcundum redditur in pruentum materiæ vel flatus acrioris. Aliunde irrepit in cerebrum, ut cum corpore febri implicito, in caput effertur actior vapor: vel alioqui ab hepate, ventriculo, vtero, eò exspirat. Inter externas causas est id, quod lacebit pruritu nares: ut puluis, florium acrior fragrantia, rerum acrum elus, ut sinapi. Internæ cause occasiones etiam ab externis ducunt. Ut Sole se pandit vapor in capite,

qui nares ferit. & ex aduerso, subito algore coguntur ad nares vapores. Sed cur semel, raro multoties obortitur, sed frequenter binis vicibus? Quia, responderet Cassius, bina sunt narium foramina: sternumentum fit excutiente se spiritu, fit ut alteram natum permeante spiritu & sternumento, sequatur & alterum. Sed ad mali euictionem abeamus. Si cerebrum ex intemperie calidâ laboret, alsiosum reddatur: sin materia circumfluat, illa excludatur, reuellatur, deriuetur oculorum ac narium permulsione, aurium vellicatione, pilorum tractione. Sed quidnam prognostica signa promittere audeat videamus. Sternutatio tempestivè facta, nullam cerebri oppressi, neque fatiscentis suspicionē præbet. Nam illa concussio, motricis naturæ est proritatem, si concutiendo excutiat quod sibi molestum est. Intemperie verò sternutatio vires deicit, plethoricis causis caput grauat, matrem pepalni expertem reddit. ut in phlegmone viscerum si euenerit, in febris, in coryza crudiore: contrà, si mitigato morbo euenerit. Laboriosè verò & indesinenter singultienti si superuenerit sternutatio, morbum exolut. Ita in Aristophane apud Platонem, qui cum singultiendo rumperetur, neque spiritum cohibendo, neque bibendo leuaretur, tandem ex prescripto Erisymachi medici, citata sternutatione, singultiendi finem fecit. Prodest sternutatio in caro & lethargo, ut ait Galenus De instrumento odoratus. At, ut scripsit Celsus, in pulmonis morbo, periculosum est sternumentum. pulmonis morbi sunt asthma, peri-pneumonia,

44. Pro-
blem.

Nette cur
non ster-
nument.

36. Pro-
blem.

Sol pro-
mouet ster-
numentum.

Externa
causa.

INDICA-
TIONES
CVRA-
TIVAE.

PRO-
GNOSIS

Singula-
tum.

Nam

deut

dipt

quib

lute

dam

tem

et;

fin

re

on

ca

mp

an

te

nt

ra

que

ste

pneumonia, phthoē. Nam concusſione fortissimā sternutamenti, lacerantur pulmones & inflammantur, vnde noua attrahendi occasio, vnde accessio sit causæ morbificæ, & infirmior redditur pars obſessa. In aliis verò morbis, vt febribus cum pēpasma, in apoplexiā, paralyſi, paraplegiā, epileptiā, lethargo, &c cōmate tum vigili, tum veternoſo, & etiam in abortuſisue partu difficiili, & puerperiorum suppressione, salutariter sternuunt. Nam in his triumphat natura de causâ morbifica, quam concutiendo excutit. Sed sternumenta temerè cienda non sunt, nec ante euacuationi operam dederis, & nō antequam mitificationi ſtudium ſuum dederit natura, maximè in cerebri ſymptomatis catarrhoīcis & cataphorīcis. Muliéres etiam hystericas reſtituit: parturientes à difficiili partu expedit, reliquias puerperiorum excludit, quæ uſte & Græci vocant. Atque in iis primo quoque tempore ſternumentū ciere oportet; ac ſpiritum cohibere, vt fortior fiat concuſſio, apprimendo nares & ora. Iam ad curationem veniamus. Nam etiamsi tenuē malum hoc videatur, attamen dum in febres incidit, caput replet, & vires proſternit: quibusdam etiam ſanguinem erumpere facit, inquit Āegineta: quare huic rēſiſtendum. Cassius mēdicus dum inquit, cur perſtricato oculo ſternurare censemus? An, inquit, quia ſic humor respirat? lacrymam enim extrudit oculus frictione, & incaleſcit oculus magis quam nares. quo fit, vt ſi nares fricando atteras, ſternumentum etiam cefſet. Fricetur igitur oculus, naſus, frons, pala-

tum, oſcile, ruſtet, hypochondria, preſſo ſpiritu, intendat, caput eleuet. vettat ſe in aliud latus, infundatur aliquid calidi olei in autes: puluini calidi ſub mentum ſubdantur. Vi-tentur acres odores, & ſomni excuſio. Spongiæ nouæ marinæ odor. Oribasius melanthium aridum lin-
teo excipit, manibus confricat: facit puppam, quæ odoretur. Vel vngan-tur nares myrrā vino odorato ſolu-tā, ſi à flatu ſit. Si à calore, psyllium & opium frequenter odorati inbet Nonus. Proderit etiam vnguentum roſatum cum oleo violarū vel nymphæ naribus inditum, & lac tepi-dum, vel decoctum psyllij naribus hauiſtum, gargarismus etiam ex aquâ frigidâ: & frigida ipſa in faciem ef-fuſa. Si à catarrho calido infenſante, is accidatur, ſantalā & roſae coquan-tur ex aquâ roſatā; is odor naribus excipiatur. Si ex pituitâ, aceto inco-que ladanum. Si à frigore fuerit, oleum lauendulae auribus indatur: & oleo rutaceo illinatur caput. Empiria quædam notauit: hæc iubet ut in aquam frigidam manus dimi-tat. præterea, vt ex altera manu tranſferat annulum in digitum impudi-cum. Quidam palmam altera manu confricant. Sed ſæpe ſternumentum confociatur catarrho: quâ occaſione iam de hoc dicemus.

CAPVT XXIX.

De CATARRHO, & primū
de curatione omnis FLVXVS
in uniuersum.

OMNIVM morborum vberi-mus ſons est ſuccorum fluxio. De fluxo
& quo
medio cu-
quare primū vniuersum de eius randus,

Q^{VI}I^D
fit.
*Mobilitas
id est, ma-
teria.*
*Causa ma-
teriarum.*
Vsuum.
*Terminus
ad quem,
id est,
pars recipi-
ens.*
*Auersio
ut molien-
tia.*
*Robera-
tio.*

naturā quædam adferemus mox de
Catastro agemus. Fluxio est motus
præter naturam materiæ alicuius, ab
vna parte ad aliam: quæ fit à vitio
partis recipientis, mandantis, vel
utriusque. Dixi esse motum: in motu
autem noscendum quid sit mobile,
quid mouens & terminus à quo,
quid terminus ad quæ, quid spacium
per quod. Mobile in corpore hu-
mano est excrementum: propterea
dixi in definitione, materiæ alicuius.
Hoc excrementum est crassum, vel
tenue. peccatque in substantiâ, quanti-
tate, vel qualitate. In substantiâ, ra-
tione formæ, vel materiæ. Formæ,
cùm est vel putridū & corruptum:
quod euenit vitio alimenti, vel in-
temperie calidiore, vel quòd diutiùs
cunctetur materia in membro; cùm
que in alimentum verti nequit, pu-
treficit. materiæ verò ratione, quòd
sit crassius, vel tenuius & aquosius.
In quantitate, quòd validâ copiâ cir-
cumfluat. In qualitate, vt prima, vel
secunda. prima, nam calidius, frigi-
dius, aquosius, vel siccus id erit. se-
cunda, hoc sapore, colore, odore no-
tatur. Causæ verò vi quarum talia
nascuntur excreta, aliæ sunt in-
ternæ, aliæ externæ. Internæ, cùm
intemperies totius corporis, vel alii-
cuius partis hoc excrementum pa-
riunt. Externæ, cùm res non natura-
les id agunt. Si iam ad usum hoc
vitium mobilis vettere velimus, hoc
id fiat ductu. Quod crassum est, te-
nuerit: quod tenue, incrassetur, quod
substantiâ sedâ peccat, euacuetur,
& causæ generantes id, absindan-
tur. Sed quia copiâ nimiâ peccat,
euacuetur: & si cum sanguine inn-
ctum, vena fecetur: alioqui purgetur.

Preparetur tamen quod nimis cali-
dum, vel viscosum fuerit. Ita de mo-
bili differendum: iam pauca De mo-
uente & De termino à quo protrudi-
tur excrementum. Hic est pars ali-
qua labefactata intemperie, vel malâ
conformatione violata: hinc enim
gignit, vel suscipit materiam: cui si
accederit colliquans vel exprimens
causa, illa effluet. Terminus verò ad
quem, est membrum recipiens su-
pernè, vel infernè; foras, intus. Hinc
duæ oriuntur indicationes curandi:
vna, mēbri recipientis: altera, man-
dantis. Ratione recipientis, curādum
erit ne amplius recipiat. Non reci-
pierit, si hæc gemina cautio adfuerit,
vt auertamus ruentem materiam
quām longissimè ad oppositam par-
tem: & vt pattem mittentem robo-
remus. Num verò illa auersio sit mo-
lienda phlebotomiâ vel pharmaciâ,
indicabit materia ipsa. nam si san-
guinea fuerit illa phlebotomiâ: si
cacochymica, pharmaciâ hoc molie-
mur. Alterum erat vt robur addere-
mus recipienti parti: quod etiam si
nihil aliud sit, quām redintegratio
membri in suum temperamentum;
in fluxibus tamen id fieri, reddendo
membrum durum, solidum, den-
sum: nam laxitas & ratitas cause
sunt fluxus. Quare in fluxibus robo-
ratio, erit astrictio membra recipien-
tis. astrictio fiet refrigerantibus &
siccantibus. Hæc de recipiente: nunc
de mandâ. Prohibebimus ne mit-
tens pars, amplius quid emittat ad
recipientem: quod fiet euacuatione
totius corporis, & partis mittentis.
Quod si celebratâ geminâ hac eu-
acuatione, adhuc succrescat in fluxu
materia, argumento erit intemperie
tentari

tentari partem mittentem. Si enim iam euacuatum cùm sit totum **corpus**, & etiam pars mittens ita, vt pars recipiens non habeat vnde attrahat nouam influente material, & tamen videoas fluxionem perennare, certo certius erit partem mittentem intemperie quadam teneri, quā in nouam fœta material rediditur. Ita enim, coctio labefactatur cùm partis, euenire solet. Quare intemperies partis corrigatur: vt si excrementa testentur frigidam madidamque intemperiem partem occupare, illa castigetur calidis siccisq. medicamentis. Ita Galenus catarrhum, qui in pectus se effundebat, frenabat triplici cautione: nam robur addit membro recipienti, totum exactè euacuat, & cerebro siccitatē adflat. Robur adferebat accipienti parti, frigidis siccisque niedelis, vt theriacā nouā: totum vacuat sectā venā, & pharmaciā. membrum mittens siccat cauteris, sinapisinis, dropacibus. Admonuit inter cetera Galenus, Calamitosē peccati à medicis in ineuntibus phlegmonis & fluxibus, dum fortis prescribunt aperientes meatus, non habitā prouisione de toto corpore impuro. dum enim totius corporis impuritas perseverat; inde pars mistens facile material fœdam mutarabitur, ac maiori impetu effundet se in recipientem: vnde gangrenæ. Sin non habeat vnde petat, pax erit. At humidis calidisque illis fortibus lavant se partes ratiōnes reddit: vnde grauior incumbit fluxio. Quare frigidis siccisque remediis roborandum potius esset. Sed ut ritè peragatur roburatio, partis natura rimanda erit:

nam caro aliter quam neruus haberi debet: cùm enim madida ac calida sit, non validē siccanda erit, & tenuiter astringentibus roborari poterit. nerui verò, cùm siccī sint, potentius siccandi. ita si eadem materia se in ventriculum atquo hepatis effuderit, variis discrepantibus que vtendum erit: nam lögē modestius hepatis tentari debebit. ventriculus etenim striatiorem vim absinthij perfert: hepatis verò carnosum ac tenellū membra, spicā ac rhabararo feliciūs roborabitur. Preterea, ratio habeatur officij cuius quæque pars roboranda dicata est. Quod enim principatus eius fuerit nobilior, eo minus frigidis percelli debebit: nam calido in foco is naturæ igniculus (qui functiones illas profert) nuncat. Imò cùm hepatis etiam in frigus flectendum, id non sine consociatione calidorum agatur: quod calidum natumvisceris sese erigat. Quin si pars ægra vicinam partem nobilem habuerit, ita strictione moderanda erit eius corroboratio; ne in vicinam illam partem quid exprimatis, & num sit excrementorum receptaculum accipiens pars erit perlungandrum. Hac ergo methodo curatio in fluxibus instituitur, duæ curatione à mobili, hoc est, humore, & à parte mandante, & recipiente. Sed, ne quid omittamus, repetamus quæ de mobili primū diximus, vtilitatis causā. Materia quæ ex aliquā parte effluit, cùm varia esse possit, variae etiam surgent cautiones medendi. Hæc materia est sanguinea, vel sanguinis expers. Si sanguis, hic peccat quantitate, qualitate, vel vitroque, cùm quantitate, euacuandum quantum vires ferunt.

Si qualitate in vitio fuerit, id habebit in modo substantia, vel quodd remiscentur ceteri succi. In substantia modo, ut cum sanguis fuerit tenuior, vel crassior. Cum is tenuis fuerit, cum tenui calore nativo, larga extractio huic noxia erit: nam facile resoluitur. Si crassior sit, primum attenuetur, deinde vacuetur. Quod si vicius sanguis sit, ob remixios ceteros: succos; notandum erit quo succo contaminetur, qui si biliosus fuerit, sanguis extrahatur, sed parce. Cum enim sanguini remisetur humor, modo is non sit crudus; nec plurimam à sanguine degenerari, sanguis quidem emittendus erit, sed parce: si modò non plurima circumfluat bilis, tunc enim primù illa clidatur, mox sanguis emittatur: aliquililla fiet effrevis. Ita transigendum: si materia fuerit sanguinea. At cum materia influens aliena fuerit à sanguine, illa purganda erit: sed primū preparetur. Præter hanc materiam reliquæ etiam fluxionum efficientes causæ, in censum vocandas: & si mala adsit temperies, illa abigitur. Si extrema adsit causa adformatum. Vetus ratio pugnet cum causa fluxionis: vt si illa fuerit crassa ac frigida, modestè erit tenuandum: ac calcificiendum. Ut hoc tandem addam: Omnis humor tribus modis fluit, orgasmo, dolotis vi, aut pars continens exonerat se in contentam. Orgasmo concitatatur cum copiosior effluit, liquefacta, vel iactata vehementius: & quasi malignitate quadam imbuta. Dolore, quodd attrahatur. Pars se exonerat ab his, quæ molesta sunt qualitate aut copia: vel quodd frigus eam exprimat, aut stri-

Gale. 4.
De sanita-
tuenda.

Reliquæ
causa effi-
cientes flu-
xum.

Humor
tribus mo-
du fluit.

etior feriens vis. Cur vero hanc quā illam potius incurrat partem, ipsa pars in causā est: nam hæc eam vel recipit vel attrahit. Recipit, quia continentur ab alia fortiori, vt adenæ, cutis; & si fuerit laxa pars: vel morbo fracta: vel quodd sit aliis subiecta, facilisq; in eam aditus. Attrahit, dolore & calore incandescens. Est tamen in parte ambelli interdum synanthismus humorum; cum eos coquere, ac dissipare nequit; quod etiam profert qualitas alimenti rebellis. Ita in omni fluxu, qui symptomæ est in exente mutato (nam est excremēti effluxio, motusq; præter naturam) examinari debet mobile, hoc est, excrementum; terminus à quo, hoc est, pars mittens: terminus ad quem, hoc est membrum recipiens: & tandem spaciū per quod, hoc est, partes per quas affluit materia. Materia in corpore humano detenta effluit per consentanea loca vel dissentanea. Si per dissentanea, ea erit auertenda, & frigidis medelis repercutienda: & omni cautione erit studendum, quod illi meatus conniveant, adiutique fluxio prohibeat. Hactenus percurlimus artem curandi fluxuum omnium: ex cuius cognitione, catarrhitè curationem auspiciabimur: quod ut bene fieri, primū videamus quidnam sit Catarrhus, & unde ille nascatur, & quibus notis se ille prodat. Nihil hic de diligentia nostrâ remittendum erit: etenim si usquam diligenter studio optis sit, sanè id hic magnopere erit intendendum, dum catarrhum multorum morborum parentem proscribimus. Nam, vt id semel dicam: cum Arculano, queaque argitudo hinc nasci potest. Quæ enim

*Cur pars
incurra-
tur.*

*Spacium
per quod.*

*De CA-
TAR-
RHO.*

*Catarrhus
que mala
adferat.*

enim

enim partes tutæ ab eius incursum
aures, oculos, nares, os, fauces, pul-
mones, latera, brachia, humeros,
lumbos, adenes, coxendicem, crura,
attus: & quas, quælo, non partes in-
uadit, & quæ non tædia profert?
Hinc apoplexiæ, cæcitatæ, pleuriti-
des, phthises, paralyses, surditates,
anginæ, orthophoræ, cardiacæ, feo-
ris, vesicæ, & tenuum phlegmone,.
dolores colici, alui, profluvia: illæ
morborum, ac vberrimus omnium
quætelarum fons catarrhus. Græcis
dicitur καταρροη & καταρρησ. hoc no-
men veteribus etiam latè se pandit,
nec solùm, vt doctissimi quidam viri
putarunt, illo, prolapsionem illam
quæ in fauces irruit, designarunt. Re-
centioribus, inquit Celsus, καταρρη-
σ dicitur. Hippocrates, ait idem
auctor, omnes destillationes vocat
coryzas: at nunc, inquit, in grauedi-
ne, hoc est, nares dum ferit, video
apud Græcos hoc nomen setuari.
Destillatio dicitur Latinis, & qui-
busdam Raucitas, & theuma, quin
Grauedo, & Influxio Calio Aure-
lianæ. Est autem Catarrhus, fluxio
excrementi emanantis è cerebro fo-
ras, præter naturæ legem: facta vel
ratione cerebri, vel partium conten-
tarum, vel ratione vtriusque, aut cau-
satum quæ à foris sunt, aut denique
omnium simul. Dixi id fieri præter
naturæ legem, nam cùm ex naturæ
lege agit cerebrum, exstillat quid
crassi exrementi in os in παχεῖ φύσιν,
ἀραι καὶ φύσιν. Diximus etiam, fluxio-
nem esse, propterea in hoc motu ex-
plorare debemus quid sit agens,
quid patiens: vnde, qua, quamob-
rem feratur exrementum. Cùm
enim fluxus sit, adest motus: & in

motu, vranè diximus, semper adest
mouens & terminus à quo, mobile,
spacium per quod mobile fertur, &
terminus ad quem fereatur mobile.
Agens seu mouens, & terminus à
quo, hic est cerebrum: hoc enim fo-
ras protrudit materiam, cùm incur-
ritur à talibus causis, quarum vi ma-
teria foras extra cerebrum excluditur,
vel quarum potentia talis subnascit
materia quæ caput infestare so-
let, aut cùm illæ cause adsint quæ
eò abripiunt intempiei caput, vt
facile ab his causis affligatur. Exclu-
dunt materiam foras à capite, hæ
cause, quæ materiam colliquant in
cerebro: vel quæ eam exprimunt à
cerebro. Colliquant, ea quæ calore
micant, vt aër calidior, & aroma-
tum vñus, cunctaque à vido calore
æstuosa. vt odoramenta, & vini vñus
immoderatio, balneorum frequen-
tia, largior perfusio capitis calida,
vomitus frequens, Sol, vnguenta la-
xantia, exercitium nimium, ira. Ex-
primunt autem è capite materiam,
quæ cause eosdem succos constrin-
gunt, vt frigus siccum, post austrum.
Subnascitur materia, ex iis causis
quas mox, vbi De mobili agemus,
enarrabimus. Causæ vero quæ eò
abripiunt caput vt facile à causis
morbificis illis intiadatur, sunt ma-
dores ac algores cerebri, cùm illud
frigidius & humidius est; deinde
raritas cerebri: tiam glandulae facil-
limè pituitam suscipiunt. Hippocra-
tes autem asserit cerebrum tanquam
magnam glandulam esse, atque ca-
put στεγῶν οὐκ εἰσιστει incumbe-
re: ideoque πίπερος καὶ σπόριαν νο-
μάτων esse. Adiuuantes ergo cause
sunt viae cerebri laxitas, exercitatio
partium

HOMEN.

3. Aph.

111.

DEFINI-
TIO.

partium superiorum & quies infernorum, cerebri imbecillitas, astuans caput in ventriculi cruditate: & quies nimia humectat. Et omnia que caput laxant nimium, eò adigunt cerebrum, ut facilè à causis liquantibus & constringentibus affligatur. Qui naturā caput frigidius vel calidius fortiti fuere, maximè cum catarrhis conflictantur. ut enim id quod frigidius est, secundo excrementorum prouentu luxuriat; ita id quod calidius, facilè rapit in se ex ventriculo totoque corpore omnes contaminationes, ac facilè cunctis à causis incurrentibus percellitur liquantibus aut constringentibus: est enim id poris peruum. Dum enim calidum caput copiam vberrimam vaporum in se proiecat, quam cum mitigare nequeat, iam tum, si superuenierit frigus, eam exprimit, non aliter ac spongiam aquâ plenam si quis preserit. Ita si australi cōstitutioni aquilonaris superuenierit, illico caput calidum ac rarū conceptam materiam exprimit in subditas partes. Hęc materia si diu in poris ac sinibus cerebri subsistit, aetimoniam induit: sin flatulenta fuerit, inde homines sternunt. hęc de motore. Mobile est excrementum quod velitationem mouet, è cerebro exiliēs. Cerebri autem excrementum geminum est, crassum, & tenui. Tenui surgit ex sumis, qui, per suturas disiici cum debebant, à frigore in cerebro restagnant. Crassum, est mucus, qui secundus est in catarrhos. Cū enim cerebrum indigeat alimento sibi simili, nimirum sanguine pituitoso, qui continent cerebro allabitur, plurimique alimento ob molem cum egeat,

Qv: D
patens
Mobile.
Gal. De
instrumento
adora-
tus.

3. Symp.
caus. 4.

cumque, ob imbecillitatem, totum nequeat in cerebri substantiam verti, sed solum id quod in eo optimum est, fit, ut reliquum, quod crassum aut tenue est, per nares aut palatum, vel aliunde excernatur. Sin ita luxuriat ut hęc effundibula ei patia non sint, catarrhi manant. Hoc sępe evenit, quod substantia cerebri sit porosa, eiusque situs instar cucurbita, vnde fætum est in excrementa. Hoc autem excrementum habet vnam vel plures ex his conditionibus quibus in vitio est: nam peccat vel in substantia, qualitate (nam copia semper in querelā est) tempore, excernendi modo & viā. Nam transfertur materia ad partes debiles ortu, vel casu, vnde interdū sit tumor, qui varius est ex naturā materię & partis recipientis: vel nonnunquam prohibetur transpiratio: inde febres periodicæ, quarum focus est circa corporis habitum. In substantia deprauatur excrementum, cum eius forma vel materia labefactatur. forma, à putredine: materia, cum in substantia modo vitium agnoscit, ut si aquosius vel lentius fuerit. Si putredine contaminatur, dolorificum erit pruritu vel ulceratione: & si per nares feratur, fætore molestum erit. Tale excrementum evacuandi dabit indicationem. Si absque putredine crimen agnoscatur, plerumque pituitosum est; est etiam sanguineum vel biliosum: huic phlebotomia solatio erit, si sanguini permixtum: alioqui, pharmacia. Qualitate etiam primā vel secundā extra naturae lineam abit excrementum. Secundæ notantur gustu, olfactu, visu. fætidum & nondorulentum, calidum est: acidum, friget.

6. De sa-
nitate
tuenda. 9.

friget. rubicundum à sanguine est: flauum, à bile. Sed ut recte indicationes curandi in usum ducantur, causæ erunt explorandæ, vi quarum hoc excrementum in cerebro gignatur. Causa est functio lœsa. lœditur functio, quia facultas coœtrix impeditur vel labefactatur: labefactatur ab intemperie, qualiscumque illa fuerit: frigida, calida (nam datur catarthus calidus & acris) frigida & sicca, calida & humida. vel ob materiæ copiam, aut qualitatem, vel ob externum errorem fatiscit. Copiâ vaporū si obruatur innoxium etiam cerebrum, quia ei par non est, effundit se in catarthum. Qualitate materiæ etiam labefactari potest cerebri coœtrix, quam qualitatem cerebri alimentum adduxit à cacochytiæ totius corporis, vel secoris aut ventriculi à contaminatione. Ibi enim habitant officinæ concoctionis ac prædium totius. Hinc facile clades maxima surgit distillationum: cum inde incultum alimentum in caput prosectum, illud non commode nutrit. Propterea dicebat Aëtius, incoctus cibus in ventriculo perseverans, nec infra excretus, in caput impetum facit. A foris fraudatur vis ventriculi suæ coctione, si cibus & potus non commodus nec commode exhibitus fuerit: ut si accesserit motus intempestivus, studium à pastu ilico: nam id dissipat spiritus. A rebus etiam quæ à foris sunt stopet interdum coœtrix vis cerebri: ut si febriles vapores cerebrum feriant, & effluant: vel si, ob accessum somnum, suâ anathymiasi fraudetur cerebrum. Id autem obseruabile, materiam catarthi frigidam, interdum

effundi à causâ calidâ: ut si pituita salsa vel acerrima materia, à frigescente cerebro exprimatur. & ex aduerso, si materia frigida è corpore, in caput calidum abripiatur. Quibusdam etiam à natalibus primis diebus imbellè est cerebrum: aliis, longâ passione fatigatum. Impeditur autem coœtrix cerebri facultas à morbis in malâ compositione qui caput fatigant: cum in eo obstratio vel astrictio obnascitur. Quidam doctissimi viri patant, cum cerebri amplissima medulla copiosissimo egeat alimento, inde omnes, tanquam de fonte uberrimo, catarthos excurrere. Sed nos non existimamus solius capitis excrementum esse tam copiose destillationis solum materiam: Cur enim non aliquando vapor ab inferioribus partibus in caput elatus, ibique cerebri frigore in aquam densatus, suo pondere delaberetur? Id in aëre euenire cotidie videmus, dum vapor è terra in aërem evectus, ac in nubem transfusus, deorsum suo pondere delabitur. Ita in nostro corpore æstuans iecur, vapores in cerebrum euehit: qui deinde cerebri frigore in aquam versi, protinus præcipitantur. Ita nouo ab alimento uberrima materia perpetuò in catarthum capiti aduehitur. Hæc de mobili & eius causis: iam de termino ad quem. Ut pars fuerit ad quam fertur catarthus, ita varia inuenit catarthus nomina. Effundit se catarthus in nares, os, aures, oculos; maximè in partes foris positis: nam alioqui catarthus dici nequit. Ita catarthus in pericranio interdum tumorem attulit, quo venarum per faciem & tempora in caput irrepen-

Patiens,
et termini
nus ad
quem.

tium ex-

tiū extrema desinunt, quin cunctos percellere potest artus, fons & origo plurimorū morborum. Cū ad nares, coryzam vocamus: Latini grauedinem, quod anticae ad frontem partes politae grauentur, ita, ut vix oculos erigamus. Cū ad os abit, proptie dicitur catarrhus: ubi guttur & larynx ferit, branchus appellatur, unde raucedo & artericum vitium: si ad pulmones, tussim, asthma, phthisis adfert. ventriculum non nunquam incurrens, temperiem & actionem eius labefactat. Quoties enim venæ capitales humore vel sero multo turgent, alimeti reliquias aliud alegant: quodsi sub cutem capitis has effuderint, quæ, præ cutis etatis, foras vaporate cum nequeant, turgescēt. ea cutem à calore diuelliunt. Via vero per quas desertur materia, dum extra cerebrum fertur, sunt vel lege naturæ consentaneæ, aut dissentaneæ. ex naturæ lege effetur materia per os, & si copia circumfluat, auribus, oculis, naribus funditur. Dissentaneas per vias manant: cū eliditur in gulam, larynx, pulmones, ventriculum: ita in spinam, & in sanguinem se laxat arteriosum aut venosum. Si in spinam, vel in eam se firmat fluxa materia, vel ad artus irruit: aut in nervos, accumbit, eorumve superficiem illinit ac perstringit, sensuq[ue] sine dolore succorū illapsum, non enim violatur nervi combinatio. Sin materia se ita ecceperit per nervi intimas, atrociter dolerit, quis si figuratur materia, paralysia, vel tonus tensionem adferet. Arterias cū iugulis fluxio, syncopen & palorum accessit. Venas si fatigari, quasvis incurrit partes,

*Variatio
minima ca-
tarri.*

*Quæ, vel
spacium
per quod.*

hinc angina catarrhalis, dum in musculos fauciam materia decumbit. Illud obseruabile, qui per spirabile corpus habent, catarrho non corripiuntur. Qui vero calido praediti sunt hepate, tenui ventriculo & sanguine, debili capite, stricto corpore, catarrho obnoxij vivunt. Maximè catarrhis obnoxios se faciunt, qui post usum balnei, aut ab exercitio, caput detegunt in aere frigido, flante Aquilone. Hactenus causas attulimus: iam symbola enarramus quibus haec dignosci possint: ut ita certò noscamus quæ sit causa mali. Mobile in catarrho est materia: haec vitium trahere potest in substantia, qualitate, vel quantitate. Substantia constat ex formâ & materia. Si forma ratio in materia labefactata fuerit, id indicabit foetor à putredine, quæ exstillanti materia inest. Cū vero interdum materia angustis ferratur viis, ita ut palatum non feriat foetidâ vi, eius contaminationem nobis aperiet idea doloris, quam intulit parti. Ulcerosus enim dolor à putridâ acriq[ue] vi succorum inferatur: cū in his excellat calor flammeus. Explorandum etiam num quæ putredinem inferunt, iu usum venient. Materiæ ratione si in vitio sit succus, is erit vel crassior vel tenuior quam naturæ lex postulat: vel viscosior, aut lentior: vel copia in vitio erit. Quare videridum quinam is succus sit, num pituita, bilis, melancholia, vel sanguis, id noscemos ex reagentijs quæ ore, naribus, oculis manat. Si oculis conspicua non sit materia, eam agnoscemus ex effectis. Ut si exercitio aliqua solemnis suppressa fuerit, hinc erit: ita menses vel ha-

*Qui infi-
cientur ca-
tarri.*

*SICNA
cautaria.*

*Retione
mobilia.*

Aferma.

Quid.

*A mate-
ria.*

rid.

Radic.

icat.

colan.

dam.

lute.

pro.

pre.

flag.

Notandum. vel hæmorrhoides præter morem suppressæ, sanguinem morbificum arguant. Cùm pituita vitium fecit, graue erit caput, insolens aderit somnolentia & segnities, visus & auditus hebescent. Sed cautè materiae huius natura erit exploranda, ne te ficta crassities fallat: mora enim in pulmonibus crassa euadit, exhaustis partibus tenuioribus, illa, quæ tenuis influxerat. Hoc ita deprehendes: si totum expectoratum crassum fuerit, influxit prima materia illa crassa: sed si peripheria eius fuerit subtilis, ac mediâ regione si crassities constiterit, hæc primū tenuis materia fuit: nam circumflue illæ partes tenuiores, iam iam influxere, necdum exhaustæ fuere. Ratione qualitatis vel calidum aut frigidum redditur excrementum. Si calidus fuetit distillans humor, actis plerumque erit ac tenuis, & caput incalescit, febremq. conseptariam sœpe trahit, rubetique nasus, in fronte, facie & oculis venæ tangent, ac facies rubet & calet, palatum etiam rubet, tussiculosi sunt, adeo sitis, titillatio puritus barium, & sternuit, arteriæ pulsant, cibi adest fastidium. Sapor in ore acutus, amarus, salsus, fastidus est à calore. Ruets nidorulentus est interdum à catarrhi materia quæ se in ventriculum præcipitat. Sed tamen videndum (quod aliquando euenit) numis nidor eructetur ex materia frigida, quæ à capite in ventriculum præcipitata, ibi in corruptelam abierit. Triplici enim de causâ materia in putredinem trahitur: vitio alimenti pravi delati in cerebrum: vel astu flagrante à cerebro, vel quia diutius ibi hærens, cunctando putrescit.

Dum enim in nutricatum partus non abit, putreficit: cumque inde in ventriculum dilabatur, ruets edit nidorulentos. Frigidum succum in vitio esse notabit sapor insipidus vel dulcis, & ruets acidus. Excrementum etiam nigrum aut viride, sine sapore aut odore, valido est à frigore. plumbeus pallor faciem occupat: tenditur caput citra calorem & rubedinem: præcessit frigidatum rerum usus. Copiam verò excrementi explorabimus ex partium afflictarum numero, & ex amplitudine tumorum, si qui effloruerint. Sed videamus iam quibusnam indicii in notitiam causarum, quæ hæc excrementa proferunt, deuenire possimus. Hæc surgunt vel à labefactate virtute, aut à rebus quæ à foris sunt. A foris, vt si vitium fuetit in rebus assumendis, agendis, admodum vendis, vt ab ictu, lapsu, si cerebrum labefactatum fuerit; ita esu caparum & allij læditur cerebrum. scribit Arculanus rosas & violas, ex proprietate, coryzas facere. & vinum potens, & somnus. vt etiam si venenum haustum fuerit: hoc enim elui nequit, ac ipsas corporis facultates peruertit, dum non aliter partium genium peruidat, quam Assyrium venenum lanam: quod nullâ atque elui potest. Vel facultatis visita frangitur, vt nequeat causis morbificis resistere. Hoc illi euenit à morbo temperiei, aut à stricto obstructivo cerebro. Si catarrhus iam iam prodromon agnoscat: carybatian, cui blandimenta suâ effusione attulit, certum erit obstructionis aut astrictionis vi primò natam hanc materiam fuisse. Sin, citra carybatiam,

6. Desa-
nitato
tuenda. 9.
Afriga-
re.

A qua-
tate.

Signa in-
certaria
causæ pro-
ducentes
recremen-
ta.

notes caloris vel frigoris in conspectu se dederint, natalitia sua referet in fractam cerebri potentiam. Et perpetuò in causarum indagatione, animaduertendum erit, num ex fundente calore, vel potius stringente à frigore effluxio hæc oborta fuerit: quod ex prodromis, quæ à foris sunt causis, facile animaduertes. Verecùè notes etiam vnde effundat se catarrhus, notabis num membrum aliud aliud quam caput in querelâ sit: si non, per idiopathiam erit. Pars verò quæ fluxū excipit succum, ipsa se ab afflictione aperiet. Si in arterias se precipitarit, suborietur palmos, lipothymia, modò inquinata fuerit materia malè: alioqui solum languescet inæqualis pulsus. Sin invenas labatur, sanguinē fœdabit, vnde cacoehymia: nā refrigerabitur sanguis, intumescetque corpus: vel obstructis venulis nutriti nequit corporis habitus, vnde febres & errones, vrinæ crudæ, pallidæ, cum spumâ, adeat lassitudo vltro oborta. Si in ventriculum sese laxari effusio, eius œconomia deiicitur. Ut enim variæ sunt corporis partes, & varij meatus quibus irrepit materia in partes, ita diuersis se symbolis proferent. Attamen peruestigabis num per idiopathiam pars lœdatur, vel à catarro: si à catarro, præambulonem habuit querelam capititis ille partium dolor. Si homo subitò exuitur voce, catarrhus non in pulmones, sed in nervos recurrentes, qui mouent musculos laryngis, incumbit. Si sensim id fiat à madefactâ tunica laryngis internâ, ac humectis id cuenit muscularis. Plerumque catarrhus est alonus, arthriticus, aut tussifet. Satis de naturâ

Note.
Termini
à quo, &
ad quem.

catarrhi: iam ad medicinam veniam, ac scopos medendi, ex perspectis eius mali causis, venemur. Scribit Aëtius rimandam esse causam ac diætam precedentem, ac ita contrariis remedii pugnandum: frequenter enim ex causis procatarrticis caput impletur vel infirmū redditur. Sed proprius ad rem eamus. Cùm catarrhus sit fluxio emanans à cerebro ad subiectas partes, facta vel ratione cerebri, vel partium inferiorum, vel ratione utriusque, aut vi causarum quæ sunt à foris, aut omnium harum consociatarum, consequatur est, horum nos rationem habere debere. In primis se offerunt terminus à quo, nimirum cerebrum, & terminus ad quem, qui est pars recipiēs. Quare indicationes sumendae etiam ab horum natura. Natura autem membrorum cùm consistat in consideratione substantiæ ex quâ pars coaluit; vt an ex carne, venis, neruis, arteriis: & in notatione modi substantiæ, vt num pars sit naturâ laxa, solida; quâque temperie illa sit perfusa, vt num calida, frigida: quâ sensibilitate sit prædicta, nobilitate, operatione, situ num profundo, quâ societate cæteris sit nexa: sanè hæc omnia, in catarrhi curatione rectè instituendâ, in censum erunt euocanda. Nam vt varia erit excipientium natura partium, ita variè nascentur medicinarum indicationes. In primis ergo videndum erit, ne pars amplius recipiat materiæ influxum. Hoc fiet corroboratione membra impropiè ita dicta, hæc fit repellentibus, astringéntibus, & auersione. quæ auersio perpetuò locum habet: non aquæ tamen hæc iam dicta.

INDICA
TIONBS
curatio-
nis.

Indicatio-
nē
à termino.
ad quem.

*Si ad pe-
diis.* dicta corroboratio, nam materias, quæ per spirabilem partium venas defluunt, non rebus quæ foris adniuentur, repercutiemus: id enim periculi plenum; cùm refrigeratae illæ partes aptiores fluxibus euadant. Quare assumendis in rebus hæc adsit repercutiendi vis. Sed hec non sint cuiusvis generis, quale est philonum: verum gerant vim non admodum frigidam, nec stricta vi obstruentem, ne pectus exasperent, qualia sunt electaria facta ex succo granatorum, balaustiorum, mespilorum. Cùm enim hæc arteriam exasperent, tussim prouocent, pituitam pulmonibus illapsam siccant, hinc asthma, & sputum sanguinis. Sint igitur hæc roborantia moderatione quadam frigida: imò tempore quadam perfusa, talis est theriaca noua. Olim inuisi quandā mulierem perniciosa tussi fatigatam, adeò, vt neo interdiu nec noctu somnum admitteret. huic, postquam omnium medicorum suorū medelas frustra tentasset, theriacam nouam propinavi, ac mox fugatā tussi, redintegrata fuit. Præbemus etiam diaspermation: vel etiam modestè siccantia, vt conservam rosarum, cuius vsu asserit Auicenna se phthisicos curasse. utimur etiam syrupo myrtillorum, syrupo de iuiubis: hæc leniter astrigunt sine exasperatione. syrups de siliquis cum bolo, sanguinis sputi metum aufert: nam stiptica lenientibus hic consocianda: & acida, si quæ ad incidendum præscribi debeant, dulcibus remisceantur. Nisi enim catarrhus in thoracē illapsus, intra vigesimum diem expectoretur, asthmatis metum adseret. Recipiens

ergo pars roboretur, ne amplius materiam admittat, & reuelatur ea materia ab affligendâ parte. Membrum verò mandans in catarrho est cerebrum: hoc fabricam suam habet ex substantia medullari, membranis, venis, neruis, arteriis, & plurimis foraminibus. Indicatio hinc fiet, materiam commode duci ac trahi posse per laxos meatus. ratione verò situs, cùm sit in superioribus, quod, si phlebotomia opus fuerit, ea commode fiet cephalicā in venâ. Quod ad cerebri temperiem attinet, ea est frigida & humida, indeq; lasciviens quedam pituitæ copia; vnde evacuandi nasceretur indicatio per meatus emunctarios quod fit apophlegmatismis & errhinis. Tandem roboretur caput quod generat, vel suscipit materiam. &, si illi astrictio adsit, ea abigatur: si raritas roboretur. si intemperies, siccetor caput dropacibus. Loca etiam per quæ latitutur catarrhus indicabit agèdi modum: si enim feratur per venas, phlebotomiam denunciabit salutarem fore: vel per urinalia remedita eam abduci posse, modò materia non admodum sit cruda. Quod si materia viam fecerit per asperam arteriam, bechicis remediis ea euocabitur: si per gulam decurrat, vomendum esse significatio fiet, si modò vomat ex facili, nec cephalalgiae aut ophthalmiae fuerit obnoxius: cùm enim ab his metus est, secessu aluiño felicius excludetur. Per' neruos & spinalem medullam cùm viam affectat, & si ibi materia frigida moram necat, aderit indicatio eam coquendi & digerendi, attenuandi, ac evacuandi efficacissimis remediis, qualibus

*Indicatio
à termino
á quo.*

*Indicatio
à lano
per quod.*

*4. Sanit.
tnanda.*

*Sed fluit à
cerebro
& tuta
corpo.*

fugamus spasmum. Quodsi mem-
brum vnde dimanat excrementum
non solum fuerit cerebrum, verūm
etiam corpus vniuersum, nascetur
in primis indicatio euacuandi totius
corporis, dein capitis, postea corro-
borandi. Totius euacuatio fiet phle-
botomia: tum quod pituita per ve-
nas defluat, tum vt ea auctio fiat,
ne rufipatur vena, vel totum eu-
acuabitur pharmacia, si extra venas
illi succi constiterint, vt si pituita
ventriculum occuparit. Postea ad
capitis euacuationem erit eundum
apophlegmatismis, erithrinis, garga-
risinis. Dein caput erit roborandum.
duplicia sunt roborantia; quedam
impropriè ita dicta; vt cùm, strictâ
quadam remediorum vi, ita arcta-
mus membrum, quod a grè se aperiat
allabentibus succis. altera quaè pro-
priè dicitur: corroboratio fit, cùm
membrum reducitur ad naturalem
habitum à quo abiit: hoc fit, calidi
innati, spiritus, humorum, ac solida-
rum partium reparacione. ergo cùm
caput labitur ad intemperiem frigi-
dam & humidam, calore & siccitate
erit reuocandum. His noratis, ani-
maduertemus etiam materiā fluen-
tem, quaè sui euacuationem indi-
cat, quod copiā vel qualitate vitium
fecit. si crassa, attenuandi: si fuerit
frigida, vel calida, moderanda: si
irruatim partem principem, cuius
officio vita caret nequir, renellendi;
& intercipiendi. Hoc est quod scri-
bit Galenus quanto Methodi, cauen-
dum ne aeger sanguinem spuat, erosio
pulmone, sed ut expectoretur mate-
ria: secundò, vt roboretur recipiehs
membrum, & materia corrigatur:
tertio, vt prouiso capitil habentur
autem.

*Indicatio
à nobis.*

Ergo phlebotomia quibusdam vtilis
etit, aliis purgatio: vt mulieri Ro-
manæ euenit: & elysmis, bona diæta,
theriacâ, diaspermate, & tandem
quaè siccant caput viendum. Ablato
excremento, vitium, ex quo euenit
excrementum, castigetur. Propterea
causæ proferentes excrementum no-
tae esse debent. Producitur ergo ex-
crementum quia virtus laeditur: id
fit rebus quæ sunt à foris, vel ipsa
labefactatur, aut impeditur. Si à
rebus quæ à foris sunt illa affliga-
tur, haec amoueantur. Si labefactetur
à violatâ tempetie, illa restituatur
calidis vel frigidis, vt opus fuerit: si
calor & squalor adsit, madefaciendu-
m, ac algiosam vim inferemus.
Quare rectè distingue causas. Si im-
peditur virtus vt ab astrictione, la-
xetur ea. Si adsit causa colliquans,
frigefacendum: si exprimens, calfa-
ciendum. Quare primò totum cor-
pus euacuetur & pars: secundò fiat
reuelsio ad opposita: tertio, vitium
in membro corrigitur, & recipiens
roboretur. Iam ad Prognosin abeo:
Breue malum, inquit Celsus, sed ne-
glectum; longum esse consuevit. Fit
catarrhus in thorace interdum: qui
si diu permanerit, & pulmones in-
uaserit, phthisin insanabilem facit:
maximè si putredine fœdatus, falsus,
& actis fuerit. Calidus catarrhus in
iuienibus & biliosis est periculosus:
nam efficiā in senectute est irreme-
diabilis: quod nec materiam cru-
dam mitiger senex, nec rectè expe-
ctoret, ob laterum infirmitatem. Qui
fit à perenni capitil dolore, a grè
cufatur: quod frangatur ita vis cere-
bri, & quod noua semper materia
atrahatur. Calidus caput quod est,
à rebus

P E O-
G N O S I S .

à febris quæ à fôris sunt facile ini-
catarrhum rapitur; ob pororum di-
latacionem, qui vèrò frigidore sano
capite, à causis internis potius afflu-
guntur. Humidum caput facile ab
vitisque his causis percellitur. Qui
catarrhus per idiopathiam afflito à
cerebro evenerit, si diu persenerat, &
raro curatur; calidus catarrhus à can-
sâ frigidâ motus, & grê curatur; atta-
men is ægrius, qui, à causâ frigidâ,
materiam frigidam etiam agnoscit.
Si ad inferiora se præceps catarrhus
demiserit, laesis præcordiorum vi-
talibus locis, aquas infigit, inquit
Q. Horatianus, & tandem pedum
loca occupat, difficile remouendus.
Testatur Arculanus, spleneticos non
esse catarrhos, ob materie crassi-
tatem, & partis excipientis huius in-
firmitatē: & ex aduerso. Sed maximè
destillationibus fatigantur, quibus
cor, vel hepar, vel renes feruent, im-
belli capite. His periculum est, ne
humor præceps in pulmones se vol-
uat. vnde Cellus, Nihil pestiferum
est, nisi quod pulmonem exalcer-
at: & Arculanus testatur se plures
vidisse, qui vigintiquatuor horarum
spacio suffocarentur, qui etiam in
arterias protuit, petriculi plenus est.
Tempestate Austrinâ à catarrhis na-
scuntur anginae & velsi ad ventricu-
lum habent; appetitum lâdent: non
enim omnis frigidus succus est au-
tor famis, sed cui iungitur siccitas.
His rectè perspectis, ad medlam
nos retinemus. In primis perlustra-
num catarrhus & causa eius conue-
niens: interdum enim à liquante
calore funditur materia frigida: &
ex aduerso, materia calida exprimi-
potest à frigore. Tunc animaduer-
te

mus quidnam grauius vrgeat: mul-
tom tamen causæ tribuendam: Ra-
zes enim calfacit eum in calido
catarro, & in catarro frigido, cùm
ab ardore vel Sole enatus fuit; frigi-
dis vtemur. In leui tamen causâ, &
fotii catarro, primum de catarro
solliciti erimus, non neglectâ causâ.
Si irratia catarrhus è toto corpore, ut
si febri, implicitum id fuerit, illa cu-
retur, non neglecto catarro. Cautio
ad sit, vt initio abstineas ab omni agi-
tatione fôris & intus, vt à sternuta-
tione. Sed èstne venâ his secunda? Si;
inquit Razes, vsu lintei calidi non se
reinserit affectus, vena erit secunda.
id enim denotat materiam sanguini
esse remixtam. Hoc notabis maximè
si facies rubeat & oculi, cum tensio-
ne venarum. Alioquin, cùm nullæ
notæ grauis plethora se proferunt,
& si nec pulmones nec latera male
afficiantur, aut mammae doleant,
sola pharmacia satisfecerit. Frigidus
enim catarrhus à febre mitescit: illi
ergo non sanguinis blandimentum
admitendum est. Sed ubi caput cor-
pusque calent, ac salsus succus si fue-
rit, cùm materia quæ à sanguine non
longè abit, venam aperire licet, cùm
de spirabilibus periculum est parti-
bus. Plerumque magis purgatione
quam vene sectione catarrhis opus
est: quod cacoymia potius quam
plethora fatiger. Quare parcâ manu
sanguis elidatur; & maximè adsit
studium vt catarri succus tempe-
refur. Razes in catarro calido, ab
extérno frigore qui exptimetur, secat
venam, si à pannorum calidorum
admissione non substiterit: mate-
ria enim vberatatem hoc denunciat.
Quæ vena pertundenda: Razes secat
cephalicam.

C H I -
R. V R -
G I A .
Pulmone-
mia.

r. Me. 7
thod. 15.

3. Aph.
16.
1. Symp.
enf. 7.
2. Aph.
20.

CYR.
XIO.

Cauteria.

Confilio
36. pro
nobis Ve-
nenos.Si ad spi-
ram.

cephalicas v. si à suppessis fuerit
mensibus, sapheia aperiatur. Cucur-
bitæ lumbis affigantur. Cauterorum
commodus vius est, ob perennem
materiæ generationem, ex partis fra-
etâ œconomia. Imprimatur id capiti
fensim, cum stylo tentando. Nam
commodè capiti inferri debent: alio-
qui damno esse solent, vt prudenter
admonuit Montanus, vbi ait, A cau-
teriis capiti adhibendis, etiam si vi-
derim in his magnos effectus, ab-
horreo: nam raro commodè ea fieri
posse scio, & vt bene fiant, magnum
semper adest periculum. Et vidi ego
Venetiis puellam, & Patauij adoles-
centem, utrumque à catarro non
desperato, ab admotis cauteriis mi-
serè periisse, cum tamen ab excellen-
tissimo chirurgo & sine dolore
fierent. Huius vero causam existimò
fibras illas duræ matris transeuntes
meatus cerebri, & alligantes cere-
brum cum nervis commixtis, qui
sunt valde sensibiles, vnde facta
aduertione ad os usque, illæ partes
facilè lœduntur, inde spasmus. Præ-
terea sunt quædam capita qua ha-
bent suturas valde largas per quarum
cōmisiuras maiores etiam duræ ma-
tris portiones trāseunt, quæ proinde
facilè lœduntur. Si tamen hæc bene
iuponantur, ita vt non adurantur
nervi, prosunt. Sed inde est pericu-
lum. propterea Galenus non memi-
nit cauterij, sed vesicatorij, vbi de
pulmone periculum est. Arabes po-
tiorem cauteriis fidem dedere. Sed
illico agendum, periculi plena hinc est
mora. Suture coronali imprimatur,
si ex idiopathiâ laborarit cerebrum:
aliо qui crutibus. Si in spinam se pre-
cipiter è capite fluxio, adeo vt gib-
berit deo

bositatem molitur, ea intercipiatur,
impresso cauterio super secundam
ceruicis vertebra. Locus digito fa-
cilè percipitur: nam prima vertebra
caret processu. Ab impresso cauterio,
illico lineamentum impone madens
liquore, qui factus sit ex aquæ rolae &
vnciis diabos, aceti vncia, & albu-
mine oui. Sedato dolore, escharam
amoue, impositoque tetrapharma-
co, ex duplice pice nauali, colophoniâ,
& vitulinâ pinguedine, hæreat
per triduum. Quo amoto, obturatur
foramen globulo cerae, & folium
hederae superpone, vel folium bras-
sicæ calidum axungia illatum: ita diu
patebit. bis die mundetur. Vt can-
thrides cum fermento ponè aures
apponimus. Aut sinciput abrasum
fricatur cæpâ, & sinapi vesiculæ ex-
citantur: excisis brassica imponitur.
Vel accipe nigellæ torrefactæ vni-
ciam; sinapi, thuris, cuiusque semini-
ciam; masticis drachmas binas; fæcis
columbinæ, farinæ hordei, singulas
vncias; oxymelitis scillitici quod suf-
ficit vt fiat cataplâma: impone fe-
gioni suturæ coronalis. In summo
fluxu accipe ladanum, & gummi
elemnum, cum myrrâ: fiat ex his
emplastrum capiti admouendum.
Quidam, in vertice capitis, magnam
capillorum pattern vellicant vehe-
menter, donec crepitum cutis ab osse
recedat: ac ita coryzam & destilla-
tiones sistunt ex utraque causâ. Pri-
mò frica capit: secundò cucurbita-
tum admoue: tertio emplastrum im-
pone, & da vnam pilulam ex styrace
cum somnum imbit. vel da theria-
cam nouam. Quantum ad phlebo-
tomiam, Græci & Arabes nullam
admittunt, nisi ad sit plethora, gene-
ratioque

Compen-
dium cu-
ratiuum.

*Hoc est,
tempus
omnia
conco-
quere
solet.*

*Prepa-
ranta.
In mate-
ria frigi-
da.*

ratioque catarrhi à causâ calidâ, vt pote hepate calidiore, & subtilissimo in sanguine qui prolabitur in partem cuius officio vita carere nequit; & si febris iunxerit se. Et cùm ex fluxu suffocationis imminent metus, aut phthisis: si non ad leuandum ægrum, saltem ad reuellendum humorē. Hactenus de venæ lectione: iam de pharmacia. Ut materia morbiſica varia est, ita etiam lenientia & purgantia medicamenta differen- tia præscribentur. Nam bilis felicit̄ syrupo rosato; pituita melle rosato laxatiuo: melancholia dilutio polypodiij, egithymi, fumariæ, & foliorum senē excluditur. Sed non ilico ad purgantia h̄ic receptus erit: quin potius primū dometur aliquantulum catarrhifera materia. Nam vt scribit Plutarchus ad Apollonium,

Ἄστρον τὸ τάρτου μητέρων εἴαθες: nec, inquit, optimi medicorum, ad copiosos affluxus catarrhi statim pharmaca adferunt, sed sinunt maturescere. Quin id etiam in animi affectibus verum esse, Oceanus, apud Æschylum, prodidit: qui Iouem non in primo iracudiæ seruote; sed postquam iram concoixerit, orandum esse Prometheo suadet. Quodsi ergo inducias materia dederit; si sanguini remixa fuerit illa (separetur vt facilius coctrice vi, vtique promptius excludatur) præparanda erit: vel saltem meatus corporis meabiles fiant: ne fiat via vi. Si materia frigida fuerit, vt enim decoctis & syrups ex betonicâ, scabiosâ, prassio, hyssopo, salviâ, maiorana, capillis veneris, stœchade, liquititia, passulis, botryde, calamo aromatico; melle rosato, oxymelite, syrupo betonicae, stœcha-

dos, capillorum veneris, de duabus & de quinque radiebus, de prassio, cum decocto pectorali. Vt hoc modo: Accipe syrapi de hyssopo, de stœchade, mellis rosati colati, cuiusque fescunciam; decocti betonicæ, maioranæ, adianthi, libram: fiat iolabium. Aliud: accipe radicum rufi, asparagi, graminis, aconi, liquititia, singularum semunciam; betonicæ, melisophylli, hyssopi, maioranæ, adianti, singulos manipulos, vuarum passarum, si cuum (ob pectus) cuiusq. fescunciam, florū stœchados, roriferini, singularum pugillum; trium florū cordialium pugillos duos: coque ex aquâ, ad libram: dulcoretur saccharo, & aromatisetur nucis muscatæ & iridis, cuiusque fescunciam, drachmā: bibatur in diluculo diebus quatuor. Si materia h̄ec frigida fuerit tenuis & aquosa, præscribemus calida & sicca: talis est syrups de myrto, cū melle rosato, milceantur cum decocto thuris, gumi iuniperini, nucis cupressi, macis, caryophyllorum, summachij, coriandri, schœnanthi, radicis cyperi, masticis, adde semper quid glycyrrhizæ. Quodsi catarrhi materia fuerit calida, absint aperientes syrups. syrups violaceus optimus est, pandit enim alas pulmonum, ac frenat efferam bilis vim. Consert syrups nymphæ, iuiubarum, papaueris, semen psyllij utile est: dantur syrups cum decocto hordei. Accipe lactucæ, endiuiae, portulacæ, boraginis, violatum, nymphæ, singularum manipulum; feminis melonum, cucurbitæ, lactucæ, cuiusque drachmam, glycyrrhizæ, passularum singulas vncias; pruna decem: coque ad tertiae partis consumptionem, vt restibilis

*In subtili
materia
frigida.*

*In calida
materia.*

restibilis sit hora; adde syrapi papaveris, & violati, cuiusq. sescunciam: fiat potio, quæ drachma cinnamomi aromatizetur. Initio addes syrupum papaveris, vel diacodium. Aliud, Accipe serapij iuiubini, & violati, cuiusque sescunciam; aquæ hordei libram: bibat per triduum in diluculo. Aliud, Accipe glycyrrhizæ vnciam; iuiubarum, sebesten, singulorum semunciam; seminis papaveris albi, sesquidrachmam; trium florum cordialium pugillum: fiat decoctio ex aqua, ad libram; dulcoretur sachcharo, & aromatizetur sesquidrachmia santolorum citrinorum; bibat in diluculo vncias quattuor. Aliud, Accipe foliorum lactucæ, endiuæ, portulacæ, violariæ, singulorū manipulum; iuiubarum, sebesten, cuiusque xij. seminū quatuor frigidorum majorum vnciam; seminis althæ drachmas duas; florum cordialium, rosarum, & papaveris rubri, singulorum pugillū; glycyrrhizæ vnciam: fiat decoctio ex aquâ hordei ad libram: in colaturâ dissolute sacchari penidiati, & syrupi violati cuiusque vncias tres; pulueris diatragacanthi frigidi binas drachmas; santali albi & rubri, cuiusque scriptulos duos: fiat apozema: vtatur eyatho manè, & ante cennâ. Paucæ remedia frigida inuenias pectori, catarrhis obsesto, commoda: propterea aliquantulum fusiùs illa descripti. Cùm naturæ vi materia catarrifica à cæteris succis separata est, excernatur pharmacorum vi. Materia cùm est calida, tenuis, quæ ad pectus habitur, homo excipiat cassiam ex vnciis tribus fistulatum eius: sumat horam ante prandium: vel capiat mannam ad.

Purgan-

zia.

Bitem.

vncias tres. Accipe mannæ, penidiorum, singulas vncias: adde syrumpum rosatum laxatiuum, qui paratit cum rhabarbaro: diluantur cù aquâ cichorei cui incoxit tamarindorum semuncia, & aliquid rhabarbari, si ita videtur: vel iunge quid electarij lenitiui. Aliud: Accipe syrupi rosati laxatiui vncias duas; scilicet laetiæ vncias tres. Vel accipe rhabarbari sesquidrachmam; tamarindorum semunciam; macerentur horis vigintiquatuor in aquâ endiuæ: colatura expressæ adde syrupi rosati laxatiui vncias duas, fiat haustus. Aliud: Accipe electarij lenitiui semunciam; electarij de succo rosarum drachmas duas; syrupi violati vnciam; decocti pectoralis vncias quattuor: misce: sumat in diluculo. Sapientius, dum circumfluit humor, hoc agendum antequam sistas catarrhum. Si suffocationis periculum imminet, statim initio, antequam præpares, pilulas pilule purgatrices præscribe: vt pilulas aureas, quibus grana tria vel quatuor scammonei iunge. Qui sœpe catarrhis conflictantur, talè massam apud se seruent: Accipe massæ pilularum sine quibus, & pilularum ante cibum, rhabarbari puluerisati, specierum hieræ, singulorum drachmam; aloës non lora, ad pondus omnium: macerentur in infuso scriptolorum duorum agarici recenter trochiscati, infusi in syrupo rosato laxatiuo: fiat massa: sumat drachmam. Si adsit tussis, miscebis pilulas aureas cum pilulis de agarico. Razes ad tuessim vna collineans, ita, Accipe iuiubas viginti, sebesten triginta; passularum vnciam; violarum semunciam; glycyrrhizæ drachmas quinque; fucus decem:

Pituitam. decēm: coque ex tribus aquā libris, ad duarum partium exhaustionem, & colo trāiciatur: colatur: adde cassiae drachmas septem; manna drachmas decem. Idem laudare videtur Aurelianus: nam materia non est validē agitanda, sed potius sistenda. hæc sententia Cœlij Aureliani, qui ait, Si vēter officium suum non agnouerit, simplici ventris laxatiuo vtendum erit. Polypodium proprietate quadam vacuat materiam sal-sam. Si pituita fuerit molesta, purgetur agarico, pilulis de agarico misce coccias pilulas. Accipe barbari, agarici, aloēs, cuiusque drachmam; zinziberis, nucis moscatæ, caryophyllorum, singulos semiscriptulos; in puluerem singula per se vertantur: consperge succo rosatum puro: siccentur; & id repetatur sexies: & cum oxymelite fiat massa. Diacatholicum, electarium Indum, diacarthamum, pilulæ aggregatiæ, masticinæ, hæc pituitam ejiciunt. Accipe agarici recenter trochiscati sese quidrachmam: macera in decocto betonicae, adianthi, stœchados, cum decocto pectorali: expressioni adde catholici semunciam. Aliud: Accipe agarici recenter trochiscati drachmas duas; zinziberis scriptulum; vini vncias duas; aquæ absinthij & fæniculi, utriusque vnciam: colla, expime: adde electarij Indi maioris drachmas duas; oxymelitis scyllitici semunciam: fiat potus. Myrobalani utiliter præscribuntur, ob strictam vim quam à facta purgatione relinquere solent in partibus. Prouisione habitâ de toto corpore, cum nimirum illud ab onere premētis materia expeditum est, ad capitis euacuationem acc-

demus. Id euacuat per os, & nares. quare apophlegmatismis, gargarismis, & errhinis vtetur. Ea tamen *Cautio-* cautione, vt à gargarismis abstineamus, vbi tenuis est materia: & etiam cùm materia in pectus irruit: vel si homo obnoxius fuerit tabi, vel asthmatis: aut si suffocationis periculum adsit, spirabilibus partibus op- pressis ab influente materiâ, & si vbetrimâ copiâ catarrhus in visio sit. quin etiam si ad fauces, & ventri culum se præcipitatit materia, pax sit cum his quæ in os prolectant ma- teriam catarrhificam. Tunc enim er- *In calido* rhinis potius indulgendum & ster- *catarrho.* nutatoriis. Sed tamen, dum cruditas materiae refragatur, hactenus cun- standum à sternutatoriis, dum illa ad pepasimum venerit. Attamen gar- *Garg. riſ-* garismi rectè præscribuntur in cali- *mis vbi* locu- do catarrho, si hi fingantur ex rebus astringéti bus; vt ex aquâ rosata cum syrupo papaueris, vel diacodio: sed melius hæc ore solùm tenentur. quin etiam locum habent in crasso catarrho, ex oxymelite scyllitico. & etiam dum metus est ab anginâ, tunc dia- moro utimur. his ergo tribus in locis utilis est gargarismus. Quare vt ex- ctius hoc dicam, vbi ad pulmones labitur, his non vtetur: nec in calido tenuique catarrho gargarismis; sed ea quæ crassefaciendi vi splen- dent, ore tenentur. nec etiam his indulgendum in magno subitoque oberto catarrho, dum enim cum im- petu affluit materia, hoc decoctum ore teneat: Accipe radicum glycyr- *Sifentia* rhizæ, cyperi, boli, corticum thuris, *catarrhi.* cuiusque binas drachmas: myrtillo- rum pugillum vnum: coquantur omnia aquâ plantaginis: colatur: adde

adde diamori fescunciam; mellis ro-
sati semunciam: hoc astringit & le-
nit. adiici possunt passulae, & papauer
album in tenui materia: si enim illa
non tenuis fuerit, satis faciet syrpus
glycyrrhizae. aut aqua frigidâ garga-
riæ cum syrupo myrtillorum, gra-
natorum, cydoniorum, papaueris.
Vel fiant trochisci ad eundem usum:
Accipe radicum cyperi, thuris, ma-
sticis, cuiusque semidrachmam; boli
Armeniae, abluti aqua rosarum, vel
terra sigillatae, drachmam; gummi
tragacanthi vnciam; carnis passula-
rum non mundatarum semunciam:
cum syrupo violaceo vel papaueris,
si admodum tenuis sit materia, fiant
trochisci, qui ore teneantur dum
materia fluit. Si materia admodum
acris fuerit, usui erit gargarismus fri-
gidos ex syrupo myrtino, & rosato
de rosas siccis, ex aqua vel decocto
plantaginis: vel saltem ore teneatur.
Quodsi catarrhus dignatur ob cranij
densitatem (hoc enim euenter senes-
centes boues indicant, quibus quoddam
densius illis cranium euadat, nec
cornua amplius incrementa ducant,
dentes corrumpuntur illapsu succo-
rum) phoenix usui erunt, queque
capiti admota reuelunt succorum
effusionem. ego decocto chamæmeli
& meliloti ex lixiuio souere caput
soleo. Interdum sinapisum capiti
inferimus: vel fermentum cum can-
tharidibus & aceto horis duodecim
capiti imponimus: hinc vesicæ, quas
aperimus, ac brassicæ folio axungi
illito tegimus. Sed die quinto inno-
uanda est haec vesicatio, ad quadra-
gesimum usque diem. Vaporationes
conferunt calidis catarrhis. Coque
in aceto rosas & myrtum, fiat vapor

super ignitum lapidem. Ita fanta la &
cortices granatorum interim semina
cydoniorum ore tenentur. Scribit
Aurelianus, omnia quæ caput impleret
esse vitâda, maximè accessionis tem-
pore. In linimento vero, atque inter-
iecto tempore, per interualla adhi-
beri poterunt. Quare reiicit odorata,
ut iridæ, melanthium, anisum, cumi-
num, rutam, myrrhæ, thus, sulphur:
nam, dicit, caput implent. Accipe
fabas quæ torreantur, & in aceto
maceratas odorentur. Studendum ut
sistentibus noctu & à cæna utamur:
quæ enim insedit iam spirabilibus
partibus materia, debet expectorari:
sed noctu eo fertur maximè materia:
nam somno intro succi repunt: tunc
diacodio ac tragacantho fruantur.
Sed de die expectoretur materia
(nisi violenter irrituat) syrupo violato,
non papaueris: nam is expectoratum
non promouet. Quare magnâ reli-
gione ad sistētia venimus. Nisi enim
grauia urgeant symptomata; sisten-
tibus non vteinur ante humorū pur-
gationem ac eorum reuulsionem.
Attamen si ita effundat se humor
in pulmones ut gravißimam tuſsim,
vigilias, metum suffocationis aut ex-
ulcerationis acerrimâ vi adferat, ili-
cò, & ante purgationem sistimus
hunc effrenem motum. Ut theriacâ
vitium nouâ, vel philonio cum de-
cocto olibani; diacodio, pilulis de
cynoglossâ, syrupo papaueris; deco-
cto portulacæ, papauercis, boli gum-
mi iuniperi, cum diacodio. Accipe
rosarum rubrarum manipulum; se-
minis papaueris albi, olibani, cuiusq.
fesquidrachmam: coque ad libram:
adde syrapi papaueris vncias tres;
syrupi glycyrrhizæ vnciam: fiat iola-
bium.

Phœnig.

metu-
thodi 3.

Vesicatio.

Vapora-
tio.

*Causa
victis spi-
randi dif-
ficultas.*

*De siste-
tibus ita-
rum, quan-
do huic
dum, &
quibus.*

bium. Accipe conseruæ rosarum antiquæ vnciam; diacodij, diatragacanthi frigidi, cuiusque semunciam; syrapi rotati de rosis liceis quantum satis est ut fiat linctus. Cubaturus sumat drachmas duas ex hoc puluere. Accipe masticis, olibani, cuiusque semunciam; cydoniorū seminis fescunciam: superbibat parum aquæ frigidæ. Accipe diacodij vnciam; syrapi papaueris vncias duas; boli drachmas duas; caphurae scriptulū: teneat aliquoties cochlearij mensuram in ore. Aliud: Recipe seminis papaueris, lactucæ, singulas drachmas; amyli, diatragacanthi frigidi, singulorū semunciam; gummi Arabici, boli, tragacanthi, cuiusque semi-drachmam; opij scriptulum; sachari rosati, succi glycyrrhizæ fesqui-drachmam: misce: fiat massa solida cum succo cydoniorum & aquâ infusionis tragacanthi. teneant quid huius ore. Vel præbe vnam pilolam de styrace cùm somnū inibit. Ruellius præscribere solebat gargarismos ex decocto agrimonie, plantaginis, rosarum, sumachij, seminum portulacæ, papaueris, plantaginis, passulatum, hordei tosti: colaturæ addebat diamorum, & mel rosatum. Ut in calido catarro vtiliter vaporationes; ita in frigido, suffitus commodè admouentur. Progressò ergo in morbo, vbi frigida matetia in vitio est, suffitus fiant ex atidis foliis nicosianæ, cuius syrpus etiam commodè exhibetur. myrrha foco in fumum abeat. Fiant gargarismi ex decocto hyssopi, salviae, calamintæ, stoechados, botryos, nicosianæ: adde passulas, & interdum iunge cubebas, vel pyrethri, aut corticum radicum cap-

patorum binas drachmas (nam Aurelianus gargarismata ex sinapi laudat) coquantur horum quedam ex aquâ vel vino. libræ decocti adde oxymelitis scillitici duas vncias. Naso quin ut profundatur etiam materia capite concepta, accipiemus succi betæ, decocti majoranæ, cuiusque fescunciam; mellis semunciam: ferueant parum ab igne: fiat errhinum. misce interdum quid piperis, vel succi iridis, vel cyclamini. quin purgantia quedam interdum eo decocto diluantur, ut turbith, agaricum, elleborum. ita periculo pulmones eximuntur. Apophlegmatismis etiam in os prolectatur cephalica materia: accipe masticis drachmas duas, corticum radicum capparorum, pyrethri, piperis, singulorum drachmam: inuolutâ sindone masticentur. Foris etiam, præter phœnigos & sinapismos, quedam admouentur remedia. vt si à calore malum sit, evacuato toro, ineat dulce balneum: ac dein calida foueat caput: tandem vnguento rosato vngantur naræ & caput. vel oleo rosato completo: in principio tamen sit oleum omphacium, inquit Nonus. vel vngatur caput & testes oleo violato & nymphæ. Manus & brachia lauet decocto lactucæ, nymphæ, foliorum salicium, summitates anethi adde. Pulueres etiam capiti, vbi sutura coronalis est, insperguntur, ira siccatur materia, & pori aperiuntur. Accipe santali albi & rubri, florum nymphæ, violatum, foliorum myrti, santolorum, seminis papaueris, & capitum papaueris, singulorū drachmam: fiat puluis; vel excipiatur bombace, ut fiat frōtale. Cùm frigus à foris

Errhina.

Mefius-
toria.Topi-
cā.Vli à can-
lore.

Tulua.

Infrigo-
catarro.

Suffitus.

Garga-
rismi.

à fortis exprimit materiam, Razes, linteum caſtaſtum admouet capiti, dum ſentiat æger calorem peruaſiſſe profoundum capitis. Arcemus etiam materiam à capite emplaſtris: Accipe gummi iuniperini, roſarum tu- bratum, corticis thuris, ſantalorum, myrtillorum, caryophyllorum, cuiusque ſcriptuium: fiaſ puluis, qui inſpergatur futuræ coronati: vel cum oleo myrtillorum aut cydoniorum, & cum cerā, & paucā reſinā fiaſ em- plaſtrum, temporibus, & eā parte frontis quā pulsat arteria apponendū. Si frigus in viſio ſit, & ſi homo fuerit ſenex, Accipies ſtyracis cala- mita, caryophyllorum, ſpicæ, myr- thæ, ſingulorum drachmam; galbani drachmas tres; thuris, maſticis, gum- mi iuniperini, ſingulorum drach- mas duas; euphorbij ſemiſcriptulū: fiaſ ceratum: adhibeatur eā parte frontis, quā arteriæ pulsant. Lauet caput in lixiuio in quo coxit agari- cum: id agat hiſ in ſeptimanā. Si diu fatigari, illinat caput aquā vitæ, & guttulam olei terebinthinae immit- tat auribus cubaturus; hæc bombare muſcatā excipiatur. Aliud: Accipe roſimarinī, betonicae, maioranæ, ſtæchadoſ, florū chamælii, eu- iusque ſemimanipulum; nigella Romanæ ſemunciam: coque in lixiuio ex cineribus buxi & corni: lauetur totum caput; & ſiccatum vngatur aqua vitæ & oleo caryophyllorum. Interdum inungimus butyro, & oleo irino, vel vnguento nardino cum Actuario: vel oleo anethi, ruta. No- ratus nares illinit myrrhā, & olibano, hæc coquit ex oleo, & iubet ut ni- gelle ſemen odoretur aut cum inum ſtixum. Interdum uile eſt empla-

Empla-
ſtrum.

Vbi afri-
coruſ.

Lauet
er vndis
uas.

ſtrum.

ſtrum hoc: Accipe ladanum cum myrrhā: fiaſ emplaſtrum capiti ad- mouendum, in ſummo fluxu. Sac- culi fingantur hoc modo: Accipe furſutum, milij, cuiusque manipu- lum; ſalis retorridi & pulueriſati ſe- cunciam: omnibus torrefactis in ſartagine, fiaſ ſacculus. addi poſſunt caryophylli, thus, origanum, melilo- tus. Vel fiaſ ſacculus ex milio, ſemi- ne melanthij, iride, & caryophyl- lis. Pulueres noctu futuræ coronati ^{Pulueres.} aspergantur ex coriandro, nigellæ ſemine torrefacto, beniouino, gum- mi iuniperino, caryophyllis, nuce moſcata, cypero, ſtæchade, rorena- tino, iride. Manè fricitur caput lin- teis asperis quæ redolent fumum ladani, & maſticis, vel ſtyracis cala- mita. Grisea papyrus capiti impoſita iuuat vbi mador adefit. Philumenus, apud Aetium, laudat pedibus tra- hentia admota. Gesnerus auctor eſt, ut dropax Pauli cum cantharidibus capiti imponatur, dicit, ſe à Cardano accepisse: Accipe cantharidū drach- mas duas: & cum fermēto contuſas admoue parti anticæ capitis. veſicas pertunde. Marcellus Empiricus ac- cipit nitrum, pyrethrum, cappates, ſtrutium: hæc in puluerem redigit, quo fricat caput in balneo, quod per ſudorem digerat. poſt lauat aquā te- pida, & ſiecat cratlo ſabano. In pue- riſ ſiaſ ſuſtituſ ex furfuribus, & in- unctio ex oleo amygdalino amaro. Tandem ad illa abimus quæ robri capiti afflant. Gesnerus parat confe- ſionem ex karabe & ſaccharo, cum aquā roſatā: diſſoluit ſaccharum aquā cinnamomi, adiicit modicum zinziberis, ac quattuor guttulas olei ſuccini ad ynam ſacchari libram, hoc mitet

CORRO-
ZORAN-
TIA, O-
ſſentia.

2. Epif.

15 ſol.

66.

hoc misere confortat cerebrum madidius. Et illinit coronalem futuram oleo succini, cum thure & styrace liquidâ. Aliud: Accipe olibani semidrachmam; croci, spicæ, myrræ, styracis siccæ, cuiusque scriptulum; opij semiscriptulum cum diacodio fiant pilulæ, teneatur vna in ore: sed saliuia non glutinatur: haec vsum habet, vbi à perenni incursu materiæ fagantur spirabiles partes. Conseruæ acori, saluiae, rorismatini, stœchados conferunt assumptæ: & diambra, puluis pleres archon, cubebæ, nux myristica: haec interdum miscentur cum oxymelite scillitico. Si quid adhuc ex cerebro impluere videtur: Accipe spicæ nardi drachmam; masticis, boli lotæ in aquâ rosarum, gummi tragacanthi & Arabici cuiusque semidrachmam; sacchari crystallini quod satis sit ad dulcorem: cum surupo de iuiubis fiant orbiculi, lupini formâ: retineantur in ore dum dormit. Spica etiam sola ore detenta id agit. Dentur interdum guttae aliquot balsami, cum syrupo aliquo. Præbetur theriaca, aurea Alexandrina, mithridatum, aromatum rosatum Gabrielis, diagalanga. Præclarè ad sanitatem facit decoctum salsafras, vel satzæ parilla, cum seabisâ, betonicâ, farfarâ: in fine adde passulas, & carnes semicoctas, si ad tabé abiturit ager: adde saccharum vel mel. Haec tenus de curatione: iam paucis de viuendi modo. Caueat ab aere frigido & humiente, nocturno, stagnante ad paludes, & fugiat Austrinos flatus: Auster repelit, pennis caput tentat, obnubilatque sensus. vitet etiam Aquilonem: nam hic exprimit catarrhos, ille soluit eosdem

in cærebro succos catarrhicos. Quare etiam in calido catarrho, non frigidus, sed temperatus aëris est captandus: quod frigus, nisi caput exactè purgatum fuerit, pressu quodam elidat materiam. Qui causarij à catarrhis sunt, suadet Aurelianus, ut locorum mutationem appetant, & magis matutinorum. Non est sub Lunæ radiis cubandum: & à ventis illis sibilantibus per angustas fenestrarum fissuras: sunt enim peruidentes ac tenues. Si sit à frigore, caleat locus modestè, ac sit lucidus. Sol omnisque calor reddunt caput ad suscipiendos vapores, è corpore sublatos obnoxium: & diffluunt inde in eo omnia excrementa humida. Hinc sit, ut illico ac quis, cui caput humidum est vel vaporum plenum, in Solem prodierit, seseque ipsius radiis exposuerit, sternutamēta elidat. In vnu ciborum caueat à calidis & reptentibus caput, à vaporosis, & his quæ ægræ coquuntur: vt à sale conditis, frixis, antiquis. Ut morbi causa fuerit, ita qualitas cibi moderati debet. sint tamē vnius ferè generis cibi. Vbi pleniora adest, à carnium & vni vnu arendus erit æger, si Razi fides. Auenatum siccata & crassiorum reddit tenuem catarrhum: ita etiam oriza. Dabimus, cum Aureliano, maluam, lapathum, triplinem, betam, pisces teneros, & auiculas. tandem drimyphagiam laudat. Si calidus sit catarrhus, lac confert, pepones, ficus, pyra cocta: nam noctu fluidit catarrhus. Caseus etiam tener & recens utilis est, inquit Aëtius: & brassicæ crudæ caulinulos comedat, & coctam: sed in calidis laudatur lactuca calfacta, posca intincta, oua, milium, amyllum cum lacte,

Petrus. lacte, vnde passa. Copia ciborum non sit magna: sed tamen viribus consuendū est. dematur media ciborum pars. & si calida sit causa, cōdiantur boragine, lactucā, passulis: si frigida, betonicā, saluiā, rorismarino. Prodest caro vitulina, hœdina, pullorum, cuniculorum. Cæna sit prandio parior: ea sit pulticula hordeacea cum semine papaueris & saccharo, cum pauco butyro. A cibo vtatur hoc puluere copia cochlearis, nec superbibat. is coctionem promouet, flatus discutit, caput siccāt, catarrhū sistit: Accipe seminis coriandri sescūciam; seminis anisi, foeniculi, cuiusque semunciam; cinnamomi semidrachmam; liquiritiae scriptulum; sacchari vncias sex: fiat puluis. Sitis præcipuum remedium huius mali: ego sanè in meipso nō maius remedium deprehendi. Sæpe incurrit me tenuis acerque catarrhus, ab omni potu abstineo integro triduo: ita euado, & sitiendo siccōr, antea plurimis diebus, cùm id ignorarem, affligebat. Qui hoc non potest agere, bibat aquam decoctionis farfaræ. Vinum omni catarrho noxiū est antequam corpus purgatum sit: nam tunc datur oligophoron in frigidis: his enim vrinale est: sit subastrigens. Decoctum palinularum commendat Aurelianus. Ego ita: Accipe hordei mundati pugillum: coque in aquā dum dehiscat: decocti eius libris quattuor adde cinnamomi semunciam; sacchari albi vncias quattuor: fiat potus. Ita Razes, dum tussis aspera & arida, ingensque calor perseuerant, propinat hordei aquam, vel iozulapon: quod si hoc modo, Accipe violarum vncias tres; aquæ se-

nilibrām: macerētur, & coque cum saccharo. Nihil æquè in catarrhos secundum, ac si dormitus quis bibat. Manè ita surgat, vt sex horæ inter lectum & prandium intercurrant. Nihil enim calamitosius his, qui causarij sunt à catarrho, quām vno, quod aiunt, pede, è lecto ad mensam exilire: dum nimurum nocturnus ille catarrhus adhuc ruit. Nec quicquam inter prandium & cænam sumat. Surgat ergo mature, quò matriūs prandeat & cænet. Interdum cæna sit hordeatum cum saccharo rosato, & coriandro, vel fucus coquantur scissæ in partes, cum cerasiā. Ab aquā pluviā caueat: hæc enim destillationes mouet, inquit Aëtius. A pastu hoc puluere vtatur: Accipe panis biscoeti vncias duas; cinnamomi drachmas duas; sacchari rosati vncias tres: fiat puluis. Vel accipe masticis, thuris, singulorum drachmas duas; carnis cytoniorum vncias duas: sumat drachmas duas ultimā mensā, & patum superbibat. Quidā, in calido catarrho, pomum crudum comedunt, ac aquam superbibunt. Vbi irruit periculo impetu materia, tenuis victus necessarius erit: alioqui, si longum futurum malum, plenā manu pastum ineat: ita tamen vt longè parcīus viuat, quām dum sanus esset. Præterea si materia sit viscida, lenta, & crassa, remisce cibis attenuantia, abstergentia, incidentia, vt hyssopū, origanū, piper, lupulū, asparagū, radices petroselini, dauci, capparēs, cūm saccharo, aceto, & cinnamomo. Radicum etiam cicchorei semper aliquid apponemus, quia aperiunt, vrinam prouocant, & ratione amaroris abstergent, radices foeniculi,

Somnus. fœniculi, anisum, oxy saccharum pro condimento sit. Vitet caseum veterem, sinapi, allium, cæpam. Somnus non subiequatur statim cibum, sed saltem in horam vnam aut alteram ducantur vigiliæ. Illud tempus aut deambulatione leni transigatur, aut confabulatione iucûdâ, vel lectione iucundæ historiæ. Non cubet supinus: ne fluat humor in arteriam, aut in dorsalem medullam, vt admonet Razes. In cubili fiat suffitus ex ladanis, masticis, cuiusque semiscriptulo; fantalorum rubrorum, & luteorum, coralli rubri, singulorum drachmâ; floruri rosarum siccatarum rubraru[m] immaturatum semunciam. Sumat pilulam vnam ex olibano in introitu lecti, à purgatione. & capit puluis inspergatur ex caryophyllis, mace, itide, rosis rubris, olfaciat noctu nigellam aceto maceratam & tostam. Si sit à calido catarro, abstineat à mollibus plumis puluinari repleto: redoleat puluinat rosas, violas, nymphæam. In frigido catarro aspiret odor maioranæ, serpilli, stœchados. Omnis motus ineunte catarro vitari debet: siue à medicinâ, siue à foris ille fuerit. Qui catarrhis obnoxij viuunt, exerceant se stomacho ieiuno; & iam reiectis excrementis, eo usque protrahatur exercitatio, vt id satis sit ad emicationem calidi nativi. fiat in aëre temperato; quod excrementa corporis diffentur. Quibus catarrhus adest, his peccatio[n]is in fine, non initio catarri p[ro]dest. Scrabit ita Celsus, Prötinus ab-
*Vide Cel-
lom 4.
Lib. 2. in
fine.* stine à Sole, balneo, vino, venere: interimque solito cibo vti licet: acri & rectâ ambulatione vtèdum: nam, inquit, tardò fit, si trideo nobis tem-

perauerimus, vt vitium id non leuetur. Exerceant maximè pedes: nam textores minimè ex catarrhis labo[r]ant. Vel fricentur infernae partes longis frictionibus, & postea inungantur oleo chamæmeli, vel anethi cum paucō vino aromatico, vt materia diffletur. Animî motus, qui (in frigido catarro) poterunt calfacere & siccare sine spirituum resolutione prosunt: vt aliqua breuis iracundia. A cibo nec legat nec scribat, nec voce contendat: sed sub te[ct]o anibuler. In progresso catarro calido, balneum laudatur aquæ dulcis. Aluns indies respondeat: si illa immemor fuerit sui officij, admoneatur pilulis alephanginis, aloë rosatâ, passulis medicatis. Vomitus nocet: sudor prodest. Locis affectis admouet Aurelianus cucurbitas recorporatiuas, quas Græci metasyncriticas vocant, & maximè anthereoni, vel gutturis circulo, quam rumâ Latini vocant: tum dropace vtitur ex resinâ cadiali: hoc est, liquidâ, quod cadis aduehebatur. Iam finem facerem, nisi me reuocarent quædam vitia catarro conseptaria aut ei consociata, quæ magno tædio affligere homines solent. His paucis remediis pugnabo. Inter hæc in primis occurrit raucedo & tussis. Hæc enascitur à materiâ quæ laryngem & asperam arteriam incurrit. Est verò hæc materia calida vel frigida. Si fuerit frigida, remedio erunt quæ detergent & siccant cum strictione quadam. Vtantur prisana cum amygdalis, adde saccharum. bibat hydromel, si non sit megalosplachnos. Porrum ex sapâ coctum etiam utiliter comeditur. brassice succus cum melle lingitur. & quod

*Animi
motus.*

*Acciden-
tia que
catarri
sequuntur
vel comi-
tantur.*

*Raucedo,
& Tussu.*

*Afrigida
materia.*

ex thure, melle & croco cum scilla fit. cæpa cocta. Looch sanum vocatum, looch de pino, de caulis bus, diairesos, diapenſium cum ſpeciebus: tandem diairesos Salamonis, looch de scilla, de hyſſopo, mel cum modico cymino coſtum, vel cum lachyma perſicae, linguit etiam oleum amygdalum recens, curio butyto in fullo iungitur parum croci. Lucius, inquit Aurelianuſ, fum torridam vino infusam ante cibum dari iubet. Nonus mel, butyrum, & cymiuum miſcat & coquit. & ſorbiuones preſcribit ex ſicibus, hyſſopo, pincis, & iride. Diſcorides prebet dracunculi radices cum melle. Philumenuſ antiquus medicus dabit decoctum hyſſopi, ſicuum, iridis, pinearum. Accipe rotiſmarini, hyſſopi, anisi, caryophyllorum, glycyrrhizæ, inulae, iteos, zedoariæ, ſingulorū ſequidrachmam; pulegij drachmas duas; gummi Arabici drachmas tres; ſacchari albi quantum ſatis eſt; ſumat ter die caſtanæ molem. Detineat matutino tempore taleolam galangæ in ore; vel ſpicam. quin thus & myrrha deglutita ſiſtunt catarrhum frigidum. Accipe thutis, malticis, cyperi, boli lotæ, ſucci liquiritiæ, cuiuſq; drachmam; ſacchari crystallini, & penidiati, ſingulas ſemuncias; gummi tragacanthi & Arabici, cuiuſque drachmam; cum ſyrupo violato fiant pilulae; ore detineantur. Gargarismata fiant ex decocto hordei, glycyrrhizæ, cum dianuco, ad frigidum & ſubtilem catarrhum fiant gargarismus ex vino, in quo coquatur olibanum, vel gummi iuniperinum, & nuces cupressi. Tēpore gargarisationis, inquit Marcellus antiquus Empiricus, à pingui-

bus, liquamine, oleo, & ſalſis abſtinebis. Nigella torrefacta & ſuſſita eſt mira vi. prædicta: adde laadanum. Nascitur raucido ex eius membra na que inieſtam laryngem amicit plurimo madore, vel equalore, vel quod exasperata vleceratue fuerit: unde vox obſcura, aspera, changoſa, vel rauca euadit. Remediū hile in aſlo dicata diuenit Gracis aſne uana. Si acris materia, indicatio medieſrum naſcetur, incraſandi, meatus combinandi, & exasperata leuiſadi: nonnunquam abſtergendi. Primo utem looch de papaveri, diapenſio Nicolai ſine ſpeciebus: de jn ſaccharo crystallino. Acris tenuiſque catarrhus cratſefaciendo ſiſtatur hiſ, que peccus leniunt, quale hoc eſt diaſodium: Accipe capita papaveris viginti; liquiritiæ rafæ vncias duas; ſiliquarum dulciū vncias tres: exiſtantur e ſiliquis grana: ac coque deinde omnia in aqua puriſimæ libris duodecim, ad exhaustionem trium partiū, ut reſtilbiles ſint libras tres: deinde colatura expreſſa adde penidiatum vncias tres; ſacchari albi libram: coque ad conſiſtētiā mellis: ſumat cochlearium in introitu lecti: & ſaþe ore quid teneat. Commeſdamuſ etiam diaſpermatō, cum amydo, ex ouo ſorbili. Glycyrrhiza, ſebeſten, iuubæ coquuntur cum ſaccharo crystallino, & oleo amygdalino dulci: diatragacanthum; ſaccharum penidiatiū, gargarismi fiunt ex lacte. Paulus laudat amygdala dulcia, cum ſaccharo rosato. Lāc coquuntur cum farina dryzæ & ſaccharo, in ſuauiſſimum edulium. Utatur decocto pectorali, cum iuubis, ſebeſten, ſemine bombacis, maloꝝ, & quattuor-

A calida
materia
rauca
& tuſu.

Diaſo-
dium.

quattuor seminibus frigidis. Accipe rosarum rubrarum manipulum; seminis papaueris, thuris, cuiusque drachmas duas: coque ex aquâ hordei ad libram; colatur adde syrups papaueris vncias duas; syrups de liquoritate vnciam: fiat isolabium, post initia adde diatragacanthi semunciam; ac specierum diaireos scriptulum. Coque hordeum ex aquâ dum eriperit: adde saccharum, vel syrupum rosatum simplicem, vel violatum, vel initio diaecodium. Accipe iuiubas decem, fucus quinque, sebesten viginti, passularum decem drachmas; liquoris drachmas quinque: coque dum tabuerint, & trailliantur per colum: sumat vncias tres, cum iulepo violato, ex praescripto Razis. Fit etiam electarium ex lini semine friso. Accipe conseruæ rosaceæ veteris vnciam; diacodij, diatragacanthi frigidi, singulorum semunciam; syrups rosati quantum sufficit: fiat linctus. Alius: Diacodij vnciam; syrups papaueris vncias duas; boli lotæ drachmas duas; caphuræ drachmam; cochlearij mensuram ore detineat. Si gargarismum velit, Accipies aquæ rosatae vncias tres; caphuræ scriptulum: adde quid boli. laudatur compositio de styrace. Accipiunt quidam nucis moscatæ drachmam; gummi Arabici semidrachmam: rediguntur in puluerem, & cum aquâ rosatum fiunt trochisci parui. Accipe boli lotæ in aquâ rosata drachmam: misce cum syrupo violato, vel de papauere: sumat dum lectu ingreditur. Aliud: Accipe specierum diatragacanthi frigidi, diapapaueris, singulas binas drachmas; sacchari soluti in aquâ rosatum, quod satis est ut fiat tabula-

turn: habeat id saepe in ore. Aliud: conseruæ antiquæ rosarum fescun-
cia; diacodij drachma binæ; pulueris diatragacanthi frigidi drachma tres:
cum syrupo rosato fiat eclegma:
sensim quid deglutiat. Aliud: Accipe looch de papauete, & de muccila-
ginibus, singulorum vnciam: adde
semen nigri papaueris, si fluxus ad-
modum fit tenuis & acer. Aliud: Ac-
cipe boli Armeniæ lotæ aqua rosata,
terre sigillatæ lotæ decocto papau-
eris, cuiusque drachmam; electarij
diatragacanthi frigidi cum ouj al-
bumine dissoluti semunciam: vel
cum saccharo fiat electarium: vel
cum syrupo de rosis siccis fiant tro-
chisci parui: ore teneantur. Modi-
cum caphuræ ore retentum sistit ca-
tarhum. Fiunt etiam trochisci ex
muccagine radicum althæ, extra-
etæ in aquâ rosata, cum saccharo.
Ruellius hoc vtebatur, Accipe mu-
caginis seminis cydoniorum extra-
etæ in aquâ scabiosæ semunciam;
boli, gummi tragacanthi, amyli, sac-
chari crystallini, singulorum drach-
mam: cum dictâ muccagine fiant
pastilli ore tenendi. Omnibus adde
bolum, & saepe utaris syrupo myrtillorum. Aliud: Accipe looch de pa-
pauere seleunciam; specierum dia-
tragacanthi frigidi flesquidrachmam;
sacchari penidiati drachmas tres;
syrups papaueris & myrtillorum, sin-
gulorum semunciam: fiat looch.
Cælius Aurelianus vtitur pastillo
trigono. is constat, vt scribit Paulus,
ex seminis apij, & hyosciam singulis
binis drachinis; opij drachmis tri-
bus, anisi drachmis decem, tritis in
aquâ. Ad tuissim tabidam hoc luben-
ter vtor: Accipe aquæ limacum vel
cancrorum

cancrorum libras duas; pineatum nucleatum vncias tres; semenum botryos in pecia ligatorum semunciam: fiat decoctio; sumat cyanthum. Accipe farinæ seminis lini retorridi, & niellis despumati æquales partes: fiat eclegma. Fiat suffitus ex aceto in quo sit coriandrum, mastix: effunde super ignitum ferrum: eo fumo capitis tegmina imbuantur. Accipe amyli drachmam; seminis lactucæ, papaueris, gummi tragacanthi, gummi Arabici, boli Armeniæ, singulorum semidrachmam: redigantur in puluerem: & cum muccagine seminis psyllij & cydoniorum fermentutrochilisi: teneatur unus sub linguâ. Accipe gummi Arabici, tragacanthi, singulorum sesquidrachmam; seminis papaueris albi drachmas sex: bulliant in libris duabus hydromelitis; ad consumptionem tertiae partis, & coletur. Si afflixerint vigiliae cum sputo sanguinis, accipies diaspermatis semidrachmam, & cum syrupo de papauere fiat bolus. Si ora rigare velit: Accipe rosarum rubrarum pugillum; capitum papaueris duo: iuubatum septem: fiat decoctio ad libram: colatura adde syrupi papaueris vncias tres; diamori semunciam: boli sesquidrachmam: misce; teneantur in ore. Accipe conservæ rosatum veteris vnciam; pulueris diatragacanthi frigidi semunciam: excipe diacodio & syrupo papaueris, fiat eclegma. Fiat gargarismus ex aquâ rosata, cum caphurâ, vel coquatur papaver cum rosis rubris, & bolo. Si consocietur febris, ad catarrhum solùm collineandum: huius enim velut symptomæ esse videtur febris.

Febris.

fugato enim catarrho fugabitur illico febris: Accipies aquæ farfaræ libram; boli Atmetiæ drachmas duas: concutiantur tam diu ut rubescat aqua. Electarium de penidiis, cum syrupo de glycyrrhizâ & de farfara. Prolixius congeret volvi hæc remedia, quæ leniunt & cohibent acrem catarrhum: propterea quod cum pauca talia sint, summum tamen discrimen ab eo excursu spirabilibus partibus creetur. Ultimò iam quædam Empirica subnecto: nam his interdum etiam suus usus: multa enim mala sunt, quæ solâ ratione expugnari nequeunt. Observavit us, ubi subito suffocat catarrhus, adeò ut nec bibere possint, facie luescente, hos aëre lucido ac frigido continendos, ac eis silentiū & ocium indicendum esse: si enim à tenuissimâ materiâ ad pulmones præcipitatâ. Hic ante omnē euacuationem (nam tempus eam non admittit) statim propinabimus syrupum de papauere, vel diacodium, cum decocto iuubatum & hordei. lingat diapapauer. & ubi maximus adest periculi metus, sumat unam pilulam ex his: Accipe thuris scriptulum; myrrhæ, opij, croci, cuiusque grana septem; succi liquiritiæ scriptulum: cum aquâ rosata fiant pilule septem: detur una. Haec pilula omnem fistulam catarrhum, si una exhibeat tempore somni. Laudat Arculanus etiam pilulas alkaias (hoc est de cynoglossâ) Alexandri: describitur apud Mesuem, capite De catarrho, in fine. haec sunt praestantes. Et eucurbita affiguntur ad vertebrae pectoris, quo anhelosi homines liberius respirent. Vel si plethora adsit, vena soluatur,

& etiam

& etiam si pars princeps incurri cœperit. Hoc modo omnes euasere: alij, in quibus cura fuit præparandi, purgandi, perierte ferè omnes. quia magis præcipitat se materia agitata: cùm copiosa & iam itruens, non ita facilè auerti potest: sed priusquam hoc agas, opprimit. Philonium Messues cum decocto olibani & spicæ propinatur. Nonus, antiquus medicus, ad catarrhos & tussim componit pilulas ex styrace, myrrhâ, opio, galbano, cum vino passo: in lectum abiens sumat quattuor. Aliæ: Accipe styracis drachmas sex; myrrhæ, terebinthinæ, galbani, opopanaxis, iridis, singulorum drachmas duas; opij drachmam: dentur grana quattuor. Venetiis ex muggagine althææ pastam componunt, coquunt cum sacharo, perpetuò mouent, ne vratur. Sed utiles maximè sunt pilule de styrace, vbi perseverat catarrhus. Si parum molestiae adfert, facilè sistetur oleo, in quo semen lini & ruta coxere, capitis obuolutione, & paucovictu. Hoc cerotum mirè sifist catarrhum capiti admotum: Accipe ladani, gummi elemoij, olibani, iuniperini gummi, styracis, resinæ, æquas partes: fiat cerotum: suturæ coronali à frictione admouendum. Marcellus Empiricus auctor est, vt talpa, in vase fictili clausa, torreatur in furno, vt fiat puluis: addit piperis grana octodecim, succi ocimi cochlear: ex vino albo calido veteri, & in balneo remedium accipiat alternis diebus. interim nouemdecim diebus abstineat porcinâ, liquamine, & oleribus. Interiora narium oleo nigellæ illuantur. Sabina cocta ex aquâ, & natibus imposita calida, illico coryzam

aufert. Caryophyllorum puluis suturæ coronali inspergatur noctu: id reprimit aquæ delapsum in oculos & nates. vel gummi iuniperinum capiti aspergatur: & inde fiat suffusus. ita ex santalis rubris, styrace, iride. Optimum verò remedium aduersus ingruentem catarrhum est, vt cœnâ te abstineas, & ab olere, & à rebus salsis, & liquaminosis. nam indigestione cibi, & virio cruditatis nascitur catarrhus. Abstinendum sanè ante omnia pinguis cibis. Sed si de perfictione fuerit catarrhus, calidamentis adhibitis, illico sopiaetur. quodsi de cruditate, placabitur illâ re solâ, vt non cœner, donec eius fluxus penitus de crescat. Hoc etiam Oribasius dicebat, cùm ait, est catarrhus curandus cibi & potus ablazione. Hæc vberius aliquantulum ego, quò diuinitus hominibus cōcessam solis loquela vocisque elegantiam, mentis silentis interpretem, à catarrorum iniuriâ vindicarem. Quin & monstrum illud hominis Nero, quid non fecit, vt vocis elegantiam suam immanitatem tegeret? De hoc ita Suetonius: Cùm Nero se exerceret sub Terpno Citharedo, nec eorum quicquam intermittebat, quæ generis eius artifices vel conseruandæ vocis causâ, vel augendæ factarent: sed & plumbam chartam supinus pectore sustinuit, & clystere vomituque purgari, & abstinentem pomis & cibis officientibus: nam erat exigua vocis & fusca. Raucitati vocis, à catarro, hoc miru in modum opitulatur: Accipe capillorum verneris, endiuiae, asparagi, lupulorum, passularum, liquiritæ, amygdalorum, singulorum manipulū; seminis

Prafer-
Matto.
Marcel-
lus 6.

4. 47.

Cop. 20.
De vita
Neronis.

anisi; sœniculi; hyssopi; cuiusque drachmas duas; dactylotum; pineatum; seminis malvae; cuiusvis drachmas tres: coque in libris duabus agit; ad consumptionem medicatis; & cū facchiaro & melle delsumatio fiat syrpus: sumat cottidie manē cochlearia duo.

*Ergo
et
Lector
&
Medi-
cinae.*

*Homo mi-
taculum.*

*Immerito
medici
accusa-
tur.*

**Hoc eff.
quasi
viribus
&
indu-
cio alle-
qui pos-
lit.*

*Dificilis
medicina.*

**Id eff.
vt cum
doceret
multino
cuos cu-
tare
morbos.
In Hym-
nu.*

Vides Lector amice, ut Medici de abditis morborum causis differant; vique ex illis comprehensis remedia salutaria adferant. Hic enim intima secreta & penetralia naturae rimantur, iucundosque eius recessus inuestigant, & humanum corpus, terram admirandatum miraculib[us], contemplantur eo fine ut id, si extra sanitatis lineam exiliet, tedeatur. Naturam, dico, rimantur illi: nihil enim medicus solus potest, natura est illa, immo Deus qui agit, & medicus minister magni hujus domini. Quare immerito quidam à medico, plusquam ab homine requiri debet exigunt, non enim sanitatis putant, si operam is fidemque præstiterit, quin etiam (quod solius Dei est) euentum morbi & periculum præstari ab eodem volunt: impia quādā Dei & naturae obliuione. Præclarè promittebat Hippocrates operam suam *καὶ διεύτυχεν ἐπί τοις. Scelere, fateor, in hac diuina scientiā se contaminant, qui, cùm possint iuuare, nolunt; sed etiam temeritate hi, qui volunt ea, quæ præstari non possunt. Veteres huius artis difficultatem perpendentes, non nisi à semideis recte exerceri eam posse existimabant. Pindarus canit, Apollinem tradidisse Chironi filium suum Aesculapium *Ἀπόλλωνα παντάκορας αὐθόπαιτον ιανδεῖ πλαστήρα. Hunc Aesculapium vocat Homerus. Ημέρα μόνη αἰδηπό-

τηρ, νεκρῶν δεκτῆρις θεωρεῖται. Tales decet esse medicos, & hoc satis est, si omni operā eō nitantur, & secum religiosè cogitent in quo versentur munere & qua in arena, ne quid in Deum & natum temeritate peccent. Nobilissimum, ô Aesculapiūm familia, subiectum est tua artis, homo, eternum animal atque immortale; umbra quadam mortalitatis amictum: cuius causa, totum hoc mundi theatrum à Deo optimo termaximo est fabricatum. Magnum miraculū est homo, inquit Mercurius Trismegistus, & epitome mundi. Fatalis dies & corporis dilapsus, declarat elementa in nobis: eile, tonitrus, vertos, nubes, incendia, ossa metalla referunt: vis generans & nutritiens, plantas: sensus & motus, animalia: spiritus, aetheria: mens, celestes illos globos imitantur, qui se rotant ac agitant: nam sine tempore & morti intelligit mens & intuetur, ideā quadam æmulā divinitate mentis. Quamuis hæc diuinitas affectuum impotentia lateat, & nimio corporis commercio stupeat, & titubet. Pythagoras dicebat, nos ē diuinā mēte decerpitos & delibutos animos habere: & Aratus, ἀνὴρ φύσης ἔργον. Est enim in animis humanis rationis apex, quem mentis florem vocarunt antiqui. Quemadmodū enim Apelles cùm mirandam illam Venerem depingeret, clavus fixit, quem qui auferret, totam ipsam dissolueret: incius vero clavi summā parte, imaginem suam pinxit: ita Deus Optimus. Maximus, cùm venustissimam hanc mundi œconomiam fabricasset, colophonem adiecit hominem, in quo suam imaginem posuit, ex cuius in-

*Hec eff,
lxviii
magna
homini-
bus, pra-
uorum
dolorū
blandi-
mētū.
Quales
decaūtū
medicos.
Homo
quid.*

*Hominis
dignitas.*

*Hominis
animus
Domi-
natur.*

*In Pha-
dene.*

cuius inspectione, artifex agnoscetur: ut humanus animus Deus quidam, parvo corpusculo conclusus videatur. Quare virisque particeps homo, sprevis caduci huius corporis illecebris, se erigere potest ad venustos illos Diuinitatis lusus & miracula, ac ipsam rerum diuinorum contemplationē frequentare. Atque ex aduerso, neglecta ratione, voluntatibus corporeis se ita feedire, vt in feram se transfundat, & Pythagorae *μετεύλχον* seu *μαγγανοί* certam esse comprobet. Natura voluit vt inferiora supernis cedant: verte, hunc ordinem homo: seditionis, deiectā ac ē regno pulsā ratione. Rationis habitaculum tu es ac curtus, qui, dum equo albo (vt loquitur Plato) hoc est, rationis habenis ducitur, totus homo in Deum mutatur terrestrē. Hæc enim humana mens, nativis quibusdā igniculis, in Deum fertur, vt sui auctorem ac parentem amplectatur. Non aliter ac ignis terræ gremio cùm premitur, suopte genio sursum viam affectat, ita animi natura ad opificem reuocatur, ac ēd erumpit. Hæc diuina anima tot erroribus caligatis corporis circumducitur ac contunditur, vt acie hebetata mentis, veritatis solam umbram sectetur. At vbi ex caduco hoc & mortali corpore, tanquam ē tenebris emersit mens, diuinā eclampsī

*Homo
Dei ido-
lum.*

illustrata, Summum bonum intuetur, admiratur, & in eo acquiescit. hīc nectar & ambrosia, qua à summo Deo rigatur ac suauissimè perfunditur. In homine ergo Dei idolum, & figura immortalis: & *σῶμα* quasi *τὸ ψῆμα σῶμα*: quod tamen in ambitu totius mundi rerumque corporearum, principem locum tenet; & in hac humo, sui opificis sapientiam ostēdit, Dei sedes & templum. Ita formatus homo, vt facilē cælum, atq. in cælo Solem, in Sole & astris lucem, in luce suum auctorem conspiceret. Hancenæ fabricam, medicus tibi tractandam datam, temerè cures? aut remediis nullo tuo exploratis, periculis inuoluas? absit. operosa est hæc humani corporis compages: viden quāto artificio quantāve curā facta? quot usib⁹ apta? vt venusta huius lineamenta? quām miranda coagmentatio? quæ syntimoria hæc, quæ mentem corpori cōmisit? Deus ergo, natura, & medicus. Medicus, minister: natura, Dei vis corpori insita: Deus omnia souet: ac floridā vernantique sanitatem vt natura corpus decoret permittit: ac vt labefactatum redintegret. Quapropter sine Deo cùm medicus nihil possit, is orandus, vt doctā benignāque manu admota & propinata pharmaca felicitet. nam

*Ni Deus affuerit, viresque infuderit herbis,
Quid, rogo, dictamus, quid panacea iuuent?*

FINIS.

Sibred irishus in superiori circuissim vestit. Et
Eustachius in eiusdem hunc anniversarii operi hinc.

INDEX RERVM MEMORABILIVM

QV AE

HOC LIBRO CONTINENTVR.

Numeri paginam: A columnam primam: B columnam secundam indicat.

A.

- A**ceti vis 67,b. & acidorum.
Acetum elleboratum 77,b.
Achores 33,b.
Alopecia 13,a. & quid differat 4b.
Ophiasi eius causæ 13. à bile 15,b.
à melancholia 16,a. à pituita 17,b.
à lue venerea 18,2. 21,a. à lepra 18
Empirica ad alopeciam remedia 22,a.
ex maleficiis 22,b.
Amygdalatum 296,b.
Animus hominis deus videtur 351,a.
Apoplexia: eius nomen unde 258,b.
eius definitio 259,a. causæ eius 260,a
externæ cause 260,b. canarum eius
anacephalæsis 261,a. differentiæ
eius 261,a. signa 261,a.
Signa differentiarum 262,b.
Distinguatur vt à ceteris vicinis illi
morbis 263,a. Indicationes curatiæ
263,b. prognosis 263,b. cureis
stetor eueniat 264,b. curatio eius,
266,b. de phlebotomia 267,b.
cucurbitulæ 270,a. lenientia alium
remedia 270,b. præparantia, & purgantia 271,b.
Topica, & excitantia
facultatem sippitam 272,a. corroboran
tia 273,b. Diæta 274,a.
Empirica remedia ad apoplexiæ 275,a.
quid differat ab epilepsia 259,b.
Apoplexia debilis quæ sit 261,a. 264,a.
Num oppressione carotidū arteriarum,
& jugularium vénarū infératur 261,b.
Arteriotomia 64,a.
Atrophia à paralyssi vt curanda 292,b.

Auerrhoës fallitur in causa epilepsiae red
denda 233,a,b.

B.

- B**alsama artificialia 289,a.
Barba mulierinata 22,b.
Barbam proueniat 8,b. barbam Adria
nus Cæsar primus nutriuit 9,a.
cam Apollinitondebant 9,a.
remedia eam prouocantia 9,a.
Bilem purgantia 68,a.

C.

- C**alvities 3,b. hæc molesta fuit
Cæsari 3,b. quid sit 4,a. causæ
eius 4,b. variæ eius differentiæ 5,a.
à parentibus, & quæ gentes caluz. na
tiuæ signa & causæ 5,a. ex senio 6,a.
eunuchi cur non ca tentent 6,a.
ascititia 7,a. à siccitatæ 7,a. curatio
7,b. caluitum notum 9,b. causæ
& signa 10,a. prognosis, curatio 10,b.
Si ex raritate cutis 11,a.
Canis rabiosi morsus 160,a.
signa rabidi canis 161,b.
Caninus raptus 294,b. pars quæ afficia
tur in eo. causæ, signa 295,a.
prognosis, curatio, chirurgia, phar
macia 295,b. Intus & foris corrobora
rantia: & pro pueris remedia 296,a,b
victus 296,b.
Canities 25,b. naturalis quibus genti
bus, & morbos 26,a. Causæ eius 27,b.
qui subito mirè incanuerint 27,b.
Externæ causæ 29,a. Signa 29,b.
eius præcantio vt fiat 30,a.
cum adsit, vt curanda 30,b.

Capillamenti

INDEX R E R Y M.

- C**apillamenti venustas, & eius deslui turpudo. & an horum cura ad medicos pertineat 1. ex maleficiis pereunt capilli 22,b.
Capillorum desfiguum 17,a.
Capillorum histoties & rigiditas 22,b.
 remedia 25,a.
Capillorum studium 25,a.
 vt capilli flavi fiant 31,b.
Capite num facultates certis sedibus discriminentur 100,a.
Capitis antica pars cur plerumque doleat 93,b.
Capitis dolentis compendiosa curatio, 29,a.
Capitis dolor ab intemperie sola 46,a.
 non dolet caput ab humore solo, & differentiæ dolorum eius, à parte affecta, 46,b. quæ pars doleat in capite 47,a.
 à venerca luce 47,a. recurrens certo tempore dolor 48,a. à calida cum intemperie dolet 48,a. causa nudæ intemperiei calidæ, & signa 48,b.
 A frigida intemperie dolor 50,a.
 A siccitate nuda 51,b. ab humiditate nuda 52,b. à materia 52,a. Signa à materia esse. à materia flatulenta cerebro nata 52,b. ab obstructione capitis 54,b. à verme 55,a. A toto corpore dum effundit se materia in caput 56,b. cum materia forma contaminatur 56,b. criticus dolor: cum catarro materia. consistentia cum est causa doloris 59. à bile 60,a. futuri doloris nota 60. medela cum à bile 67,a. si adfit febris 70,a. diaeta, cum à bile 71,a. à plethora dolor 71,b. & rota curatio.
Capitis dolor à causis quæ à foris 90,a.
 vt à vento, ebrietate, vino, odore 90.
 à vulnere, plaga, Sole 91
Capitis dolor à duro abscessu incurabilis, 56,a.
Capitis dolor à febre vt tractandus 85,b.
 86,a.
Capitis dolor à flatu 86,b.
 & eius signa, curatio 87,a.
Capitis dolor à melancholia: eius signa & indicationes curatiæ 87,b.
 prognos, chirurgia, lenientia, præparantia 83. purgantia 84,a. peculiaris purgatio, topica 84,b. virtus 85,a.
Capitis dolor à pituita: & eius signa 74,b.
 indications curatiæ, & prognos, 75,b. chirurgia in eo dolore, cante-
 ria, narcotica 76. lenientia, præpa-
 rantia 77. purgantia 78. peculiaris
 purgantia 79,a. topica 80,a.
Capitis dolor à verme 55,a.
Capitis dolor dum ab aliis nascitur parti-
 bus vt curandus 88,a. vt si à ventri-
 culo, vt curari debeat 89,a.
Capitis excoriatio 43,b.
Capitis in dolore empirica remedia 91,b.
Capra, quia epileptæ obnoxia, non tan-
 gebatur à sacerdotibus 231,a.
Caprina pelle cur non dormirent veter-
 res 255,b.
Caput cum dolet à retenta materiali signa, 55,b. & eius curatio.
Caput num doleat sympathia 87,b.
Caput vt purgandum 68,b.
Carnes humanas dæmon medicinæ cur-
 intulerit 152,b.
Caros 101,a. causæ 201,b. signa 202,a.
 indications, prognos 203,a.
 curatio 204,a. ex ventriculo 204,b.
 à veneno 205,a.
Catalepsis 205,a.
Cataphora 180,a.
Catarri empirica curatio 348,b.
 à catarro præteratio 349,b.
Catarri materia frigida subtilis vt præ-
 paranda 337,b. in calida materia, 337,b. purgantia 338,a. bilem ibid.
 pilulae 338,b. pituitam 339,a.
 peculiaris capitis purgatio 339,a.
 in calido catarro 339,b. gargarismis
 ubi locus, sistentia catarrhum 339,b.
 phœnigmis, vesicatio, vaporatio 340,a.
 cautio ubi est spirâdi difficultas 340,b.
 sistentibus quando, & quibus utendum, 340,b. In frigido catarro: suffitus,
 gargarismi 341,a. Errhina, mastica-
 tio, topica: ubi à calore; puluis 341,b.
Emplastrum: ubi à frigore: lotiones, &
 unctiones 342,a. Sacculi, pulueres.
Corrobantia & sistentia 342,b.
Ore tenenda: in frigido: virtus ratio, aër 343,a. Cibus 343,b. potus 344,a.
Cibi qualitas & quantitas 344,b.
Somnus, motus 345,a. animi motus 345,b.
Catarri materia unde putrefact 331,a.
Catarri cur textores ratò vexetur 345,b.
Catarris qui maximè obnoxij 328,a.
Catarrum

I N D E X

- Catarrhum sequentia accidentis, vel comitantia 345, b. raucedo & tussis à frigida materia 345, b.
Catarrhus 323, b. quid sit: & qualia animaduerterebant in eius indagatione, 324, a. in eo mobile quid 324, a. terminus à quo: ad quem: auctor ut molienda: roboratio 324, b. De catarro peculiariter, & quæ mala adferat 326, b. Nomen: definitio, 327, a. cauæ: agens & terminus à quo 327, b. Quid patiens mobile 328, a. terminus ad quem 329, b. Varia nomina catartiæ: qua vel spacium per quod 330, a. Qui infestentur catarro: signa causarum: ratione mobilis. à forma: à materia 330, b. à qualitate: à calore 331, a. à frigore: à quantitate, signa causarum producentium refectionem 331, b. Notæ termini à quo, & ad quem 332, a. Indicationes curatiæ: à termino ad quem 332, b. si ad pectoris: roborantia qualia pectoris debeat 333, a. Indicatio à termino à quo 333, b. Indicatio à spacio per quod 333, b. si situat à cerebro & toto corpore, indicatio à mobili 334, a. prognosis 334, b. curatio 335, a. phlebotomia 335, b. cauteria: si ad spiam 336, a. phenigmæ: cōpendium curandi 336, b. pharmacia: præparantia in materia frigida 337, a. **Catarrhus** à craniis crassitie 340, a. **Catarrhus** cum vigiliis & sputo sanguinis 348, a. si ad sit febris ibid. Catoche 205, a. causæ 206, b. signa, 209, a. vt differat ab aliis 210, a. indicationes 210, a. prognosis 211, a. curatio ibid. **Cephalæa** 45, b. **Cephalæa** curatio 92, a. **Cephalalgia** 45, a. **Cerebri coætrix** vnde labefactetur 329, a. & vnde impeditur 329, b. **Cerebri facultates** principes, num varias sedes habeant 100, a. **Cerebrum** num sensus principium 232, a. **Cerebrum** vt mouatur, cum tamen non sentiat 232, a. quibus id constet partibus 232, b. **Cereum** 38 **Cimices** 37, b.

R E E T Y M.

- Clavis dictus dolor capitis 45, b. **Cæma** vigil 198, a. causæ & signa causarum 198, b. à veneno. signa communia. causæ 199, a. prognosis. remedia 200, a. **Comitialis motibus** 230, a. **καρπατική & καρπική** 1, 2. & quo modo differant. Comptoria repudiatur 1 Congelatio mortibus 205, a. Conuulsio, eius nomen, vis 297, a. quid sit, & definitionis explicatio, 297, b. causæ 298, a. ab inanitione, caniz euārād: à repletione euārād: cum phlegmone 298, b. causæ convulsionis expertis tensionis 299, b. duplex, per idiopathiæ à vapore 299, b. à materia aceris per sympathiam 300, a. cur Hippocrates duplicitis solūm convolutionis meminerit. differentiæ 300, b. signa differentiatum 301, a. & num à repletione notæ 301, b. num ab exhausto signa. & cæterarum causarum dignotio 302, a. indicationes curatiæ, prognosis 199, a. Conuulsio non sit à pituita gypses, nec à melancholia: & cut à pituita fiat: non ita à bile 299, a. Conuulsio à stomacho, à lumbricis, à virulento iatu, ab vtero 300, b. Conuulsio congelationis cueniens quadam idea 300, a. Conuulsio vbi ab inanitione, prognosis, 303, a. in pueris 304, a. si febris in spalatum 304, b. ab vtero 305, a. phlebotomia 305, a. cucurbitæ. ab iatu, à ferre iatu 305, b. à statu, à materia crassa, præparantia, curandi brevis ratio 306, a. purgatio capitis, topica, 307, a. balnea 308, a. doloris medela 309, a. ab inflammatione: in pueris, à bile, à frigida materia 309, b. à veneno, à ventriculo, ab intellinis, historia miræ convulsionis 310, a. ab vtero, à punctura 310, b. à puredine nervorum 311, a. ex inanitione 311, b. intus sumenda, vbi ab inanitione 312, a. Victus ratio si ab exhaustione, si à repletione 312, b. in pueris, 313, a. Empirica remedia 313, a. Conuulsione si puer tentetur 304, a. 309, b. 313, a. Corroborationis membra quid sit 324, b. y 2 vt præstan-

INDEX

ut præstanta 225,b. quorūplex 234,a.
Corde laborantes diuidant quidē 103,2
venerab̄ admiratur 103,2
Cyrus 237,b.
Cōma 180,a. vnde dictum 180,b.
quid sit 183,b. Cōmatis causæ 183,a.
anacephalæosis causarum eius 184,a.
differentiæ 184,b.

D.

DAEMONES non generant 225,a.
inducunt in viū remēdia hor-
renda, & potum sanguinis humani,
252,a.
Depilatoria 23,a.
Diacodium 346,b.
Dioscoridis mos in remēdiis celebrandis
12,a.
Dolor quid sit, & quo modo fiat 104,b.
Doler videntur 60,a.
Dolorem placantia 65,b.
Dolorum causæ 46,a.

E.

Epilepsia quid 241
Epilepsia, eius nomen vnde 230,a.
eius definitio, & eius explica-
tio 231,a. causæ eius 232,b. Epilepsia senes non ita tentantur ut alij,
234,b. cur non ita mulieres laborent
frequenter 235,a. Pueri ex vtero ma-
terno interdum hoc vitium trahunt,
235,a. ut differat ab Incubo 235,b.
cur quidam ita facile concidunt 236,a.
qualis sit occulta qualitas in epilepsia,
236,a. non omni epilepsia inest ve-
nenum 236,a. externæ eius causæ,
236,b. signa epilepsia 237,a.
differentiæ epileptiarum 238. signa
differentiarum 238,b. quibus de-
prehendatur nū quis sit curatus 239,b.
indications curatiæ 239,b.
prognosis 240,a. & qui mirabiles
euentus ab ea 240,a. curatio eius,
242,a. paroxysmi eius tempore quid
agendum 242,b. pueri hic ut haben-
di 243 ratione preseruationis quid
agendum 243,b. chirurgia ut in viū
hic ducenda 244,a. phlebotomia,
244,a. cucurbitæ 245,a. vredines
vīferendæ 245,a. præparantia, &

R E R V M.

vt pueri præparandi 246, purgantia
247,b. pueri ut purgandi 249,a.
Epilepsia potius ventriculorum affectus
est: Apoplexia vero substantia cerebri
259,b.
Epilepsia ex virinarum recursu grauis est,
234,b. ut noscas num fortis sit vel
mitis: & num à sympathia vel idiopa-
thia oborta 238,b. tanta eius vis ut
cerebrum rumpat interdum 239,a.
signa quid à pituita, vel à melanclo-
lia. A qua parte interdum veniat 239,a.
comitatur interdum usque ad mottem
240,a. cur ætate non vincatur 240,b.
complexu & devirginatione vincitur,
240,b. antiqua non ita periculosa,
240,b.
Epilepsiam curat humano sanguine
251,b.
Epilepsia inest quid maligni 241,b.
quomodo, cū à parte nascitur malum,
hoc eurandum sit 245,a. quibus ver-
tebris vredines debeantur in epilepsia,
246,a. à vino, nutrices epilepticorum
puerorum abstineant 246,a.
Epilepsia quæ topica utilia, & peculiaris
capitis evacuatio epilepticorum 249,b.
an venus his profit 253,b. Empirica
remedia eius 256,a. ut eam curan-
dam putarint Methodici 242,a.
Epilepsia quanta sit fœditas 230,b.
& quid solus homo epilepsia tentatur,
230,b. aliis coturnices & capræ etiam
concidunt 231,a. cur non sentiant,
231,b. quo modo sit in medio apo-
plexia & cari 234,a.
Epilepticis sepe purgari debet 247,b.
elleboro 248,a.
Exanthemata capitis 43,a.
Excoriatio capitis 43,b.
Exornatoria admittuntur 2
quid differat à compotria 2,b.

F.

FACIE & pustula 42,b.
ut facies pulchra reddatur 43,b.
Facultates principes cerebri, num in ca-
pite sedem vatiam habeant 100,a.
Fauni 224,a.
Fauus 38 causæ, signa, & curatio 39
aduersus veneros fauos 41,a. & vbi
inflammatio & dolor se iungit.
Febris

INDEX

- Febris qualis esse debeat, quæ apoplexiam soluet 265,b.
Febris in spasmū quid denunciet 304,b.
Fernelius de epilepsia causa refutatur, 233,a.
Ficus capitis 3841,b.
Fluxus humorum unde nascatur, 98,b.
Fluxus omnis quo modo sit curandus, 323,b. fluxus materia, & quo modo inhibenda 325,b. quæ notanda in fluxus natura 324,a. fluxus humor tribus modis 326,a. cur pars incurritur, 326,b. spacium per quod 326,b.
Frons cur ita doleat 62,b.
Furfurago, 32

G.

- G**LABRETVM 2.3
Gummi Elemniū videtur anti-
quorum cedria 288,b.

H.

- H**EBETVDO sentiendi 314,a.
Hemicrania 45,b.
Hippocratis benignitas 39,a.
Hirsuta redditā mulier 22,b.
Hirsutiem capillorum quid adimat 22,b.
Hominis animus deus videtur 351,a.
Hominis dignitas 350,b.
Homo Dei idolum 351,b.
Homo miraculum 350,a.
Homo quid 350,b.
Humana mens in Deum naturā fertur, 357,a.
Humores fluunt triplici ratione 98,b.
326,a.

- Hydrophobia unde dicta, & quid sit 160,a.
causæ, & signa 161. prognosis 162,a.
quando incipiunt aquā timere 162,b.
curatio prophylactica, ne in rabiem
abeant 162,b. victus 163,b.
remedia 164,a. ad eam Aeschrionis
remediū 164,b. ulceris curatio 165,b.
iam hydrophororum curatio 166,b.
Hystericæ mulieres cur sine respiratione
vivant 265,b.

I.

- I**NCUBONES non generant 225,a. &
unde illa imaginatio spectri 226,a.
Incubus aliquando cōtagij & mulus 227,a

INDEX

- quæ pericula, & quibus adserat 227,b.
peſſimus est ab idiopathia 227,b.
Incubus 223,b. & mira illius ludibria,
225. cauſe 226,a. quid differat ab
aliis affectibus. signa, & signa causa-
rum 226,b. indications medendi:
& prognoses 227,a. curatio chirur-
gia 227,b. præparantia remediis, &
purgantia 228,a. roborantia 228,b.
Topica, & quæ infantibus conferunt:
& victus ratio 229,a. Empirica 230,a.
Ingenio qui valeant 100,b.
Insania quotuplex. & quod Hippocrati
triplex 95,a. & unde ianoteſcat 104,a.
Insomnia 188,b.
Ira breuis quibus proſit 345,b.
Iulius Cæsar epilepsia tactus fuit 255,b.

L.

- L**ACTVMINA 38
Ladani oleum vt fiat 10,b.
Ladanī vires 11,a.
Lamiae deuorant pueros & adolescentes,
251,a,b.
Lepus marinus, & eius vis 24,a.
Lethargus 129,a. eius cauſe 130,b.
signa 131,a. differentiæ 133,a.
curatio cum à diaphragmate, differen-
tiæ communes 134,a. & vt distin-
guatur à viciniſſibi morbis 134,a.
indications curatiæ 134,b. pro-
gnosis 135,a. curatio 136,b.
phlebotomia 136,b. excitantia 138,a.
lenientia 138,b. præparantia 139,a.
purgantia 139,b. sudorifica, euacuan-
tia caput 141,a. Topica 141,b.
quam diu reprimendum 142,a.
corroborantia 143,a. diæta 143,b.
posus. somnus 144,a. Empirica 145,a

M.

- M**AGAE sanguinem humanū avi-
dè affectant 253,a. & carum
crudelitas in pueros 252,a. Magi in
lupos transformantur 252,b.
eorum consortium ac schola ibid.
Mania 145,b. eius descriptio 146,a.
varia mania 146,b. quid sit 146,b.
causæ 147,a. qui huic obnoxij 148,b
differentiæ 150,a. signa 150,b. signa
caſarum 151,a. indications 151,b.
prognosis
y 3

I N D E X R E V M.

- prognosis 152,a. curatio. lenientia.
chirurgia 153. præparantia, purgantia 155. Empirica eius remedia 159,b.
Medici miracula naturæ contemplantur, 350,a.
Medici nihil per se possunt: & immerito
acusantur 350,a.
Medicorum officium 350,b.
Medicinae difficultas 350,a.
Miasma capitis 38
Membranæ non sentiant nisi per nervos, 232,a.
Membranæ nū sensus principium 232,a.
Memoria num à frigore, vel potius à ma-
dore percellatur 130,a.
Memoria qui valeant 100,b.
Memoria ut firmando 167,b. memorie
præconia 167,b. qui ea excelluerint
168,b. causa memorie 168,b.
Si frigus & siccitas ei nocent 177,a.
si humiditas ei nocet 177,b.
De memorie cultu admonitio 178
dixtra 179,a. humida ab intemperie,
179,a. à siccitate 179,b. Empirica
remedia 179,b.
Menses infelicitate prouocantur nutri-
bus 246,b.
Menses ut prouocentur 249,b.
Misericordia quid 241
Metus canitici causa 27,b.
Mollificatio corporis quid 275,b.
Morbi cur ita subito inuadant 99,a.
Mortis fatalis causa 7,a.
Motus ad essentiam animalis est necessa-
rius 299,a.
Motus hebetudo 314,a.
Vide Sensus hebetudo.

N.

- N**arcotica 314,a.
Narcotica 65,b. & eorum vius,
85,b. foris 193,b. intus 194,a.
Nero vocis elegantiam captabat 349,b.
Nervi in se & ex se non habent vim sen-
tiendi 232,a.
Nutrices à vino abstinere debent 255,a.

O.

- O**besis periculosus euenit incubus.
227,b.
Onirogmos quid sit 227,a.
Ophiasis 43
Opia. Vide Narcotica.

P.

- P**ARALYSIS balsama 289,a. olea,
289,b. Sacculi codem.
Paralyssi rubificantia si ab ictu. victus ra-
tio 292,a. acer qualis esse in ea debeat
291,b. potus 292,a. illi si causa sit
atrophia ut curanda 292,b. exerci-
tium quod conueniat, somnus, aliud
292,b. si amittatur vox 293,b.
Empirica remedia 293,a.
Paralysis cursu sequatur sive apoplexiā,
233,b.
Paralysis & *πάγησις* 275,b. eius defini-
tio, & enarratio definitionis 276,a.
caulæ eius 276,b. differentiae 278,a.
signa differentiarum, tum caularum,
280,a. ut, in ea, noscatur, cum pars
opposita labore 281,b. indicationes
curatiæ 281,b. prognosis 282,a.
curatio. chirurgia. cucubital. cauteria,
283,a. lenientia alium 283,b.
pharmacia 283,b. præparantia. pur-
gantia 284,a. peculiares purgationes,
erbinū, gargarismata, masticatorium,
sternutatorium 286,a. balnea 286,b.
corroborantia intus 287,a. de guiazi
in paralysi exhibitione 287,b.
Topica 288,a.
Paralyticci cur spasmodi non sint 299,b.
Paraplegia quid propriè 279,a.
non consistit simulcum convulsione in
eadem parte 281,b.
Pediculi Pherecidem enecantur, & pluri-
mos alios 35 quo loco foueantur 36,a.
causa eorum 36,b. remedia 36,b.
quæ eos occidant 37,a.
Pernigilium 188,b.
Φαλάκρωσις 3,b.
Pharmacæ num foris admota purget 69,a.
Phlebita quam habeant vim 148,b.
Phlegmæ nodes diathesis quid 260,a.
Phrenitici cur *βεγχωτήμ* 105,a.
Phrenitici mente valent, & vident futura,
103,a. eorum cibus &c. 125,a.
cur robusti 127,b.
Phrenitici ut euadant fanatici 95,a.
Phreniticis num vinum dandum 126,a.
Phreniticis quæ pars ægrotet 101,a.
curraro respirent 105,a.
Phreniticis vena secunda 114,a. purgan-
dum 117,b. præparandum 118,a.
Topica 118,b. 119,b. 121,b.
phrenitidi

INDEX

- Phrenitidis empirica remedia 128, a.
 Phrenitidis causæ 98, a. differētia 99, b.
 101, b. 102, a. signa imminentis 102, b.
 signa incrementi & vigoris 105, b.
 signa præsentis 103, b. signa cautarū
 118, b. accessiones habet 106, a.
 indicationes curatiæ 107, a. pro-
 gnosis 108, b. curatio 124, a.
 catochen sōciam potest habere 124, b.
 Phrenitidis historia 94, a.
 Phrenitis cōmatosa 198, a.
 Phrenitis per sympathiam 121, a.
 à diaphragmate 123, b.
 Phrenitis vnde dicatur 95, b. quid sit: &
 eius definitio 96, a. historia phreni-
 tici 96, a. cerebrum affici in phreni-
 tide 96, b.
 Pilorum vtilitas & decus 2, b.
 & quæ gentes comam nutrierint 3, a.
 vnde dicti 4, a. materia pilorum 5, b.
 pili longissimè durant 5, b.
 Pilus quid 26, b. cue caput maximè in-
 uadat 26, b. quæ causa eorum 27, a.
 colorum in iis causæ 27, a.
 fissura illorum 31, b.
 Pisces varij 82, a.
 Podagrī cur non siant spasmoti 299, a.
 Portuguis medela 32, b.
 causæ & signa 33
 Præparanda est materia ante exclusionem
 337, a.
 Plydracia 42, b.
 Plydrocnismata 43, b.
 Pueri epileptici vt sint curandi 246, a.
 249, a. 254, b.
 Pueri paralytici vt tractandi 296, b.
 Pueri quidā ex vetero materno epilepsie
 contaminationem habent 235, a.
 Pueri si in spasmum trahantur 304, a.
 309, b. 313, a.
 Pueris occiput vritur quibusdam Libyæ
 populis 245, b.
 Pueris periculosus est incubus 227, b.
 Pulchra vt reddatur facies 43, b.
 Purgatio vt recte instituantur quibus opus
 sit 247, b.
 Pustulae faciei & capitisi 42, b.
 Q.
 QUIZ partium triplex 314, b.
 R.
 RAVCEDO Resina cadialis 345, b. 346, b.
 345, b.

REVIEW.

- Resolutio corporis 275, b.
 Respiratio à vita separari nō potest 161, a.
 Relpiratio cur apoplexias seruetur 259, 2
 Relpiratio est actio partim iussa, partim
 iniussa 199, a.
 Roboratio membra quid sit 324, b.
 quotuplex 334, a.

S.

- SACER morbus 230, a.
 Sanguinis emittendi quædam indi-
 cationes 325, b.
 Sanguishumanus num curet epilepsiam,
 231, b.
 Sanguis periculosè bibitur 256, a.
 Scilla radix vt paranda æstate 247, a.
 Seiani vnde dicti 4, a.
 Seminis maxima pars à cerebro manat,
 235, a.
 Sensio vt fiat 231, b.
 Sensus principium est cerebrum 232, a.
 Sensus quæ partes præbeant 232, a.
 Sensus & motus hebetudo 314, a. vox.
 definitio 314 ab exhausto 315, a.
 differētia. signa, indicationes curandi,
 315, b. prognosis, curatio, chirurgia
 316, a. pharmacia 316, b.
 Topica 316, b. diæta 317, a.
 Sentienti hebetudo 314, a.
 Sideratio 258, b.
 Sidus veteribus fulmen significat 258, b.
 Singultum soluit sternutatio 312, b.
 Soda 45, b.
 Somnifera quædam remedia 120, a. 121, a.
 Somnus crassitudo est 255, b.
 Somnus quid 180, b. & vnde fiat. deli-
 riū prompè sedat 109, a.
 somuiferum oleum 194, a.
 Spasmo quarum causarū vi eueniat 297, a.
 Spasmo non facilè pedes tētantur 319, a.
 Σπασμὸς Φυσικός 299, a.
 Spasmus caninus. vide Caninū raprum.
 Spasmus, & spalma 297, a. vide Cōulsio.
 Spectra dæmonum cur iam cessent 225, a.
 Spiritus animalis num fiat à vitali 262, a.
 & quot modis impediatur 276, 8.
 Spuma quæ sint cause 261, a.
 Sternutamentum & cur sacrum id 320, b.
 Sternutamentum quid sit. eius definitio,
 & explicatio eius 321, a. vnde ille
 clāgor dum quis sternuit. quando opus
 naturæ, & quando symptoma 321, b.
 & cur nocte non fiat. & quod. Sol pro-
 mouet

INDEX

- niouet sternutamentum. externæ eos
causæ 322, a. indicationes curatiæ
prognosis 322, b. quibus morbis prospicit.
curatio 323, a. Empirica curatio 323, b
Sternor unde fiat 262, b. 264, b.
Stupor vigilans 205, a.
Succubi 223, b.
Superciliorum excisorum medela 9, b.

T.

- T**EMPORA cur ita dolent 62, b.
Tetanus 301, a. tertio die enecat,
302, b.
Tinea 38, 41. quid b. maligna 42, a.
& remedia.
Tonos neruorum vocabulum 301, b.
Torpor 314, a.
Tremoris definitio, & eius explicatio,
317, a. causæ. ab oppressione 317, b.
à spirituum oppressione. virium ab ex-
olutione. signa causatum 318, a.
indicationes curandi. prognosis. per fe-
bres tremor 318, b. curatio. phlebotomia 319, a. cucurbitæ præparantia.
purgantia. thermæ. topica 319, b.
roborantia. victus 320, a.
Empirica 320, b.
Tussis 345, b. 346, b.
Typhomania 198, a.

V.

- V**ENARVM brachij cum aliis socie-
tas 73, a.

R E R V M.

- Ventriculus cur cerebro ita cognatione
iungatur 241, a.
Venus est pars epilepsie 256, a.
Vermes in capite interdum nascuntur, vt
iuvenculae euidam 55, a.
& quo modo pellantur.
Vertigo 213, b. causæ 214, b. pars
affecta 215, a. signa 216, b. signa
differentiarum 217, a. indicationes,
217, b. prognosis 218, b. curatio 219
Vigilie 188, b. & earum noxa. quid sit,
& eius causæ 189, a, b. prognoses,
190, b. remedia. victus 196, a.
Empirica 197.
Vinum non dandum nutrici epileptici
pueri 246, a. 255, a.
Viets unde languent discendum ante-
quam medearis 319, a.
Vitriolum quibus conueniat, & quibus
noceat 30, a.
Vlcera capitis manantia 38, a.
Vocis raucitati quid medeatnr 349, b.
Vox humana diuini quid habet 349, b.
Vox si amittatur à paralysi, vt curanda,
293, b.
Vredinis remedium 65, a.
Vrina tenuis varia significat 103, b.
Vrinæ suppressio à resoluto rene 279, a.

Z.

- Z**AGRVM
Zahafati


38
38


Amice Lector, hæc menda, priusquam legas, emenda.

- Pag. 31. Col. 1. Lin. 41. siccitate. 31. 1. 31. colocynthidis 34. 2. 2. eius ab ichore:
58. 1. 1. cochiis, extracto 60. 1. 10. partium iunctionem. 61. 1. 20. cum abstinentia vini:
ita euaderet poterit homo. 741. 1. 6. libra cocta, adde vncias 75. 1. 9. sepe offerunt 81. 1. 18.
Alioqui, viribus 86. 1. 19. Hi 101. 1. 20. manu affiguntur 105. 1. 25. vocat hoc
105. 2. 34. nam inde 111. 1. 17. 12. Augst. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 1. 30. 1. 6. symptoma 142. 1. 8. tondeatur
141. 1. 1. gani ex oleo & 122. 1. 17. & si illa 124. 1. 14. & perficietur 255. 1. 26. Sonitus
multus 416. 2. 20. caryophylicorum 274. 2. 26. condiantur 280. 2. 31. quare inopia
facultatis 306. 1. 17. de flochade, oxymelite 306. 1. 32. cias tres; seminis 313. 2. 40. que
mox, usui sit. 316. 1. 1. si sit 323. 1. 37. sternutare cessamus? 327. 1. 11. alui profluvia,
329. 2. 39. positas 330. 2. 40. manant. 333. 1. 18. emunctios: 350. 2. 37. boli, gummi
342. 1. 9. lcripulum;

FINIS.

22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000





in understande her alij Al for myt hys man
L. - 1. 2. 111. 29.

PC. vñl qf Altmars
qdr: flor nñc sps ip jy
vals. Cdm n rosam an ^{pank} dñ
ot cdm dñpitt yñg ut dñs vñl.

PC ag Contra Kentuckians 315.

Fig: flor. min. 3.

aq Cuam qpos 3/4

9fc plaz. 3ij

Spur Grafton 35 at 2mij. up

alii aga għiex lau

Mag. violentiam & mors. impedita
foul. p. class. Variola (sq. n. p. infusioris
facta, & rubra) 3ij. solar 3ij. ap-
plic. brachii corpori p. balsam. infusio
3 vi. aliq. alterius gran. & mihi
sunt fragit corpori.

Collyrium in vleugel. born in Lübeck
century

De ag rosans foliis suis, tam
fructuosis, et 3ij in hy
pp 3ij sancti abb: 318

Maximiliane ppr u. affloß

¹³
Scrip^{alb:} Sm^{is} opp^{is} S^m q^{ut} v.
^{"¹⁴} Si adsp^{dolor} n^{ix} & Colligⁿ si adsp^{dolor}
Scrip^{alb} cum opp^{is} S^m q^{ut} v.

Hnba tota bona vi volare per h infelix
Pratilorumum p̄m p̄m d. Felicij Blasius etiam
Pc datu dīj ut sc̄ monij tali z̄j cōfūnit: q̄m v̄m
optimi q. s. m̄ nefasti leprosos m̄ sanctorū v̄m
postea pc sām abbis: se p̄missit c̄ monachū tib:
coḡi m̄ missam z̄j adiūt: m̄ finis rokho
m̄ m̄ nealn sc̄ monij p̄m h̄ p̄ parvū p̄q
toscipe op̄: odoris p̄m et ponat ad fratilam
et monis p̄ quida additū costi c̄m ut limonū
quidam ad libetū doce: z̄j ad z̄j s̄t z̄j v̄t
ad sām z̄j p̄ m̄ v̄t: nob̄

